BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
36 M B
11

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

19. h

6. G. 17.

5 (9)
6

[illegible] Google

Digitized by Google

ANATOMIA CHRISTIANI DEFORMATI.

Iuxta Epiſtolæ D. Iudæ Apoſtoli Exegeticam Præſcriptionem

THEOLOGICAM.
CATHOLICAM.
MORALEM.

Operâ

F. HENRICI LANCELOTZ, MECHLINIEN.
Ord. Fratrum Eremitarum D. Auguſtini S. Theol. Doct.



ANTVERPIÆ
Ex Officina HIERONYMI VERDVSSI.
CIϽ. IϽC. XIII.

BIBL. SOC. IESV COLL. ROM.
BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

CENSVRA.

EGo frater Thomas Gratianus, Ordinis fratrum Eremitarum S. P. N. Auguſtini, Prouinciæ Colonienſis Prouincialis: Harum ſerie concedo fratri Henrico Lancelotz S. Theologiæ Doctori, & Cænobij noſtri Bruxellen. Priori, vt iuxta Archiducum priuilegium, ad maiorem Dei honorem & Sanctæ Romanæ Eccleſię coędificationem, luce donare poſſit librum, quem, *Anatomiam Chriſtiani Deformati Iuxta Epiſtolæ D. Iudæ Apoſtoli Exegeticam præſcriptionem Theologicam, Catholicam, Moralem vocat.* Datum Bruxellæ in Conuentu noſtro, hac 15. Octobris 1612. noſtri officij ſubſigillo.

Fr. Thomas Gratianus,
humilis Prior Prouincialis.

SVMMA PRIVILEGII.

ALBERTI ET ISABELLÆ CLARÆ EVGENIÆ *Infantis Hiſpaniarum, Archiducum Auſtriæ, Ducum Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Sereniſſimorum Belgij Principum, Priuilegio cautum eſt: nequis* Anatomiam Chriſtiani Deformati Iuxta Epiſtolæ D. Iudæ Apoſtoli Exegeticam præſcriptionem Theologicam, Catholicam, Moralem Opera R. Patris F. Henrici Lancelotz, Ex Ordine Fratrum Eremitarum D. Auguſtini, S. Theol. Doctoris, *præter voluntatem Hieronymi Verduſſi, Typographi Antuerpienſis, intra ſexennium imprimat, aut alibi impreſſam in Inferioris Germaniæ ditiones importet, venalémve habeat. Qui ſecus faxit, confiſcatione librorum & alia graui pœna mulctabitur: vti latiùs patet in litteris, datis Bruxellæ prid. Kal. Octobr.* M. D. XII.

Signat. *I. Buſchere.*

ILLVSTRI AC GENEROSO
BARONI D. IACOBO TSERCLAES, EQVITI AVRATO, TOPARCHÆ IN TILLY, MONTIGNY AD SAMBRAM, BALLAST, NOEFVILLE AD MOSAM; S. QVONDAM CÆSARAE MAIESTATI RVDOLPHO IMP. A BELLI SANCTIORE CONSILIO ATQVE ARCHISTRATEGO, DOMINO SVO VNICE COLENDO.

S.

ORdinatam Militantis in terra Eccleſiæ Chriſti compagem, Illuſtris ac Generoſe Heros, effigiaturus Theologorum vertex D. Auguſtinus; *Domus Dei*, inquit, *credendo fundatur, ſperãdo erigitur, diligendo perficitur*. Iacto enim primò, in Hominis Iuſtificatione, integræ, ac firmiter Primę Veritati per omnia adhærẽtis, fidei Chriſtianæ fundamento; Spei, Diuinam Miſericordiam, in viâ, æternam verò Beatitudinem, in Patriâ, fiducialiter prenſantis parietes conſurgunt; Quibus multitudinem peccatorum operientis Charitatis, imponitur tectum. His autem verſicolora virtutum, vſus Sacramentorum, & bono-

Sermo. 22. de verb. Apoſt.

bonorũ Iuſtitiæ Chriſtianæ operum ornamẽta accedunt, quibus animus ad Deum, lingua ad confeſſionem, manus ad ſatiſfactionem, aures ad Dei verbum, pedes ad præcepta Diuina, Conſilia Euangelica, & ſupererogationis opera excitantur.

Vt non immeritò ſacrilegi piaculi conuincantur rei, quotquot muſtei Eccleſiæmaſtiges, ad ſpiritale hoc Dei ędificium reſupinandũ, furtiuè illapſi, Sacræ fidei fundamen primò primum, applicatis fiduciæ ſuæ ſpecialis atque infidelitatis vectibus ac cuneis, conuellere moliuntur; hoc quippe conuulſo, & reliquam Spei, Charitatis, adeoque omnium bonorũ molem, neceſſe eſt collabi, neceſſe perire. *Neque enim*, eodem teſte Auguſt. *amor ſine ſpe eſt, nec ſine amore ſpes; neque vtrumque ſine fide.*

Enchirid. cap. 8.

Hos inter, ceteris magis periculoſos eos ſemper habui, qui maleſuadum Hæreſeon virus vaferrimo corde prementes, atque omni proximum ſeducendi occaſioni verniliter intenti, vt pios fideliũ animos præoccupent, neſcio quã REFORMATIORIS fidei, Doctrinæ ac vitæ ſpecioſam circumferunt laruam: qua tamen aperta, & ſagaciore totius factionis habita inſpectione, nil aliud comparet quàm deſolationis abomina-

mina-

minatio; Babylonis confuſio, fidei rima, Spei parietina, Charitatis ruina, vitiorum cloaca, rudera carnis, *Deformatio ſumma*.

Taceo Sacros atque Architectonicos Eccleſiæ Patres, lumina orbis, terræ Senatores, ab hacce fabrica, per eoſdẽ proſcriptos, & velut Idiotas apolactizatos: adeo vt quum de Sanctarum pondere Traditionũ vel ſolida Scripturę agitur interpretatione, ne infima quidem in Synagogis ſuis, iiſdem (licet dogmaticæ concordiæ ferrumine compactis) ſubſellia concedere dignentur; quum tamen ipſi, vt ſunt homunculi, doctorculi, diſertuli, pauci, viles, ſed mendaciorum diuites; ita inter ſe conuenire (ſic colluctantibus Dęmonijs) nec poſſunt, nec volunt, ſiue in conciunculis, ſiue ſcriptiunculis, in quibus, cetera præter, Sacrorum Maieſtatem fœde violant librorum, nec alter alterius diſputantulus capit linguam. Tanta eſt Babylonicę molis eorũ confuſio, deturpatio, inæqualitas, Deformatio tanta.

Hanc ego Eccleſiæmachorum iſtorum, Lutheranorum, Caluinianorum, &c. hodie irrumpentium infandam praxim & præpoſteram turpiſſimæ *Deformationis*, in fucatam *Reformationem*, Metamorphωſim, ſæpe conſpicatus, ſæpe edoctus,

ideoque communi me claſſico ad Domus Dei patrociniũ, euocari ratus, tentandum putaui, quid in hiſce Babyloniorum interpolatorum machinis deſtruendis, & technis retegendis valeant vires meæ. Quod dum aggredior, penitiuſque diſpicio *Reformationis* iſtius laruale, oportunè in D. Ivdæ Apoſt. Catholicam incido Epiſtolam, vnicam laruatè Reformatorum Anatomiam; Quippe quæ, vti ad traditam ſemel fidem orthodoxam ac Sacram Dei Religionem intrepidè retinendam, bonorumque Iuſtitiæ operum ſuperædificatione exornadam, fideles contra aduerſariorum obarmat inſultus; Ita hæreticorum omnium, eorum etiam qui reformatioris vitæ ac terſioris verbi, plauſibilem hodie circumferunt laruam, exenterat noxios Odij fraterni, Superbiæ, Schiſmatis, Luxurię humores, aperit ſordes, ſecat vlcera, detegit peſtiferæ virus doctrinæ: Miſſionis illegitimæ, linguæ blaſphevomæ, vitæ carnalis indigitat teterrimam tabem. Quocumq; enim ſe verterint, quibuſcumque Euangelicæ libertatis, Catholicæ reſtaurationis, reuocatæ Religionis pigmentis, facies ſuas purpuriſſârint, quantumcumq; aliàs in Scena Theologica mimi, mutatis veſti-

veſtibus, ac ſuperinductis Perſonis, licentia Doctorali cum Manichæis clament & crepent: VERITAS, VERITAS, *quæ* (ait Aurelius) *nuſquam erat in eis*; Omnia tamē monſtroſiſſimā ſapiunt verbi ac vitæ anomaliam, ſapiunt Irreligionem: Adeo vt Iſcariotem imitati, oſculi blandimēto Chriſtum prodant, atque amarioris fellis ſpongiam politiori calamo impoſitam, eiuſdem ori propinent, vel ipſis qui hæc olim in benedicto Saluatoris corpore naturali attentarunt, tortoribus non inferiores. Quos proinde, ſi quam Deum colendi, Diuina ſapiendi, tractandi, credendi petieris normam, pro pane lapidem, pro piſce ſerpentem, pro ouo ſcorpionem, pro veritate mendacium, pro antidoto porrigent venenum.

Quod vtrùm in Lutheranæ & Caluinianæ ijſque affinium hæreſeon, Exegetica hac noſtra effigiatione ſim aſſecutus, penès alios iudicium eſto; Id ſcio & fateor lubens, voluntatē effigiandj non defuiſſe. Sanè D. Auguſtino non defuit in hęreticos omnium, vaniſſima Religionis aſſimilanda vmbra. Siue enim de fide quæſtio inſtituatur: *Hæretici* (inquit) *non habentes altare, id eſt, veram fidem, blaſphemias pro lau-* *De Sermo. Dom. in mont. lib. 1.*

de dixerunt: Siue de Sacrament, & Script. *Seductores Sacramenta & Scripturas tenent ad ſpeciem, non ad ſalutem.* Siue de Eccleſia; *Nec hæreticus pertinet ad Eccleſiam Catholic. quoniam non diligit Deum.* Siue de Iuſtitia Chriſtiana; *Error eorum veritas appellatur, & ſcelus eorum iuſtitia putatur.* Siue de libertate Cathol. *Libertatem illis promittentes, quum ipſi ſerui ſint corruptionis.* Siue de Martyrio; *Nomine Martyrij ſe iactant, vt hoc pallio dealbati, facilius furentur, quia lupi ſunt.* Siue de eleemoſyna; *Eleemoſynas multas faciunt, dant pauperibus, quia patiuntur moleſtias, ſed pro Donato, non pro Chriſto.* Siue de vniuerſis dogmatibus; *Opinio* (hæreticorum) *diuerſa eſt, vanitas vna.* Siue de veritate; *Noli decipi nomine veritatis; hanc ſola tu habes & in lacte tuo, & in pane tuo. In hac autem* (Manichæorum Eccleſia) *tantum nomen eius eſt, ipſa non eſt,* &c. prout ſigillatim frater meus P. Cornelius Lancelotz in ſuo deducit Antidoto Auguſtiniano. Hactenus D. Auguſt. egregiè, forinſecus mendacio fallente, turpiter coloratam aſſecutus Sectariorum omnium cùm vitam tum doctrinam. Sic D. Irenæus: *Quomodo* (ait) *ſi quis Regis imaginem bonam fabricatam diligenter ex gemmis pretioſis à ſapiente arti-*

De Bapt. contr. Donat lib 3. cap. 19.
De fid. & Symbo. c. 16.
Contr. Donatiſt. lib. 3. cap. 19.
De fid. & oper. cap. 24.
De verb. Dom. Sermon. 50.
Tract. 6. in Ioan.
In Pſal. 80.
Lib. 1. aduerſ. hæreſ. cap. 1.

artifice, ſoluens, ſubiacentem hominis figuram transferat gemmas illas, & reformans faciat ex ijs formam canis vel vulpeculæ, & hanc malè diſpoſitam, dehinc confirmet, & dicat, hanc eſſe Regis illam imaginem bonam, quam ſapiens artifex fabricauit, oſtendens gemmas, quæ bene quidē à primo artifice in Regis imagine compoſitæ erant, malè verò à poſteriore in canis figuram tranſlatæ ſunt, & per gemmarū phantaſiā, decipiat idiotas, qui comprehenſionem Regalis formæ non habeāt, & ſuadet, quoniam hæc turpis vulpeculæ figura, illa eſt bona Regis imago, Eodē modo & hi (Hęretici) *anicularū fabulas aſſumentes, poſt deinde ſermones & dictiones & parabolas hinc inde afferētes, vt aptare volunt fabulis ſuis eloquia Dei.*

Nunc ad te venio, *Tilliace Heros*, fidei Catholic. Hyperaſpiſtes, atque Heroïcarum virtutum magni quondam Equitis & Atani tui Eucrardi Tſerclaes cōſimilis heres, cuius grauiſsimi Nominis ſplendori haſce meas in D. Iudam Exegeticas conſecro lucubrationes, quò & tanti Patroni columine fretæ, clandeſtinas non timeant mordacium Zoilorū linguas, & candidiori tuo in me ac Sacram fratrum Eremitarū D. Auguſtini familiam, (ſupra condignū) amori, gratitudinis teſſeram aliquam nouo hoc

 inge-

ingenij refundam fœtu; & demùm inuictus erga fidem Religionemq; orthodoxam defenſandam zelus tuus, graui in Deum pietate ſociatus, hoc meo indice palàm innoteſcat. Quamvis enim varia ſint, quæ mortales in tui rapiunt admirationem, vtputa Nobiliſſimum Tſerclaſiæ familiæ ſtēma; Latinæ, Italicæ, Gallicæ, Germanicæ, Croaticæ, Polonicæ, Bohemicæ, Hungaricæ, Moſcouiticæ, Turcicæ, linguarum peritia; militaris fortitudo, celeberrimæ ab hoſtibus relatæ victoriæ, ampliſſimæ pro Eccleſia Imperioq; ſuſceptæ functiones, in rebus aduerſis intrepida conſtantia, in proſperis moderata cordis ſubmiſſio, raro in omnes comitas, rara manſuetudo, excelſi deniq; animi in publicis muneribus generoſitas, maturæ Sapientiæ cōiuncta; His tamē miſſis, atq; in tua probitate totus acquieſcens, dico, nihil ita Illuſtr. D. V. commendare, quàm eximium tuum vnà cum Iuda noſtro, *ſemel traditæ Sanctis*, Catholicæ fidei fundandæ, conſeruandæ, defenſandæ, exornandæ, propagandæ ſtudium, mira in Deum pietate ſtipatum. Cuius profecto certiſſima olim argumenta dediſti, quando Imperialibus copijs præfectus, aduerſus immania Turcicæ perfidiæ, Schiſmaticæ

Re-

Rebellionis, atque Hæreſeon monſtra, aſſumpta Dei armatura, ſæpe decertaſti, ſæpe fidei Orthod. Labarum aduerſariorum arcibus intuliſti. Teſtis huius rei locuples Germania, teſtis Hungaria, teſtis Polonia, teſtis Lotharingia, teſtis Belgica noſtra, alijque plurimi, licèt inuiti, Europæ, Scytiæ, Tartariæ ac Turciæ tractus; in quibus difficillimas climateras ſuſtinuiſti, Babylonios Eccleſiæ maſtigas, informis REFORMATIONIS ſymbolo notatos limitibus Chriſtianis profligaſti, vitam in Religionis ſupercertatione triuiſti; Rem Chriſtianam in extremum diſcrimen adductam, conſilio iuuiſti, ſago propugnaſti; Quare (vt Apoſtoli vtar elogio) *Sicut bonus miles Chriſti laboraſti.* Ac tum præſertim, quando te monitore, te cōſultore, te Archiſtratego, annis aliquot retrò actis, longè imparibus collatis ſignis, eam ab hoſte Mahumetano in Hungaria, Chriſtiani victoriã retulerunt, quam à ſæculo fama non accepimus: Adeo vt tui vnius conſilio ac inuictâ dexterâ, vniuerſa Chriſtianorũ Reſp. ſarta tectaq; cōſtiterit. Qua ſanè Generoſa pietate, exactũ B. Iudæ noſtri præſenti adhortationi, morẽ geſſiſti, omni veri Chriſtiani Equitis merito, nullo non Equeſtris dignitatis ornaris encomio.

2. ad Tim. 2.

Cæ-

Ceterum, quia *bonum certamen certaſti, curſum conſummaſti, fidem ſeruaſti, in reliquo* noueris zelo tuo, *repoſitam eſſe coronam Iuſtitiæ*, quam vt tibi, germanoque fratri Ioanni Tſerclaes, Equiti, Baroni de Marbays, atq; Illuſtriſſ. Bauariæ Ducis vicem gerenti, ſicut & Emondo Sororio tuo, Baroni de Svvartzenberg, Domino de Berſee, ac nomine Illuſtriſſ. Leodienſium Principis, Satrapæ Stockhemenſi, ambobus veri laboris ac glorię conſortibus, ſummus æternuſque Brabeuta, reddat Deus, calamo voueo, & lingua precor: plura loquatur animus. Vale Bruxellâ. è Cœnobio Auguſtiniano, Calend. Martijs. Anno 1613.

2. ad Tim. 4

Illuſtr. ac Generoſ. D. T. Studioſiſs.

F. HENRICVS LANCELOTZ
Auguſtinianus.

DE

DE OPERIS HVIVS RATIONE, PRÆFATIO ad Lectorem.

EN tibi, *Lector Beneuole, trigemmem in D. Iudam Apoſt. Exegeſin, anno ſuperiore, Auditorio, ex cathedra Bruxellis enarratam, at nunc prælo commiſſam. In ea tria intendimus, Primo ſenſum literalem, cum Theologici nectaris interpolo guſtu, propinare, ac propinando Theoſophum oblectare. Secundò veram Cathol. orthodoxam, adeoq́; ſemel* traditam ſanctis fidem *Rom. vnà cum tutelari Apoſtolo noſtro* IVDA, *firmare; falſam verò ac fiduciæ ſpecialis Hæreticorum contemptibilẽ ſcoriam abruncare; Quare eas ſubinde operoſius fidei Materias manſicamus, quæ cum ſana Religionis aduerſarijs, hodie in cõtrouerſias cadũt*: Omnia quippe (*monitore D. Aug.*) quæ leguntur in Scripturis Sanctis, ad inſtructionem & ſalutem noſtram, intentè oportet audire; Maximè tamen memoriæ commendanda ſunt, quæ aduerſùs Hæreticos valent plurimum. Quorum inſidiæ, infirmiores quoſque & negligentiores circumuenire non ceſſant. *Et Theodoret.* Quo-

Tract. 2. in epiſt. Ioan.

Epitom. Diuin Decret: in proœmio.

Quoniam ergo falſi turpitudinem & ignominiam oſtendimus, & Hæreticorum fabulas aperuimus, & planum factum eſt, quàm ſint impiæ, iniucundæ & minimè probabiles; Age cum his doctrinam Euangelicam conferentes, oſtendamus, quid interſe differant lux & tenebræ. *Nec mirum, quum in ea deploranda D. Hilarij tempora videamur dilapſi, in quibus* tot pene exiſtunt fides, quot uoluntates, *tot nobis doctrinæ, quot mores, tot cauſæ blaſphemiarum pullulant, quot vitia regnant, dum aut fides ita hodie ſcribuntur vt volumus, aut ita vt volumus, intelliguntur.*

d Conſtāt.

Quæ ſanè referre nollem, niſi & quotidianæ Lutheraniſmi in Arrabonarios, Confeſſioniſtas, Rigidos, Molles, Sacramentarios, Condormientes &c. Caluiniſmi autem in Trinitarios, Libertinos, Puritanos, Antipuritanos, Samoſatenos, Neoarrianos, Arminianos, Gummarianos, &c. *ad mutuū etiam vſque ſuſpendiū, diſsidentes, ſubdiuiſionis ac degenerationis experientia, & noſtri partim ſuperiorem, partim inferiorē Germaniam contuiti oculi, & ipſe denique abortiuæ buccinatorum fidei Prodromus Deſid. Eraſmus Rotterodamus, certam huic rei fecisſent fidem. Tam diſgregatum eſt Hæreticæ colluuiei ſchiſton.*

Tertiò

Tertiò Hominis Chriſtiani mores nitimur formare atque ædificare, non peccatorum duntaxat infidelitatis, Blaſphemiæ, Schiſmatis, Luxuriæ, Ambitionis, Adulationis, Inuidiæ, Auaritiæ, Gulæ, Diuini Miniſterij ſacrilegæ vſurpationis (Enteron, id eſt, omnis Hæreſeos) ſuadentes fugam, aperientes turpitudinem; verumetiam poſitiuas Charitatis, Humilitatis, Spei, Fidei, Orationis, Miſericordiæ, Correptionis Fraternæ &c. Virtutes, Iuſtitiæ opera, operumq́; particulares circumſtantias, applicationes, paræneticas inſtructiones, vti & inuectiuas, etiam comminatorias, pro rata materiæ temporis, & loci prudenter inſtituendas, ex ingenioli noſtri tenuitate prælibantes; in quorũ poſteriori, ſicut Verbi Diuini Eccleſiaſten inſtruimus ex Gregorio, in veritatis Doctore, virtutem Diſcretionis, vt nouerit quid, quibus, quando, quomodo inferat, requirente, (non enim, *inquit*, vna eademque omnibus exhortatio conuenit, ſæpe enim quæ alijs officiunt, alijs proſunt: plerumq; etiam herbę quæ hæc animalia reficiunt, alia occidunt:) *Ita in priori veros Chriſtianos a Pſeudocatholicis diſcriminamus; hi quippe & bonorum Iuſtitiæ Chriſt. operum (ſola fide contenti humana) explodunt neceſſitatem, & tanquam ipſiſſima ſepulchra dealbata, omni vitæ ac morum*

Lib. 30. Moral. cap. 5.

(qua-

ſqualore, fœtore, horrore, anomalia, turpitudine, abominatione, & (claris terminis, in actu ſignato dicam) omnium fere vitiorum anacephalæoſi perfunduntur cum Eunomianis, quos D. Aug. ita inſipientiæ ac impudentiæ tenebroſa caligine atque ignorantia affirmat deceptos, vt fidem quam ſe habere ſimulant, ſine Iuſtitiæ operibus apud Deum, ſibi cenſeant profuturam: Et hoc erroris genere decepti, ſine metu crimina, ait, nefanda committunt, dum credunt Deum, non criminum, ſed perfidiæ duntaxat vltorem, *&c.* *Item.* Fertur etiam vſque adeo fuiſſe (*videlicet Eunomius*) bonis moribus inimicus, vt aſſeueraret, quòd nihil cuique obeſſet quorumlibet perpetratio ac perſeuerantia peccatorum, ſi huius, quæ ab illo docebatur, fidei particeps eſſet.

De vita Chriſt. cap. 14.

De Hæreſ. ad Quoduult, Hæreſ. 54.

Ea tamen eſt Neochriſtianorum iſtorum effrons audacia, vt purioris REFORMATIONIS *purpuriſſo, falſitatem & ſordes ſuas obnubilare non erubeſcant. At quibus præſens Exegeſis, loco ſiniſtre ac prætenſe reformati* Catholici *ſeruiet Anatomiæ, ſic enim, & non aliter, operis titulum duximus intelligendum.*

Habebit hic ergo Concionator, unde Hæreſes exenteret, exenteratas conuellat, fidem firmet, mores formet, ac ſacræ notionis noua grataque

táque refricatione Theologum oblectet; Quem tamen vt ſolidum atque efficacem in Auditorũ mentes, verbum ſuum, verius, Dei, habeat influxum, ad gallum dirigimus; is enim dum ad ſcreatum ſe accingit, alas excutere ſolet, & ſemetipſum feriens, vigilantiorem reddit; ita verbi Diuini Pracones, dum verbũ effundunt, prius in ſanctis, ijs maxime quas Pop. ſuadent, virtutibus ac pietatis operibus ſeſe exerceant, nè in ſemetipſis opere torpentes, alios excitent voce; Ante ſe *(ait Gregor. ſup.)* per ſublimia facta excutiant, & tunc ad bene agendum, alios ſollicitos reddant. Prius ſua punire fletibus curent, & tunc quæ aliorum ſunt punienda, denuntient. Prius alis inſonant, quam cantus emittant, quando antequam verba exhortationis proferãt, omne quod locuturi ſunt, operibus clamant.

Tu mi Beneuole Lector hunc noſtrum boni conſule laborem, quem priuatarum publicarumq́; rerum ſollicita, atque animum ſapientis in diuerſa trahens cura, minus reddidit exactum, non tamen abſolutè ingratum; neque enim iure poteſt diſplicere, quod animo ſyncero, in Dei Gazophylacium cum vidua Euangelica infertur. Mendas quas plures ſcio irrepſiſſe, non mihi prælo abſenti, at chalcographis affricato. Marci 12.d.

** *Poſtre-*

Poſtremò beneuolentiam tuam obteſtor, vt Iudæ noſtri feruentiſſimum zelum, iugi lectione, penitius imbibens, nutriens atque confirmans, quotquot ſe hodie ingerunt Reformatæ Eccleſiolæ blaterones, vt peſtem vites, vitandos denunties, ac quibuſcumq; tuis, tuorumq; apud quos vales & potes, limitibus propulſes; Sciunt enim, *teſte Vincentio Lirinen.* fœtores ſuos nulli fere cito eſſe placituros, ſi nudi & ſimplices exhalentur, atque idcirco eos cæleſtis eloquij velut quodam aromate aſpergunt; vt ille qui humanum facile deſpiceret errorem, Diuina non facile contemnat oracula.

Aduerſ. prophan. hæreſ. nouationes.

Mihi proinde credite, Reformatio hæc *mera eſt moleſtra qua rabiem contegunt lupinam, fucus eſt quo obſoletas hæreticæ prauitatis palliant rugas: larua eſt qua ſubdolas Chriſti puriſſimæ ſponſæ, ſtruunt inſidias; Sola enim Catholica Eccleſia, ait Auguſt.* eſt mater vera, pia mater & caſta, intrinſecus ſui viri dignitate ornata, non forinſecus mendacio fallente turpiter colorata. Non nos ab iſta matre nomen confictum ſeducat alienum, non nos Eccleſiæ ſpecies aliena decipiat. *Hac fide fruere & vale.*

Concio. ad Catech. c. 20

LOCI

LOCI INSIGNIORES huius Exegeſeos.

Acceptionis munerum vituperium.
Scripturarum alias eſſe Protocanonicas, alias Deuterocanonicas.
Scripturarum mira & fuſa vtilitas.
Traditionum auctoritas, firmitas, maior minórue obſcuritas.
Fidei neceſsitas, energia, encomia.
Nicolaïtarum origo, vita & doctrina.
Meriti Chriſti infinitudo & obiectum.
Diſſonantia & conſonantia vtriuſq; Teſtamẽti.
Conſtantia Profeſsionis fidei Chriſtianæ.
Efficacitas nominis IESV Chriſti.
Miſericordia Diuina, Pacis Iuſtorum & Charitatis neceſsitas & laudes.
Varia Chriſtianorum ſalutationes.
Sollicitudo temporalis & ſpiritalis.
Licentiam diuerſarũ Religionum non eſſe admittendam in Republica Chriſtiana, rectè ordinata.
Illegitimam eſſe omniũ hæreticorum Miſsionẽ.
Nec Præſcientiam nec voluntatem Dei Hæreticos excitare.
Impietas, luxuria, blaſphemia, rebellio, cæcitas, inuidia, crudelitas, Auaritia, ſeditio, luxus Hæreticorum.
Obiectum ſuperbiæ Luciferianæ.

Hæreſeos, Luxuriæ & Iniuſtitiæ peccata, iuſtam Dei vltionem Regionibus, familijs, Campis adducere.

Variæ pœna Sodomiticorum.

Obiectum diſputationis inter Michaëlem Archangelum & Diabolum habita.

Quamdiu, quando, & quomodo Angeli homines cuſtodiant.

Viuæ Nota Hæreticorum.

Extremi Iudicij variæ circumſtantiæ.

Abominatio Adulationis.

Genealogia & poſteritas Martini Lutheri, *Quinti (ſi Dijs placet) Euangeliſtæ.*

Schiſmatis natura, cauſa, grauitas, effectus.

Certa Eccleſiæ nota, Vniuerſalitas.

Operum bonorum ſupra fidem, neceſſitas.

Sanctos cum Deo regnantes honorandos & inuocandos eſſe vt Mediatores, Interceſſores, & quomodo.

Gloria, Magnificentia, Imperium & Poteſtas quomodo Deo deferenda.

Viuus ectypus Catholici Pſeudoreformati, id eſt, Hæretici, maximè Lutherani & Caluiniani, quorum Laruæ & ſordes graphicè aperiuntur.

D. Am-

D. Ambroſ. in Luc. lib. 6. cap. 9.

FIdes in primis Eccleſiæ quærenda mandatur, in qua ſi Chriſtus habitator ſit, haud dubiè ſit legenda. Sin vero Pop. perfidus, aut præceptor Hæreticus DEFORMET habitaculum, vitanda Hæreticorum communio, fugienda Synagoga cenſetur. Excutiendus pedum puluis, ne fatiſcentibus perfidiæ ſterilis ſiccitatibus, tanquam humi arido arenoſoque mentis tuæ veſtigium polluatur. Nam ſicut corporeas infirmitates Populi fidelis ſuſcipere in ſe debet Euangelii Prædicator, & tanquam propriis, inania geſta, pulueri comparanda, alleuare atque abolere veſtigijs, iuxta quod ſcriptum eſt; *Quis infirmatur & ego non infirmor?* Ita ſi qua eſt Eccleſia quæ fidem reſpuat, nec Apoſtolicæ prædicationis fundamenta poſſideat, ne quam labem perfidiæ poſſit aſpergere, deſerenda eſt.

D. Hieron. Epiſt. ad Pammach. & Ocean.

QVisquis aſſertor es nouorum dogmatum, quæſo te, vt parcas Romanis auribus, parcas fidei, quæ Apoſtolico ore laudata eſt. Cur poſt quadringentos annos docere nos niteris, quod ante neſciuimus? Vſque in hanc diem ſine veſtra iſta doctrina Chriſtianus mundus fuit.

D. Auguſt. de fide & operib. cap. 15.

SI mandatis non ſeruatis, ad vitam veniri poteſt per ſolam fidem, quæ ſine operibus mortua eſt; quomodo verum erit, quod eis quos ad ſiniſtram poſiturus eſt, dicet; *Ite, in ignem æternum qui paratus eſt Diab. & Angelis eius?* Nec increpat quia in eum non crediderunt, ſed quia bona opera nō fecerunt. Nam profectò ne ſibi quiſquam, de fide, quæ ſine operibus mortua eſt, promittat æternam vitam, propterea omnes gentes ſegregaturum ſe dixit, quę permixtæ eiſdem paſcuis vtebantur; vt appareat eos illi dicturos: *Domine quando te vidimus illa & illa patientem, & non miniſtrauimus tibi?* qui in eum crediderant, ſed bona operari non curauerant, tamquam de ipſa fidę mortua, ad vitam perueniretur æternam.

D. Gregor. Expoſit. Moral. lib. 5. ca. 18.

LAtenter prædicant (Hæretici) quatenus eorum prædicatio tanto ſancta, quanto & occulta videatur. Communem autem ſcientiam habere refugiunt, ne cæteris æquales æſtimentur; Et quædam noua ſemper exquirunt: quæ dum alii neſciunt, apud imperitorum mentes, ipſi de ſcientiæ ſingularitate gloriantur. Quam occultam, vt diximus, inſinuant, quia ſcilicet vt admirationem oſtendere valeant, hanc ſe latẽter percepiſſe confirmant. Vnde apud Salomo. hæreticorum ſpeciem mulier tenens, dicit: *Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior.* Vnde

de hic quoque ſubditur. *Et quaſi furtiuè ſuſcepit auris mea venas ſuſurrij eius.* Furtiuè ſuſurrij venas percipiunt, quia ſocialis ſcientiæ gratiam deſerentes, ad hanc nequaquam per oſtium ingrediuntur, Domino atteſtante, qui ait: *Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro.* Venas itaque Diuini ſuſurrij furtiuè ſuſcipit, qui ad percipiẽdam virtutis eius notitiam, deſerto publicæ prædicationis oſtio, prauæ intelligentiæ rimas quærit.

AD TRIPLICEM HANC

R. PATRIS HENRICI LANCELOTZ, IN D. IVDÆ Epiſtolam,

EXEGESIN.

Funiculus TRIPLEX *difficilè rumpitur.*

FVruipoſtibus incubans Auerni
Ructat letiferum triſauce virus
Atrox gutture Cerberus, grauiſque
Mephiti miſerum moleſtat orbem:
Et iugi rabiens voracitate
Abdomen vacuum recludit vſque?
Alcides nouus hîc ſacerque IVDAS,
Qui clauâ triplicis *gulæ trinodi*
Obſtringat rabiem, aſſeclaſque Diuûm
Libertate trilicibus cupitâ
Donet vindicijs. ô auſpicatum
Mundo ſubſidium! ô labor trigemmis!

F. Melchior à Daelhem Auguſtinianus.

DE

DE LIBRO EIVSDEM

AVCTORIS.

Venerat Antidotis anima liber vtilis vrbe
Principe, quam liquidis Senna pererrat aquis.
Quem ſimul adſpexit liuenti decolor ore
Hæreſis, atque fame pallida membra trahens;
Increpuit: Noſtris etiam tu ſedibus erras
Hoſpes? & à nigro dente petendus ades?
Nec mora, corroſit: ſed enim (mirabile dictu)
Vt liber in ſtomachum fauce receptus abît,
Vexor, ait, patiórque ſimul fera tormina ventris,
Plus epulæ morsûs, quàm malè rebar, habent.
Hanc cernens aliquis Fidei non hoſtis auitæ,
Inſpectus liber hic cui medicina fuit;
Continet hæc, inquit, medicata volumina ventre:
Aut melius valeat, aut moriatur, opus.
Affuit euentus; dolor auctu ſæuit in horas:
Illa crepans pariter viſcera fudit humi.

F. Nicaſius Baxius Auguſtinianus.

EPI-

EPISTOLA
CATHOLICA
BEATI IVDÆ
APOSTOLI.

1. IVdas IESV Chriſti ſeruus, frater autem Iacobi, his qui ſunt in Deo Patre dilectis, & Chriſto IESV cōſeruatis, & vocatis.
2. Miſericordia vobis, & pax, & charitas adimpleatur.
3. Chariſſimi omnē ſollicitudinem faciens ſcribendi vobis de communi veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis: deprecans ſupercertari ſemel traditæ ſanctis fidei.
4. Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium) impii, Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam, & ſolum Dominatorem & Dominum noſtrū IESVM Chriſtū negantes.
5. Commonere autem vos volo, ſcientes ſemel omnia, quoniam IESVS populum de terra Ægypti ſaluans, ſecundò eos, qui non crediderunt, perdidit:
6. Angelos verò, qui non ſeruauerūt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domici-

micilium, in iudicium magni diei, vinculis æternis ſub caligine reſeruauit.
7. Sicut Sodoma, & Gommorrha, & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ, & abeuntes poſt carnem alteram, factæ ſunt exemplũ, ignis æterni pœnam ſuſtinentes.
8. Similiter & hi carnem quidem maculant, dominationem autem ſpernunt, maieſtatem autem blaſphemant.
9. Cùm Michael Archangelus cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus Iudicium inferre blaſphemiæ: ſed dixit: Imperet tibi Dominus.
10. Hi autem, quæcumque quidem ignorant, blaſphemant: quæcumque autem naturaliter, tanquam muta animalia, norunt, in his corrumpuntur.
11. Væ illis, qui in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effuſi ſunt, & in contradictione Core perierunt.
12. Hi ſunt in epulis ſuis maculæ, cõuiuantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuoſæ bis mortuæ, eradicatæ,
13. Fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones, ſidera errantia: quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum.
Pro-

14. Prophetauit autem & de his ſeptimus ab Adam Enoch, dicens: Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis.
15. Facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti ſunt contra Deum peccatores impii.
16. Hi ſunt murmuratores queruloſi, ſecũdùm deſideria ſua ambulantes, & os eorum loquitur ſuperba, mirantes perſonas quæſtus cauſa.
17. Vos autem chariſſimi, memores eſtote verborum, quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri IESV Chriſti,
18. Qui dicebant vobis, quoniã in nouiſſimo tempore venient illuſores, ſecundùm deſideria ſua ambulantes in impietatibus.
19. Hi ſunt, qui ſegregant ſemetipſos, animales, Spiritum non habentes.
20. Vos autem chariſſimi, ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimę veſtrę fidei, in Spiritu ſancto orantes 21. voſmetipſos in dilectione Dei ſeruate, expectantes miſericordiam Domini noſtri IESV Chriſti in vitam æternam.
22. Et hos quidem arguite iudicatos:
23. Illos vero ſaluate, de igne rapiẽtes. Aliis autem

autem miſeremini in timore: odientes &
eam, quę carnalis eſt, maculatam tunicam.
24. Ei autem, qui potens eſt vos conſerua-
re ſine peccato, & conſtituere ante con-
ſpectum gloriæ ſuæ immaculatos in exul-
tatione in aduentu Domini noſtri IESV
Chriſti;
25. Soli Deo Saluatori noſtro, per IESVM
Chriſtum, Dominum noſtrum gloria &
magnificentia, imperium & poteſtas ante
omne ſæculum, & nunc, & in omnia ſæcu-
la ſæculorum. Amen.

Digitized by Google

Exegeſis Epiſt. D. Iudæ Apoſtoli, Theologica, Catholica, Moralis.

QVÆST. I. PROOEMIALIS.

Quis eſt auctor huius Epiſtolæ?

1 RESPONDEO & *Dico* primo: huius Epiſtolæ Auctorem omnes Patres aſſignant, *D. Iudam Thaddæum Apoſtolum.* Ita D. Dionyſ. Areop. S. Pauli diſcipulus lib. de Diuin. Nom. cap. 4. Anaclet. Epiſt. 1. Clem. Alex. in Comment. Hieron. epiſt. ad Paulum. Iſidor. lib. 6. Etymolog. c. 2. Damaſc. lib. 4. fidei Orthod. c. 18. Tertull. Cypr. D. Auguſt. & alij. *Auctor huius Epiſt. D. Iudas Thaddæus.*

Natus eſt autem Patre *Cleopha* (qui alio nomine vocatur *Alphæus*, auctore Beda in cap. 6. Lucæ, 2 & Hug. Card. Marci 3. cum Gloſſa) fratre B. *Ioſeph, Deiparæ Virginis* Sponſi, ſecundùm Hegeſippum temporibus Apoſtolorum proximum, apud Euſeb. l. 3. hiſtor. c. 10. Matre verò *Maria Iacobi*, quæ eadem eſt cum ea quam D. Ioannes cap. 19. verſ. 25. *Mariam Cleophæ*, appellat aſſertore D. Hieron. l. aduerſ. Heluidium, quicquid in contrarium allegauerit Cæſar Baronius in Apparat. ad Annal. Eccleſiaſt. num. 66. à quo recedit Sebaſt. Barradius, Concord. Euangel. *Pater D. Iudæ eſt Cleophas ſeu Alphæus. Mater D. Iudæ Maria Iacobi ſeu Cleophæ.*

Fratres D: Iuda Iacobus minor, Ioſeph & Simon. Quomodo ijdem vocentur fratres Domini & Conſobrini D. Anna fuit vniuira.

Tom. 1.lib.6.c.15. Fratres eius fuere *Iacobus minor, Ioſeph & Simon*; qui licet fratres Domini Matth.13.55.&Marci 6.3. Conſobrini verò eiuſdem,& quidem à ſorore D.V.Mariæ,orti à quibuſdam enuncientur,id tamen non niſi impropriè dicitur, quum conſobrini ſint plurium ſororum filii; D.Virgo autem nullam habuerit ſororem, quippe quæ vniuiræ *Anna* vnigenita fuit,vti modò ſuppono; Patrueles ergo, & quidem hominum exiſtimatione,erant Saluatoris noſtri,quum Cleophas non niſi impropriè Patruus fuerit Chriſti,vti & *Ioſeph*,Pater.Cognatos autem Ieſu fuiſſe,docet D.Auguſt. tract. 10. in Ioannem. Ex quo capite non modica laudi eius portio accedit, vel ipſo D. Ambroſ. lib. 1. 3 ſuper Lucam, in ſimili S.Ioan.Baptiſtæ caſu,inſinuante; *Quaenim alia* (inquit) *intentio hoc loco S. Euangeliſtæ, niſi vt S. Ioannes Baptiſta nobilitetur parentibus,miraculis,moribus,munere,paſſione? Sic etiam Sancti Samuel mater, Anna, laudatur; ſic Iſaac à parentibus nobilitatem pietatis accepit, quam poſteris dereliquit, &c.*

D. Iudas trinomius fuit.

Dico 2. D. Iudam trinomium fuiſſe,vt docet D. 4 Pater *Auguſtinus* tom.4. de Conſenſ. Euangel. c. 30. *Lucas, qui eos alio loco nominat,cum prius eliguntur. in monte,à Matthæo non diſcrepat, niſi in nomine Iudæ Iacobi,quem Mattheus Thaddæum appellat; nonnulli autem codices habent, Lebbæum.* Cuius rationem reddit Orig. Adamantius Præf. in explanation. S.Pauli ad Rom. vbi quærens, cur is qui Saulus dictus eſt in Act.Apoſtol.nunc Paulus dicatur? Reſpõdet; *Inuenimus in Script. aliquantos binis,alios etiam ternis vſos eſſe nominibus,vt Salomonem, eundemque Idida dici. Sedechiam,eundemque Ioachim; Oziam, eundemq; Azariam,*

In ſcript. aliqui 2. vel 3. nomina habent.

Azariam, alioſque plurimos in Regum vel Iudicum libris, binis nominibus inuenies vocitatos. Sed nec Euangelia quidem hunc eundem renuunt morem; nam & Matthæus ipſe refert de ſe, quòd cùm tranſiret Ieſus, inuenit quemdam ſedentem ad telonium, nomine Matthæus: Lucas verò de eodem dicit; Quia quum tranſiret Ieſus, quemdam vidit Publicanum nomine Leui, & dixit ei; Sequere me. Sed & idem Matthæus in Catal. Apoſtolorum, dicit poſt multos, Matthæus Publicanus & Iacobus Alphæi, & Lebbæus & Simon Cananæus. Marcus verò ita refert: Matthæus publicanus, & Thomas & Iacobus Alphæi & Thaddæus. Hunc eundem, quem Matthæus, Lebbæum, Marcus Thaddæum poſuit. Lucas verò ita poſuit: Matthæus, Thomas, Iacobus & Iudas Iacobi. Igitur eundem quem Matthæus Lebbæum, & Marcus Thaddæum dixit, Lucas Iudam Iacobi ſcripſit. Certum autem eſt Euangeliſtas non erraſſe in

5 *nominibus Apoſtolorum.* Quorum omnium tandem rationem reddit, dicens: *Quia moris erat binis, vel ternis nominibus vti Hebræos; vnius eiuſdemque viri diuerſa ſinguli nominū vocabula poſuere. Secundū hanc ergo conſuetudinē, videtur nobis Paulus duplici vſus eſſe vocabulo.* *Mos Hebræorum.*

Primo ergo Matth. 10. 3. vbi Apoſtoli cum virtute miraculorū *mittuntur ad oues quæ perierunt domus Iſrael*, Apoſtolus noſter vocatur *Primo Iudas vocatur Lebbæus.*

6 *Lebbæus*, iuxta lection. Hieronymianam, aliorumque Codicum, maximè verò Textum Græcum, qui ſic habet, Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος, hoc eſt: *Lebbæus qui cognominatus eſt Thaddæus.* Sic eum vocatum Doroth. in Synop. Niceph. l. 2. c. 40. Chryſoſt. & alij teſtantur.

Cęterum nomen iſtud ex mente Interpretis nominum Hębraicorum, Dionyſij Carthuſiani in Matthæum, articulo 19. Diui Hieronymi de *Interpretatio Lebbæi quod ſignificat Corculum.*

de viris Illuſtr. Hugon. Card. & aliorum, idem valet ac ſi dicas, *Corculum*, vel *Quaſi cor*, ſiue *Cuſtos ſui cordis*; vt qui omni cuſtodia ac diligentia ſeruat munditiam cordis, per quam velut per vitrum mundiſſimum, videtur Deus, iuxta illud Matth. 5. 8. *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*, hîc per ſpem certam; at in patria, per rem & intuitiuè claram viſionem Beatificam: ad quam proinde munditiem prouidè nos hortatur Sapiens Prou. 4. 23. *Fili omni cuſtodia ſerua cor tuum, quia ex ipſo vita procedit.* 7

Quomodo Hiſtoria Euſebij Cæſarienſis ſit Apocrypha.

Hac vero munditia ſummè prȩditum fuiſſe, 8
cor ſuum conſeruaſſe, adeoque mundum & mundana dona in comparationem Dei, Apoſt. noſtrum ſpreuiſſe, docet Euſeb.l.1. hiſtor. c. 13. (qui liber cum hac & aliis hiſtorijs atque epiſtolis Abgari ad Chriſtum, & Chriſti ad Abgarum, licet à Gelaſ. Pap. Decretal. 1. part. diſt. 15. c. *Sancta Romana Eccleſia*, recenſeatur inter Apocrypha; ſic tamen id intellige, quòd non ſit Hagiographus, nõ vero vt eum ab Eccleſia omnino proſcribat, ait Cæſ. Baro. Tom. 1. Annal. anno Chriſt. 31. num. 60.)

Quum enim Abgarus (Doroth. in Synop. & 9
Oecum. Augarum, alij Abagarum vocant) Edeſſenorum Princeps, graui & incurabili morbo, quantum in hominum facultatē & vi naturali curandi ſitum erat, languens, celebre nomen Ieſu, Diuinaſque eius virtutes varijs miraculis conteſtatas audiuiſſet; contigit D. Iudam Thaddeum Edeſſam allabi, qui vbi in nomine Saluatoris Ieſu manus ei impoſuit, extemplò morbo & calamitate, qua tanto tempore diuexabatur, rele-

Abgarus Princeps; miraculoſe curatur à D. Iuda.

releuatus & priſtinę ſanitati eſt reſtitutus; nec ipſe ſolus, ſed & Abdus Abdi filius, aliique ciues quamplurimi, quouis morborum genere preſſi, ſanitatis beneficium obtinuerunt. Nec mora, beneficij memorem ac gratum animum Abgarus refundere decreuit. Quare auro tum cælato, tum rudi & informi, Apoſtolum donari mandat: atqui eadem conſtantia atque immaculato animi candore, quo mundo & mundanis phaleris relictis, Ducem ſuum Chriſtum ſecutus fuerat, adinſtar Danielis cap. 5. 17. purpuram torquemque auream Balſaſaris Regis intrepide aſpernati, donaria reſpuit oblata, ſic Principẽ compellans: *Si noſtra prorſus dereliquimus, quomodo accipiemus aliena?*

D *Iudas cõtemnit munera terrena*

10 Probè quippe nouerat, munera nitorem cordis eclipſare, prudentes excæcare, libertatem proximũ ſalubriter corripiendi infirmare, iudicibus in iure dicendo, fræna immittere, ruinam denique animæ conciliare, iuxta illud Exod. 23. 8. *Nec accipies munera quæ etiam excæcant prudentes & ſubuertunt verba Iuſtorum*; & Eſai. 33. 15. *Qui excutit manus ſuas ab omni munere, iſte in excelſis habitabit.* Vt vel hinc intelligi detur, non immeritò ei *Lebbæi*, ſiue Cuſtodis cordis nomen attributum. Quam vtinam Chriſtiani, maximè Iudices & Eccleſiæ Prælati, eo conatu atque amore, cordi ſuo cuſtodiam, ſignanter in ordine ad fugam munerum, adhiberent; profectò non in eam, quam de facto indies experimur, temporũ calamitatem deuoluti eſſemus, dum vel homines inepti, ditiores, nobiliores, in aulis Principum valentiores, illiterati, quinimo literarum oſores,

Munera Reipub damnoſa.

Corruptela Iudicum & Prælatorum huius ſeculi.

oſores, inexperti, virtutum ac pietatis deriſores, atque adeo indigni, & titulis Officiorum, ad quæ ſubuehuntur, impares, propter donorũ gerras, dignis atque oneribus proportionatis viris præferuntur; vel ſi apti, tamen in iuris dictatione, plus ad perſonas, quàm medium rei (quod Iuſtitia attendit) reſpiciunt. *Non ſic Impij, non ſic, ſed tanquam puluerem* (propter ariditatē, leuitatem, ſterilitatem) *quem proiicit ventus à facie terræ*. Pſal. 1. 4. annullabit Dominus xenia veſtra.

Iuſtitia attendit medium rei; aliæ virtutes, rationis.

11 Sane D. Hiero. epiſt. ad Marcell. non veritus eſt dicere, facile contemni clericum qui ſæpe vocatur ad prandium & non recuſat. *Nunquam petentes*, inquit, *raro accipiamus rogati. neſcio quomodo etiam ipſe qui deprecatur vt tribuat, cùm acceperis, viliorē non te iudicat: & mirum in modum, ſi eum rogantem contempſeris, plus te pòſt veneratur*. Et Greg. in Moral. lib. 12. *Quis non erubeſcat dicere; Quid mihi dabis vt tibi iuſtitiam faciam? nonne ſimile eſt ac ſi dicatur: Quid mihi vultis dare, vt abnegem, officium perdam, & Deum vendam?*

Munera recuſātes, plus poſtea honorantur.

12 Cuius ratio eſt, quia oblatio muneris eſt tinea regiminis; quod tum maximè verum eſt, quando quis aliquid ab eo accipit, qui ideò dat ne corrigatur, vt benè notauit Ambro. in epiſt. ad Cor. 1. Licet enim plura ſint incentiuorũ genera, quibus iuſtitiam humana peruertit malitia, fauor nempe amicitiarum, adulatio laudis, & corporalis acceptio muneris; facilius tamen, & fortius animus rei corporeę datione, quá gratiæ laudiſue decipitur fauore. Quare D. Greg. vbi ſup. peculiare quippiam in B. Eugenio notat, videlicet: *Quo munera cautiùs fugitabat, ad eum vndique multipliciùs confluebant; hoc quoque fere vbique accidit.*

Acceptio muneris eſt tinea regiminis.

accidit, vt fugiant, dum quæruntur; dum fugantur, accelerent. Quum eidem Prior quidam modicæ facultatis, cuius cauſam nondum audierat, marcam auri, deuotione multa inſtanter offerret; Nondum, inquit, ingreſſus es domum meam, & iam vis corrumpere Dominum? Corruptionem namque vir Sanctus credidit, quicquid offerebatur lite pendente. Hactenus Gregor.

Munera fugiunt ſequentem, ſequuntur verò fugientem.

13 Cuius verbis, Gentilium conſonant dogmata Philoſophorũ ac Poëtarum; vnde Ouid. 5. Faſt.

Sæpe Iouem vidi, cùm iam ſua mittere vellet
Fulmina, thure dato, ſuſtinuiſſe manum.

Turpitudo acceptionis donorum.

Idem Epiſt. Oenones ad Paridem.

Turpiter ingenuum munera corpus emunt.

Item 4. de Pont.

Multiplicat tamen hunc grauitas auctoris honorem,
Et maieſtatem, res data, dantis habet.

Sic Plato lib. 3. Politiæ.

Δῶρα θεοὺς πείθει καὶ αἰδοίους βασιλῆας.
Cum Diuis flectunt venerandos munera Reges.

Quippe intellexere gentiles, quantum ad mouendum impreſſionem & occultam energiam dona haberent; vtpote cum quibus leges & iuris dicendi æquitas conſiſtere non poſſent. Sane

Gentiles munera damnant.

Apophthegmata.

Alcamenes.

14 Plutarchus in Apophthegmat. Lacon. refert, Alcamenem Telepri filium, quum quidam interrogaſſet, cur munera à Meſſeniis oblata, non accepiſſet, reſpondiſſe: *Quoniam ſi accepiſſem, cum legibus pacem habere non potuiſſem.* Quo dicto docuit munera nequaquam eſſe accipienda quæ legibus & Reipublicæ aliqua ſaltem ex parte obeſſe poſſunt. Alterius non minùs lepidi quàm prudentis, in hanc rem Apophthegmatis auctor eſt Plin. de vir. Illuſtr. c. 33. ſiquidem

M. Curius. dem Samnites, poſtquam à M. Curio ſubiugati
eſſent, certa legatione ad eum inſtituta, magnā
vim auri obtulerunt, verum Curius quum forte
ad focum ſederet, atque ex cado ligneo rapas
comederet, Samnitum legatis reſpondit; *Nihil
opus eſt auro talem cænam cænanti.* Alij vero reſpon-
diſſe ferunt; *Ego malo aurum habentibus imperare,
quam vt alij mihi aurum accipienti imperent.* Vox ſanè
excellentis & infracti animi; qualis & illa
C. Potitius. C. Potitij apud Cicer. l. 2. Offic. is enim quum
intellexiſſet Romanos, totius pæne orbis Do-
minos, acceptis muneribus, labem gloriæ ſuæ
intuliſſe, adeoque nomen & decus amiſiſſe; *Vti-
nam*, ait, *ad illa tempora me fortuna ſeruâſſet, & tunc eſ-
ſem natus, quando Romani dona accipere cœpiſſent; non pro-
fecto paſſus eſſem eos imperare diutius.* Ita prudentiam
& militarem fortitudinem potenter eneruant
Similitudo. dona. Vt enim bilanx in eam propendet par- 15
tem, vnde plus accipit; ſic donatarij & perſo-
narum acceptores, nullo æquitatis habito diſ-
crimine, nunc huic, nunc illi maximè fa-
uent, qui plurimum affert; non cuius cauſa ſit
optima & potior iure. Quamobrem vt ad no-
ſtrum, vnde digreſſi ſumus, Lebbæum cordis
Paræneſis ad cuſtodem, & munerum oſorem, reuertamur;
Iudices. Diſcite Iudices, Officiorum Beneficiorum-
que collatores, manus veſtras ab omni munere
excutere, memores illius Iob 15. 34. *Ignis deuo-
rabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt.*
Hæc de primo nomine.

Secundum Secundo, Marci 3. vocatur *Thaddæus*, ad di- 16
nomen eſt. ſtinctionem alterius Iudę Iſcariotæ ſceleſtiſſimi
Thaddæus. proditoris, ſic dicti, vel ratione Tribus Iſachar,

vel

vel ratione certi vici Carioth, de quo Ioſue 15. 25. *Aſor noua & Carioth*, Qua in re variant Docto- *Iſcariotes vnde.* res. vide Emanuelem Sa. in Matth. c. 10. Gloſſ. ibidem. Item Andream Placum in Lexico Biblico, qui eum putat denominari à pago Iſcara; in quam ſententiam citat Theophylact. ſuper Matth. c. 26. Quibus tricis miſſis, & cuiuis libera opinandi occaſione relicta, ad ſignificantiam & nominis Thaddęi interpretationem, me conuerto.

D. Antoninus 1. part. Chronic. tit. 6. c. 14. Iacobus de Voragine & Claudius de Rota, hiſtor.
17 Sanctorum, interpretantur Thaddęus, Q. D. *Apprehendens Principem.* Hugo Cardinal. vero in ca. *Significantia nominis, Thaddæi.* 10. Matth. *Attendens Principem*, videlicet huius mundi Chriſtum. Vtrumque ad rem appoſitè: quippe qui in vita oculos ſemper habuerit ad Dominum & Dei ſui cultum ac fidem propagandum; in morte verò glorioſe vmbone conſtantiæ, hoſtibus proſtratis, mundi Saluatorem ac Martyrum Ducem apprehenderit Chriſtũ; vt verè vſurpare poſſit illud Sponſæ Cantic. 3. 4. *Tenui eum nec dimittam.* Et Eccleſiaſtici 5. 2. *Adiutor & protector factus es mihi.* Itẽ verſ. 10. *Circumdederunt me vndique, & non erat qui adiuuaret, reſpiciens eram ad adiutorium hominum, & non erat: memoratus ſum miſericordiæ tuæ Domine & operationis tuæ quæ à ſæculo ſunt, quoniam eruis ſuſtinentes te Domine.* Quod latius patebit ex Hiſtoriæ decurſu.

18 Poſtquam enim in Meſopotamia, Edeſſa & Ponto Chriſti fidem diſſeminaſſet, tandem vnà cum D. Simone in Perſiam penetrauit vbi duos magos *Zaroës & Arphaxat* (quos D. Matthæus ex

Zarões & Arphaxat Magi aduerſantur D. Iudæ & Simoni,

Æthiopia fugarat) inuenerunt, quorum fraudes & ſacrilegas impoſturas quum Apoſtoli verbis & ſignis prodigioſis detexiſſent, inuidiæ zelo ij perciti, multas in viros Dei blaſphemias euomuerũt, proditionis inſimularunt, ac totam pene Babyloniam concitârunt. At fruſtra, ad prædicationem quippe eorum, miraculis confirmatam, pluſquam 60 hominum millia, cum Rege baptiſmatis S. fonte tincta fuerunt ; ad quorũ proinde pleniorem inſtructionem, longiuſculo ibidem tempore hæſerunt ; donec ijdem præſtigiatores, ad certam ciuitatem Sannir, à Dorotheo verò in Synop. Berytum, vel Beretum, vt legit Oecumen. in Acta, dictam, excurrunt, vbi 70 idolorũ Sacrificulos in Apoſtolos exacueruht, vt ſi illuc aduenire contingeret, aut eos idolis thura dare compellerent, aut certæ neci darent. Quare Apoſtoli vniuerſa luſtrata prouincia, ad eaſdem appellunt oras : quorũ aduentus certiores redditi præfati Pon- 19
tifices, irruunt, populiq́ue tumultuaria factione freti ipſos capiunt, & ad fanum Solis trahentes, ſacrificare compellunt. Quo facto, Dæmones per energumenos clamare cœperunt; *Quid nobis & vobis Apoſtoli Dei viui? Ecce in ingreſſu veſtro flammis exurimur.*

D. Iudas & Simon ad Solis fanum trahuntur.

Interea Angelus Apoſtolis apparens, in anguſtia confortat dicens : *Vnum de duobus eligite, aut horum repentinum interitum, aut veſtrum martyrium.* Cui Apoſtoli, *Adoranda eſt Dei miſericordia, vt & iſtos conuertat, & nos ad palmam martyrij perducat.* Facto autẽ ſilentio dixerunt : *Vt ſciatis ſimulachra veſtra plena eſſe dæmonijs, mandamus ea inde exire & ipſa confringere.*

Apparet eis Angelus.

Et

Et ecce 2. dæmones velut Æthiopes nigri & nudi, toto ſtupente mundo, de ſimulachris exiērunt, atque vt iuſſi erant, Diuina eos vrgente
20 virtute, idola omnia confregerunt. Quod vidētes Pontifices, immaniſſimo furore acti, in Apoſtolos irruunt, ac trucidantes, nobili martyrio coronant. Sed ecce vindicem deſuper Dei manum; in illa quippe hora, quum ſudum eſſet cælum, tanta mugire tonitrua, tanta coruſcare cœperunt fulgura, vt trifariam proſciſſum ſit delubrum. Quid plura? Et ipſi magi ſcelerati tam ſcelerato in facinore animam profuderūt, fulguris ictu in carbones conuerſi. Rex autem Babyloniæ, qui eorundem operâ nuper Chriſto nomen dederat, ſanctiſſima corpora in vrbem ſuam transferri, honorifice ſepeliri, atq; in eorum honorem, miræ magnitudinis Eccleſiam extrui curauit. At quæ poſtmodum Romam delata, in æde D. Petri requieſcere dicuntur, teſte Antonino ſup. circa finem cap. 14. Horū Apoſtol. Legendam Hebraice ſcripſit Abdias Babyloniæ Epiſcopus; ſed quam in Latinum idioma tranſtulit Aphricanus. Vide Ioan. Eckium, tom. 3. homil. Biblioth. Concion. Georg. Bartholdi Pontani à Braitenberg; Aloyſium Lipomanū, & Ioachimum Perionium de reb. geſtis Apoſt. quem citat Zacharias Lippeloo in eorum feſto.

Miraculum in confractione idolorum.

D. Iudas et Simon occiduntur.

21 Vnum hic attexam, quod quia ſęculo noſtro euenit, lectori indubie gratū erit. Anni perpauci ſunt, ex quo, præmiſſo ad Regem Perſarum, venerab. Patre noſtro F. *Simone Morales*, R mus atq; *Illuſtriſs. Dom. Frat. Alexius de Menezes*, ex Ordine fratr. Eremitarum *D. Auguſtini*, Archiepiſcopus Goæ,

F. Alexius de Menezes vir Apoſtolicus.

Goæ, Indiæ ac totius Orientis Primas; nouam Chriſtianę fidei, ad Perſas ac Medos, miſſionē, *Clement. 8. ſummi Pontificis,* & Philippi 3. Hiſp. Regis iuſſu atque hortatu inſtituit. In quem finem Anno 1604. 14. Februar. per Regnum Ormuticum, eo direxit R^dos atque Apoſtolicos Ordinis noſtri Patres, F. Melchiorem ab Angelis, F. Didacũ à S. Anna, & F. Guilhel. à S. Auguſtino, qui in comitatu per illuſtris Herois D. Ludouici Pereira de la Cerda, ad Perſarum Regem, ex parte ſuæ Maieſtatis legati, 22. Octob. ad Regia caſtra appulerunt, Aſpain Perſię Metropolim intrarunt, ibique de more Chriſtiano, ſalutatis Confratribus ſuis, F. Hieronymo à Cruce, F. Chriſtophoro à Spiritu Sancto & F. Antonio de Gouea, iam pridem in meſſe Euangelica, ibidem erectis Monaſter. & eccleſia, ſtrenuè laborantibus, Mediam peragrarunt, ac tandem in certam Armeniæ vrbem, *Iulſax*, dictam, vna cum Sereniſſ. Regis Hiſpan. legato ſunt allapſi. Ad quos gratulabundi varij Chriſtiani & Religioſi Ord. D. *Dominici,* intolerabili hactenus ſeruitutis Turcicæ iugo preſſi, accurrunt.

PP. Auguſtiniani intrãt Perſiam & Mediam.

Inter cæteros vero, Senior quidam multa 22
canicie & pietate ſpectabilis Monachus, nomine F. Dominicus, qui integrũ vſque ad cubitum brachium cum adiuncta manu, glorioſi Iudæ Thaddæi Apoſtoli, Patribus Auguſtinianis videndum exhibuit. Includebatur autem non auro vel argento (nę Turcarum pateret rapinę) ſed ligno; ita tamen vt ex certa eius parte, oſſis cõcauitas appareret. In ſuper crux ferrea miræ
molis & groſſitiei ijſdem proferebatur, quam 23
(iuxta

Brachium D. Iudæ & crux ab eo fabricata, PP. Auguſtinianis oſtendũtur in Armenia.

(iuxta Prouinciarum illarum memorandam traditionem) & eundem Apoſtolum proprijs manibus fabricaſſe, & adinſtar molliculæ ceræ, in omnem partem, ſitum ac figuram, flexilis, ferebant plicuiſſe, explicuiſſe, inflexiſſe. De quo vide Relatum Perſicum, hac ſuper re, vti & aliis, ſiue, *de Progreſſu Euangelij in Perſicis oris*, nuper Antuerpiæ editum. *Relatus P[…] ſicus.*

24 Tertio, Lucæ 6.16. & Actor. 1.13. appellatur *Iudas Iacobi*, nō quia filius Iacobi, ſed frater germanus Apoſtoli Iacobi, non Maioris, ſed Minoris: qui primus Hieroſol. Epiſcopus, poſt Chriſti in cælum Aſcenſum, ab Apoſtolis creatus, teſte Anaclet. epiſt. 2. propter intrepidam fidei confeſſionem, primò ex altiſſimo templi loco præcipitatus, deinde fullonis fuſte grauiter percuſſus, nobilem Martyrij palmam accepit, ſeptimo Neronis anno. *3 Nomen Iudas Ia[…]bi.*

25 Hæc latius proſecutus ſum, ne quē incautiùs offendat D. Hieron. in epiſt. ad Galat. c. 4. Vbi Iudam, Iacobi fratrem, Zelotem appellat, *Iudæ*, inquit, *Apoſtoli, ſed non proditoris, qui ob inſignem zeli in ſe virtutem, & Zelotis nomen accepit.* Item contra Heluid. *Iudas Zelotes in alio Euangelio, Thaddæus dicitur.* Cæterùm Comment. in 10. c. Matth. Zelotæ cognomen, Simoni tantum tribuit; Iudam verò, Thaddæum & Lebbæum dictum tradit. Id enim per quandam nominum confuſionem, ab eo factum eſſe, mihi perſuadet Cæſar Baronius tom. 1. Annal. anno Chriſt. 68. n. 6. *Iudas T[…] dæus n[…] vocatur […]lotes.*

QVÆ-

QVÆSTIO II. PROOEMIALIS.

An Epiſtola D. Iudæ ſit Canonica?

Euangelia Thaddæi ſũt Apocrypha.

SVppono primo Euangelia Thaddæi nomine quõdam euulgata, apocrypha eſſe, atque edita ab auctoribus hæreticis aut certe ſuſpectis, vt patet Decretal. 1. part. diſt. 15. Cap. *S. Rom. Eccleſia* vbi Gelaſ. Papa 1. cum 70 Epiſcopis, hæc Euangelia, vti alia multa, habet pro apocryphis. Cæterum nota ex Bartholomæo Brixien. in idem Caput, librum quempiam dici ἀπόκρυφον, *quaſi occultus ſit & ſecretus, ſcilicet quum auctor ignoratur, non tamen ab Eccleſia recipitur, ſed reprobatur. Q. D. non in Eccleſia, ſed remote & ſecrete eſt legendus ſecundum Hug. vnde dic Apocrypha* (inquit) *Græce, Latine ſecreta*: Hactenus Gloſſ. vbi non ſufficienter vocat apocryphos eos libros quorum Auctor ignoratur, ſic enim multi libri Sacri apocryphi eſſent; vt lib: Iudic. Ruth, Iob, & alij permulti, quorum Auctores ignorantur, quod tamen abhorret ab vſu loquendi Eccleſiæ. Addere autem oportet, quod licet in iis aliqua inueniatur veritas, tamen propter multa falſa adiuncta, non habet Scripturæ Canonicæ pondus.

Apocryphũ quid ſit.

Hæretici aliquas veras ſcript. expũgunt, quãdo ſunt victi.

Non abſimili conſtringuntur impietate, qui veras & Canonicas Script. expungunt, atq. adinſtar Kemnitij, Concilium Trid. iuxta cerebelli ſui amuſſim, præſumptuoſe examinantis; certas Script. partes demũt, tum maximè, quando argumentorum inde depromptorũ auctoritate atque euidentia preſſis, nullus ſupereſt

effu-

effugij locus. Quam hæreticorum praxin iampridem malæ fidei præmiſſa vſucapione firmatam, tota pene docet Patrum Latinorũ & Græcorum antiquitas. Teſtis huius rei locuples eſt D. Epipha. hæreſ. 42. vbi Marcionem, copioſam noui Teſtam. partem docet ſuſtuliſſe: teſtis D. Aug. l. 32. contr. Fauſtum Manich. c. 1. & 8. vbi Manichæos totum narrat reprobâſſe Teſtam. vetus; teſtis Iren. l. 3. c. 2. diſertè Valentinianorum indolem depingens; quippe qui S. Paginæ telis petiti, vel illam recuſabant tanquam apocrypham explodentes, vel ad ſuſpectas verſiones recurrebant. Quod quia Tertulliano libro de Præſcript. aduerſ. hæret. compertũ erat, omni inſtantia, ne in arenam contra hæreticos deſcenderent Catholici, vrgebat: *Quid* (ait) *proficies exercitatiſſime Scripturarum, cùm quod affirmes negent, & quod neges affirment?* cui illud D. Aug. epiſt. 3. ad Marcellin. conquadrat; *Quid fiet hominibus qui minima contemnunt, & maiora non credunt?*

Tertul. diſſuadet cu[m] hæreticis congreſſ.

Propone, ſodes, hæretico cuipiam Lutherano, Caluiniano, Zvvingliano, Bezano, &c. rem ſupernaturalẽ, vtputà Chriſti ad Apoſtolos per ianuas *clauſas, via penetrationis dimẽſionum,* acceſſum, Deiparæ virginitatẽ, vnius atque eiuſdem corporis antè exiſtentis, ad mille loca replicationẽ ſeu reproductionem ſubſtantialem; panis & vini, ſecundùm omnes gradus ſubſtantiales, aliquitatis, genericos & ſpecificos, in corpus & ſanguinẽ Domini Transſubſtantiationẽ Sacramentalem; Sanctorum preces noſtras *in Verbo* videntium Inuocationem, Sacramentorum in ordine ad gratiam iuſtificantem, Phyſicum vel

mora-

moralem influxum, Rom. Pontif. Primatum, &c. non crederet. Si verò humi repente ſtylo inſtructam quampiam ex D. Iacobo, lib. Mach. &c. protuleris ſententiam, cachinno exſibilabit.

Magdeburgenſes reijciunt cano. D. Epiſtolã velut ſtramineam.

Suppono 2. Duas eſſe ſententias. Negatiua eſt 5
Brentij, Kemnitij & Magdeburgẽſium hæreticorum, ſequentium Mart. Lutherum, docentem hanc Iudæ, vti & alias Canonicas plures epiſtolas, ex ſtipulis, paleis, fæno & ſtramine confertas eſſe. At quorum ſtraminea & futilia ſyntecticorum Argumentulorũ terebella, quia à lippis & tonſoribus Pontificijs facile infirmari poſſe docet, eruditiſſ. Caluinomaſtix *Thomas Stapletonius*; ea diſſoluere non dignatur. Verùm ſicut omnium generi hominum, ſapientibus, inſipientibus, doctis & indoctis, hiſce præſertim hęreſeon procellis, debitores ſumus, atque adeo cõ-

Sentent. D. Aug.

ſultore D. Auguſt. enarrat. in Pſal. 36. *Tanto magis debemus commemorare vanitatem hæreticorum, quanto magis quærimus ſalutem eorum*; ita breuiore cothurno ea perſtringemus.

Straminea hæreticorum argumenta.

Primum ergo eſt. Iudas Thaddæus ſe nuſquam 6
hîc nominat Apoſtolum Chriſti, vti Paulus, ſed ſeruum duntaxat, ergo non eſt talis, ſed alius quiſpiam inferioris conditionis ſocius. Eodem fere modo argumentatur Caiet. cuius ſententia neutiquam eſt tuta. 2. *in hac epiſt.* inſinuat ſe dudum poſt Apoſtolos veniſſe, *Memores* (inquit verſ. 17.) *eſtote verborum, quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dicebant vobis, quoniam in nouiſſimo tempore venient illuſores ſecundùm deſideria ſua ambulãtes.* Ex quo proinde corollarie ſequi videtur, non vnum ex illis, ſed gregarium duntaxat

taxat eius fuiſſe ſcriptorē. *tertiò citatur hic Prophetia* Enoch, item altercatio inter D. Michaelem Archang. & Diab. de Moyſi corpore habita; quæ quum in nullis reperiantur Canonicis Scripturis, reſtat Epiſt. apocryphã eſſe. 4. *Iudas Perſidem,* non Græciam, ſua prædicatione illuſtrauit; ergo idiomate Perſico, non Græco hanc ſuam Epiſt. debuit euulgâſſe: en præcipua Centuriatorum fulcra. Quibus non obſtantibus pro ſententia affirmatiua Catholicorum;

Epiſtola D. Iudæ Thaddæi eſt canonica.

7 *Dico* 1. Epiſtola D. Iudæ Thaddæi Apoſtoli, eſt liber S. Scripturæ canonicus, Sic dictus, eò quod credendi Canonem ſeu Regulam contineat; Scriptura quippe eſt Regula infallibilis, quam in credendo ſequi debemus. Definita eſt hæc veritas Cano. 84. Apoſt. & in variis Conciliis, Carthag. 3. cap. 47. Flor. ſub Eugen. 4. & Trid. ſeſſ. 4. Decret. de Cano. Script. vbi recenſitis SS. libris, qui à S. Synodo ſuſcipiuntur, iiſque hac noſtra D. Iudæ epiſt. annumerata, anathema dicit omnibus qui libros integros cum ſuis partibus, prout in Eccleſia Cathol. legi conſueuerũt, & in vetere vulgata editione Latina habentur, pro Sacris & Canonicis non ſuſceperint. Vnde ſententia Caiet. iam nõ eſt tuta, dum epiſtolam D. Iudæ minoris ponderis atque inferioris auctoritatis iudicat eſſe quàm reliquas Canonicas. Neque vero ratio eius quicquam ligat; prout latiùs infrà.

Probatur ex Conciliis.

2. Eandem propoſit. docent iidem ferè Patres ſuprà citati; Dionyſ. Areop. de diuin. Nom. cap. 4. *Quonam modo Dæmones à Deo facti, mali ſunt? Bonum enim bona producit & ſtatuit; ac mali dicuntur, dixerit*

Probatur ex Patribus.

quiſpiam, ſed non ſecundum quod ſunt, quod iuxta Sacra eloquia (D. Iudam ſcilicet) infirmati ſunt ad ſeruandum ſuum principatum. Conſonat D. Aug. lib. de fide & oper. c. 14. ſimul refutans eam quam Lutherani hodie obtrudunt, ſolam fidem iuſtificantem, ac per conſequens, ad omnia ſcelera aditum aptantem. *Quoniam ergo*, inquit, *hæc opinio tunc fuerat exorta, aliæ Apoſtolicæ Epiſtolæ, Petri, Ioan. Iacobi, Iudæ, contra eam maxime dirigunt intentionem, vt vehementer aſtruant fidem ſine operibus nihil prodeſſe. Sicut etiam ipſe Paulus, non quamlibet fidem qua in Deum creditur, ſed eam ſalubrem planeq; Euangelicam definiuit, cuius opera ex dilectione procedunt.* Item lib. 2. de doctr. Chriſt. cap. 8. *Noui Teſtam. auctoritas terminatur 4. libris Euangelij, &c. 14. epiſt. Pauli Apoſtoli, Petri duabus, tribus Ioannis, vna Iudæ, & vna Iacobi.* Item Retractat. l. 2. ca. 76. *Quod commemorat Iudæ Apoſtoli teſtimonio, vbi ait: Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos.* Idem citatur à Tertull. lib. de habit. mulieb. Epiph. hæreſ. 76. Hippolyt. Martyr. de Antichriſt. Anaclet. epiſt. 1. Hieron. epiſt. ad Paulinum, & in cap. 1. ad Tit. atque in Catal. Scriptor. Eccleſ. Clem. Alex. Stromat. lib. 5. Orig. lib. 3. περὶ ἀρχῶν, cap. 2. Item l. 5. in cap. 5. ad Rom. Iſidor. lib. 6. Etymol. cap. 1. Damaſc. libr. 4. de fide Orthod. cap. 18. Cypr. lib. ad Nouatianum, & aliis pluribus allegatis à Cæſ. Baron. ſup. Item Roberto Bellarmino Tom. 1. Controuerſ. General. 1. l. 1. c. 18. Vide Euſeb. Cæſarien. l. 2. c. 22. cuius verba hic attexere viſum fuit, quippe qui teſtatur tempore ſuo hanc epiſt. abſque vlla contradictione, per omnes Eccleſias Chriſtianas, nomine Script. S. ac Canonicæ, conſueuiſſe citari, quod argumētum

Fides ſine operibus nihil prodeſt.

Euſebij auctoritas.

tum non infimo duco loco. *Illud tamen* (ait) *nos minime præterire debet, quod licet à quibuſdam tanquam adulterina & minime germana propterea iudicetur* (*videlicet D. Iacobi Epiſtola*) *quòd non adeo multi ex veteribus, illius Epiſtolæ, ſicut nec eius quæ dicitur Iudæ* (*quæ etiã in 7. Cathol. epiſtolarũ numero ponitur*) *vllã omnino mentionẽ faciant; tamen nos iſtos cũ reliquis, in quãplurimis eccleſiis, publice receptas, approbataſq; cognouimus.* Hactenus Euſeb. vide Alphonſ. à Caſtr. l. 1. aduerſ. hereſ. c. 2.

10 Tertio, Si rationibus agendum, nec eæ deſunt: 1. hæc Epiſtola multa habet, quæ in 2. D. Petri Apoſt. cap. 2. reperiuntur, vt valde probabile ſit, poſteriorem illa hanc eſſe, ergo quum prior canonicam obtineat auctoritatem, & hanc ſimiliter obtinere eſt neceſſe. Quis vero neſcit communem illum agendi morem Prophetarum, vt alter alterius ſæpius aſſumat ſententias & verba? Quod enim Eccleſiaſt. cap. 3. 33. de eleemoſ. ſuggerit conſilium, *Ignem ardentem extinguit aqua & eleemoſyna reſiſtit peccatis*; idem inculcat Daniel cap. 4. 24. Nabuchodonoſori Regi. *Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum.* Item quod Aggæus cap. 1. 6. populo diſerte declarat Dei ſupplicium: *Semináſtis multum, & intuliſtis parum*; idẽ prædicitur Deutero. 28. 30. *Plantes vineam & non vindemies eam.* Et poſt pauca, *Fructus terræ tuæ, & omnes labores tuos comedat pop. quem ignoras*, Item Mich. 6. 15. *Tu ſeminabis & non metes, tu calcabis oliuam, & non vngêris oleo; & muſtum, & non bibes vinum.* Quod quum Prophetæ practicârint, adeoque mutua loca allegârint, quippe quibus erat vnus idemque aſſiſtens Spiritus ſanctus, & eadem prænotio

Probatur Propoſitio ratione.

Apoſtolorum & Prophetarum mos eſt, alterius ſubinde aſſumere verba.

Diuina,quid mirũ,quid peregrinum, ſi Sanctos Apoſtolos,eadem praxi vſos aſſeramus, quicquid obganniant Centuriatores?

Dauid ſolus totius Auctor eſt Pſalterij.

2. Sicut ſolus Dauid totius Pſalterij eſt auctor, 11
ex mente D. Chryſ. præfat. in Pſal. & D. Auguſt. lib. 17. de Ciuit. Dei c. 14. eò quòd nec Chriſtus, nec Apoſtoli, vllo in Pſalmo allegando, alterius quàm Dauidis meminerint; ita huius Epiſt. ſolus Iudas Apoſtolus conuincitur Auctor, eſtque liber S. Script. verè Canonicus, eò quod nec Patres nec Doctores vlli recentiores, in eius citatione, alicuius alterius, quàm Iudæ Apoſtoli, & quidem ſub ratione S. Scripturæ, vel (vt D. Dionyſ. de Diuin. Nomin. ſup. c. 4. ait) ſacri eloquij, mentionem faciant.

Iudas ab omnibus Doctoribus ſub ratione S. eloquij citatur.

Ex quo corollarie ſequitur, turpiſſimè hac in re hallucinatos fuiſſe Magdeburgenſes, quorum (vti & aliorũ hæret.) id ſingulare eſt ingenium,
toti ſe Patrum opponere antiquitati, quin & ſu- 12
perſtitionis ſubinde accuſare, quo perfidiæ ſuæ vel calumniam euadant, vel argumẽta ſtruant: qua in re præ cæteris excellit Caluinus lib. 4. Inſtitut. c. 12. §. 18. vbi valide Ieiunij obſeruantiam non vt impiam duntaxat & periculoſam, ſed velut Manichæorum delirium oppugnans, ſic ſcribit: *Qua in parte non in totum excuſare audeo veteres, quin & ſuperſtitionis quædam ſemina iecerint, & occaſionem præbuerint tyrannidi, quæ poſtea exorta eſt.* Item §. 19. ſequente. *Fuit igitur mera κακοζηλία, & ſuperſtitionis plena, quòd titulo ac colore imitationis Chriſti, ieiunium ornabant.* Hactenus Caluin.

Hæreticorũ ingenium eſt Patribus ſe opponere.

Caluinus damnans ieiunium vocat Patres ſuperſtitioſos

Beza audacia in reprehendendo 72 Interpretes.

Cuius catulus Beza eadem mordendi indo- 13
le pollens, non veritus eſt ineptè reprehende-

re

re 72. Interpretes, quaſi malè ex Hebræo Pſalteriũ conuerterint; de quo latiùs G. Genebrardus, Præfat. ad Lectorẽ, Scholiis in Pſalm. præmiſſa. Primam igitur Propoſit. concludentes dicimus cum D. Hieron. Catal. Scriptor. Eccleſiaſt. *Iudas frater Iacobi, paruam quidem quæ de Septem Catholicis eſt, epiſtolam reliquit: & quia de libro Enoch (qui apocryphus eſt) in ea aſſumit teſtimonium, à pleriſque reijcitur. Tamen auctoritatem vetuſtate iam & vſu meruit, & inter Sanctas Script. computatur.*

14 Reſtat vt ad Argumentorũ ſolutionem nos accingamus. Et quidem *ad* 1. *Reſpondeo*, ratiunculam hanc, ſi quid euinceret, plura ipſorum expectatione euicturam. Sequeretur inquam, nec certas D. Pauli epiſt. vt putà ad Philemon. ad Philippenſes, Theſſalon. nec D. Ioan. cùm epiſtolas, tum S. Apocalypſin (quam Caluiniſtarũ Schola cũ pleriſq; recipit Lutheranis) Canonicas eſſe. Quippe qui in illis, non Apoſtoli, ſed *fratris, ſerui, participis in tribulatione*, &c. nomina, maioris humilitatis gratia vſurpant. Sed nec Matthæus nec Ioannes initio ſuorum Euangeliorum, Apoſtolos ſe appellitant; an ergo per hoc eorum Canonica eleuatur auctoritas? minime gentium. Notat interim R. Pater Alphon. Salmeron hic, Iudam peculiariter ſerui Ieſu Chriſti nomen ſibi indidiſſe, vt Principi Apoſtolorum D. Petro, velut potiſſimo Circunciſionis Apoſtolo deferret.

Solut. 1. Argument. Aduerſariorũ.

Iudas deferi D. Petro potiſſimo circunciſ. Apoſtolo.

15 2. *Argument.* eadem exploditur facilitate: eſto enim poſteriùs aliis ſcripſerit, nulla tamen conſequentia eſt, tempore identidem poſterius & non cum Apoſt. vixiſſe. Quis enim vel obeſæ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

naris homo neſcit (ſi ad præſens v. g. ſæculum viſum conuertamus) eodem conuixiſſe tempore, inuictos orthod. fidei defenſores, Robertum Bellarm. Thomam Stapletonum, & Cæſarem Baronium (quos honoris cauſa nomino) tamen alterum alterius dogmaticas lucubrationes, in propoſitæ controuerſiæ concluſionem, vel materiæ confirmationem, ſubinde citare, nihil eſſe abſurdum? Quare alios Apoſtolos Iudas potuit producere, potuit allegare, ad eum prorſus modum, quo D. Petrus epiſt. 2. c. 3. 15. citat D. Paulum; *Sicut & chariſſ.mus frater noſter Paulus ſcripſit vobis, ſicut & in omnibus Epiſtol. loquens in eis de his; in quibus ſunt quadam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, ſicut & cæteras Scripturas, ad ſuam ipſorum perditionem.* Quos tamen ambos vno anno, vno die, vno in loco, vnius tyranni Neronis toleráſſe ſententiam auctor eſt D. Maximus homil. 5. de Apoſt. Petro & Paulo. Item Caius Theologus peruetuſtus, Zephyrinus Papa, & Dionyſius Corinthius, citati à Metaphraſt. 29. Iunij, apud C. Baron. in Annal. anno Chriſti 69. Taceo vnum Prophetam alium ſubinde citare, adeoque eiuſdem libris vti; quod propheticæ dignitati nequaquam derogat, ſed commendat fidemque conciliat. vnde Daniel 9. 2. Ieremiam citat; *De quo* (inquit) *factus eſt ſermo Domini ad Ieremiam Prophetam, vt complerentur*, &c. Quod Prophetarum Principi Chriſto, familiariſſimum fuit; qui inter cætera eundem Danielem Matth. 24. 15. allegat: *Cum videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, ſtantem in loco ſancto.* Vide ſup. primam rationem, in prioris

Vnus Propheta ſubinde citat alium.

rioris propoſit. confirmationem adductam, uæ fere eò tendit.

Ad 3. *Reſp.* 1. Tertull. l. de habit. Mulier. c. 3. & ibi amel. not. 30. exiſtimare hunc librum Enoch liquando extitiſſe & fuiſſe canonicũ, à B. Iuda ectũ, at poſtmodũ periiſſe, altero ei adulterino uppoſito, quẽ Eccleſia merito è Catal. Canoniorum expunxerit. Primò enim librum Enoch Prophetæ ab ipſo Noë in Arca diligenter ſeruaum eſſe, & ad tempora vſque Apoſtolorũ perieniſſe cenſet Tertull. Hebræos deinde poſt Apoſtolorum per totũ orbem peragrationem, occultâſſe, aut flammis tradidiſſe, eò quòd vementior eſſet ad perhibendum teſtimonium le Ieſu vero Meſſia, iniuſtè per impios Iudæos ondemnando. In quam ſent. propendet Frãc. euardentius Reſponſ. ad argument. hæret.

Solut. 3 Argument.

Senten. Tertul. de libro Enoch.

Cæterum probabilior eſt ſententia negatia Recent. ſcilicet non eſſe canonicum, nunuam ab Enoch ſcriptum, ſed abſolute apocryhum, qui propterea à Gelaſ. Pap. decret. 1. part. iſt. 15. cap. 5. Rom. Eccleſ. inter apocrypha cõutatur, de quo in textus proſecutione latius.

Liber Enoch non eſt Canonicus, aut ab eo ſcriptus.

R. 2. nõ in opprobriũ Apoſtolo aſcribi, quod x apocrypho libro, Enoch produxerit auctoitatẽ, quum & Doctor Gentium Paulus, Atheis prædicans Gentiles Poëtas, & quod maius ſt, Aram idololatriæ inſeruientem, in ſummæ Theologiæ conuerterit teſtimonium ac ſynceiſſimæ veritatis argumentum, Actor. 17. 23. *Præeriens enim & videns ſimulachra veſtra, inueni & aram n qua ſcriptum erat; Ignoto DEO.* Quam tempore eſtis erectam eſſe Laërtius eſt auctor. Quod ad

Licitè poteſt citari locus aliquis ex libro apocrypho.

Gentiles Poëtas attinet, teſtimonium allegat
Epimenidis, ad Tit. 1. 12. *Dixit quidam ex illis proprius
ipſorum Propheta: Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ,
ventres pigri. Teſtimoniũ hoc verum eſt.* Item Actor. 17.
28. *Sicut & quidã veſtrorũ Pöëtarũ dixerunt; Ipſius enim &
genus ſumus*; quòd ex Arato citat, vti & alia plura.

Libri apocryphi contenta non omnia ſunt falſa.

Ratio horum eſt, non enim ideo liber aliquis
apocryphus habetur, quod omnia in eo cõtenta 19
ta ſint falſa, ſed quædam aut præcipua operis capita
apertè ſint falſa. Quare ponamus D. Iudam
ex apocryphis duo illa citâſſe teſtimonia, non
tamen ipſa quæ citata ſunt, apocrypha ſunt falſa,
ſed (vt ait Beda) *veræ lucis lucida veritate conſpicua*,
quum alterum ſit artic. de Aduentu Chriſti ad
iudicium, alterum verò S. Scripturæ ſit conforme,
vt latiùs infrà. Non tamen (monitore D.
Hiero. in Epiſt. ad Tit.) totum opus Enochi vel
Epimenidis, per vnum verſic. Iudas Paulusue
confirmauit, vel rationem canonicã illis ope- 20
ribus attexuit. Sanè nec concionatores Catholici,
certas morales ſententias ex libris Gentilium,
velut gemmas ex luto colligentes, aliis
eorundem falſitatibus vel infidelitati, ſuo calculo
ſubſcribere meritò conuincentur.

Qui vnum probat lib. apocryphi locum, non totum probat.

Caluinus exurit Mich. Seruitum hæreſiarcham.

Scimus etiam, referente Sleidano lib. 25. comment.
ad annum 1533. certum à Caluino librũ
de comburen. hæreticis, in cauſſa extremi ſupplicij,
de Michaele Serueto hæreſiarcha, ſumpti,
editũ; is enim quum pluralitatem perſonarum
in Diuinis negans, SS. Trinitatẽ (ô ſcelus!) Cerberũ
tricipitem & tricorporem Gerionem appellaret,
ad inſtantiam Ioan. Caluini eſt exuſtus,
vt patet ex epiſt. ad Farell. Item ad Sulcerũ.

Hoc autem egregiũ eius facinus etſi laudemus, immo ſanctius ab eo nullum præſtitum opus exiſtimemus; aliis tamen impiis doctrinis, vt putà de Deo peccati auctore, lib. de æterna Dei Prædeſtinat. & l. 2. Iuſtitut. c. 4. §. 2. de nullitate Sacrificij noui Teſtamenti l. 4. c. 18. §. 11. de prędefinitione lib. arbitrij l. 2. c. 2. §. 4. de Chriſto mediatore ſecundùm Diuin. naturam l. 2. c. 14. §. 3. de concupiſcentia vt veri nominis peccato in renatis remanente l. 3. c. 3. §. 10. de carentia Iuſtitiæ in Sanctis & Iuſtificatis l. 3. c. 11. §. 15. de figmento lumbi l. 2. c. 16. §. 9. Quadrageſ. ſuperſtitione l. 4. c. 12. §. 19. & 20. Pænitent. Sacramẽti inutilitate l. 4. c. 12. vti & orat. pro mortuis l. 3. c. 5. §. 10. atque aliis pluribus falſitatibus ac paradoxis, nunquam Catholici vel Pontificij (vt vocat) Doctores ſubſcripſerunt; in his quippe & ſimilibus, vnum laudamus, reliqua pleno iudicio & voluntate damnamus.

Cæterum quod ad D. Michaëlis Archang. cum diabolo altercationẽ ſpectat, licet expreſsè in ea quę extat, non inueniatur Script. tamẽ, vt diximus, ei conſonat, & tum forte aliqua antiquiore Patrum traditione, vel ſingulari Dei reuelationę erat accepta, vt placet Emamueli Sà in Notationibus. *Diſputatio Michaëlis cum Diabolo, conſonat Scripturæ.*

Ad 4. Reſp. Salua pace Lutheranos infeliciter in ſua Grammatica, vel eius, quæ artem conſcribendi epiſtolas continet, parte, videri inſtructos, nec prima epiſtolaria principia, apud Georg. Macropedium, vel confæderatum ſuum Deſ. Eraſ. Roterodamum, primis labris deguſtâſſe. Quum enim *Epiſtola ſit ſermo Abſentis ad Ab-* *Solut. 4. Argument.* *Quid ſit Epiſtola*

 ſentem,

ſentem, nō ad prǫſentem, ſed abſentem directus; ſequitur illi idiomati committendū fuiſſe, quod capitur ab abſente. Vnde quum Apoſtolus noſter, non ad Perſas, ſed Iudæos toto orbe diſperſos ſcriberet; non ignota Perſica, ſed Græca lingua, toto Oriente atque Occidente tum vulgatiſſima, in myſterio fidei & dogmatum propoſitione debuit vti. Sed neque D. Matthæus inter Æthiopes verſatus, Æthiopica Euangeliū, nec Petrus & Paulus inter Romanos degentes, Romana ſeu Latina, literas ſuas lingua euulgârunt: ſed Græca, vel Hebraica, vel Syriaca, propter eandem rationem. De quo conſule Cæſar. Baron. Centur. 1.

Epiſtola D. Iudæ eſt deuterocanonica. Script Protocanonica.

Dico 2. Epiſtola D. Iudæ eſt Deuterocanonica. 25
Pro quo nota quaſdam Scripturas vocari *Protocanonicas*, veluti primæ claſſis & ordinis, de quibus ſcilicet nunquam in vera Dei Eccleſia dubitatum fuit; ipſam enim quæ nunc eſt & quæ fuit ab initio, Script. Sacræ Canonem conſignare & fidelibus poſſe tradere, cui & ipſos fidelium cœtus oporteat obtemperare, vti ſuppono: ita Catholici omnes ex Eccleſiæ Cathol. poteſtate atq; auctoritate, in diuinis litteris expreſſa, manifeſtè conuincunt. Hi ſunt Pentateuchus Moyſi, liber Ioſue, Iudicum, Ruth, 4. libri Regum, Paralipo. duo, Eſdræ 4. Iob, Pſalterium, & alij, de quibus nunquam fuit dubitatum à Catholicis. Dico à Catholicis, quia Sectarij varios cum noui tum veteris Teſtamenti libros reſpuerunt; vt enim cæteros taceam, ſolos producam

Manichæi reijciunt totum Teſtam. vetus.

Manichæos, quorum ea fuit erronea impudentia, vt totum Teſtamentum vetus ſuſtulerint, de 24
quibus

quibus ſup. Quos proinde eruditè perſtringens D. Auguſt.lib.1.de peccator. merit. & remiſſ. c. 27. *Ipſe Dominus* (inquit) *librorum veterum vtilitatem breuiter demonſtrauit & definiuit, dicens* Luc. 24. *Oportuiſſe impleri quæ de illo ſcripta eſſent in lege, Prophetis & Pſalmis, & hæc ipſa eſſe, quod oportebat Chriſtum pati & reſurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſ. peccatorum per omnes gentes,* &c. Item lib. 4. contra Fauſt. Manichæum cap. 7. *Non eſtis eruditi in regno cælorum,* id eſt, *in Eccleſia Chriſti vera Catholica; quòd ſi eſſetis, de diuitijs SS. Scripturarum, non ſolum noua, ſed etiam vetera proferretis. Ipſe quippe Dominus dicit; Propterea omnis Scriba eruditus in Regno cælorum, ſimilis eſt homini Patrifamilias, proferenti de theſauro ſuo noua & vetera. Et ideo dum ſola promiſſa Dei noua tenere vos arbitramini, remanſiſtis in vetuſtate carnis, & nouitatem induxiſtis erroris.*

Deuterocanonici, ſiue ſecundæ claſſis & ordinis, alij vocantur, non quod in ſe inferioris ſint auctoritatis quàm priores (hos quippe & illos, os primæ veritatis, *os Domini locutum eſt.*) Sed quia de illis aliquando à Catholicis fuit dubitatum; poſtea tamẽ tẽporis decurſu ab omnibus ſunt recepti & approbati. Hi ſunt liber Iudith, Tobiæ, Sapientię, Eccleſiaſticus, 2. lib. Machab. epiſtola Iudæ, & alij quos Theologi recenſere ſolent. 2. 2, D. Thom. quæſt. 1. Art. 10. de quo vide Greg. à Valentia, Tom. 3. Comment. Theol. diſput. 1. quæſt. 1. punct. 7. §. 42. & Illuſtriſſ. Staniſlaum Hoſium in Confutat. Prolegomenon Brentij, lib. 3. de Auctorit. S. Script. in initio, vbi hanc ſub nomine confeſſio. Wittenbergenſis, cenſuram adducit; *Sacram Scripturam vocamus eos libros*

Deuterocanonica Scriptura.

libros Canonicos veteris & noui Teſtam. de quorum auctoritate nunquam in Eccleſia dubitatum eſt.

Sed cui ex diametro repugnantem iſtam opponit Catholicam Theſin. *Scripturam Sacram illam Catholica fides agnoſcit, quæ continet noui & veteris Inſtrumenti libros, quos à Spiritu ſancto editos Eccleſia agnoſcit & veneratur. Et quamquam inter hos illi primum locum teneant, de quibus nunquam dubitatum eſt, quoſque ſemper omnes ſuſceperũt Eccleſiæ; nec tamen propterea quos non omnes ſuſceperunt, extra Canonem habere debent conſentientes Eccleſiæ filij, ſi eos poſteriori tempore conſtet ſuſceptos eſſe in Eccleſia vt Canonicos.* Conſonat Euſeb. l. 3. cap. 19. vbi enumeratis ijs Script. libris, qui omnium aſſeueratione conſtanter approbãtur, tandem deſcendit ad illos qui in dubitationem quidem vocantur, ſunt tamen à pleriſque recepti, *ſicut* (ait) *eſt Epiſtola quæ Iacobi dicitur & Iudæ, & ſecunda Petri, & 2. & 3. quæ Ioannis nomine inſcribuntur.* Quas proinde ratas & Canonicas vult haberi tum hic, tum lib. 2. cap. 22. ſup. Propoſit. 1. allegato. 26

Theſis Staniſlai Hoſij contra VVittembergenſes.

Nec mirum, etſi enim de quibuſdam olim dubitatum fuit; ſemper tamen de ijs dubitari debere, conſequentia eſt nulla. Dubitauit quidem aliquando de Chriſti vera Reſurrectione Thomas, quæro autem, num in hac ſua incredulitate permanere debuerit ſemper, etiam poſtquam glorioſas vulnerum ſuorũ cicatrices exhibuit Saluator? At ſicut dubitatum eſt à Thoma, vt dubitationem corrigeret, tolleret ac præueniret noſtram: non ſecus de quibuſdam Canonicæ Script. libris aliquando fuit dubitatum, vt per eorum, quorum intererat, præſertim verò Patrum, 27

Quomodo aliquando de libris ſacris fuerit dubitatum.

um in Concilio congregatorum, vnanimem
ciſionem, dubitationi tandem finis imponetur, nam ex quo tempore, totius Eccleſię cōnſu ſemel ſunt recepti atque inter Canonis admiſſi, dubitari amplius nullatenus debet. Quod tamen non intelligimus de ipſa ſancta ript. quoad ſeipſam, ſed in ordine ad nos, ſeu ceptionem noſtram: quod enim ad ipſam atiet, quum Deum primam Veritatem reuelanm habeat auctorem, ab ipſo etiam illud, vt Saa & Diuina ſit, hauriat neceſſe eſt. Et ſiue Eccleſia admittatur, ſiue non, ſemper tamen ſe ſacra, ſemper diuina, ſemper à prima vetate eſt dictata, eſt profecta.

Script. Diuinæ libri ſemper in ſe ſunt ſacri.

Falleris ergo Brenti, falleris ſocie cum tuis lebienſis Synagogæ Pſeudodelphis, dum eam ntaxat pro Canonica & legitima Scriptura lmittis, quæ nunquam in dubium fuit vocata. ationem à priori (vt aiunt Dialectici) ſi placet idire, vnam ex R. Patre noſtro F. Gregorio unnio Coronel li. 5. de optimo Reip. ſtatu c. depromptam, æquo animo & arrectis auribus cipe. Quamuis enim nullus ſit S. Paginæ lier, qui non auctoritate & traditione Apoſtoca ſit vallatus, tamen ea initio naſcentis Eccleſiæ fuit obſcurior, nec omnibus peræque ota, donec ſpiritu ſancto Eccleſiam ſuam proidè gubernante, omnia ſuauiter diſponente, Epiſcopos Rectoreſque animarum paulatim clariùs illuminante, apud omnes prorſus Caholicos, abſque vlla formidine de oppoſito, uctoritatem diuinā iјdemmet libri, in ordine d nos, ſeu receptionem noſtram, ſibi vendicārunt

Fallitur Brentius.

Ratio cur aliquando dubitatum

Traditio in Eccleſia initio fuit obſcurior.

runt. Si enim Iudæi ipſi non ſimul omnes habuerint Scripturas, ſed alias poſt alias longiſſimo temporis interuallo, ita vt ijs ad tempora vſque Eſdræ, parũ videantur vſi (diſperſæ quippe & non in vnum corpus redactæ erant) ſi Prophetæ ex variis occaſionibus, diuerſis temporibus eructârint Dei verbum; quid mirum, ſi idipſum de maiore & minore Traditionum Canonicarum notitia aſſeramus?

Multa dogmata tranſierũt in expreſſos fidei articulos, quæ ante nõ erant acceptata.

30 Taceo poſterorum Eccleſiam, plurima Religionis dogmata admiſiſſe, & in expreſſos fidei articulos retuliſſe, quæ tamen à maioribus publice & explicatè non fuerunt acceptata, licet alioqui in ſe certiſſimæ & infallibilis eſſet veritatis; verbi gratia, Spiritum S. æque à Filio atque à Patre procedere: Filium eſſe Patri conſubſtantialem, græcè ὁμοούσιον; valide ab hæreticis baptizatos, non eſſe rebaptizandos; aquam vino in Sacrificio Miſſæ eſſe miſcendam; recte ab Eccleſia pręceptam communionem ſub vna ſpecie, nec ſub vtraque præceptam iure diuino; & alia plura. Cur ſimiliter initio non potuit eadem Eccleſia, librum aliquem, alias in ſe ſacrum & diuinum, codici Canonico non adiungere, quem tamen poſtea Spiritu S. dictante, docente, & Sponſæ ſuæ linguam nouiter mouente, de facto admiſerit. Is enim vt diuinæ ſapientiæ conuenire, & hominum videbat ſaluti expedire, paulatim & veluti per gradum, tam fidei myſteria & dogmata, quã S. Scripturæ canonẽ detexit ac reuelauit, quæ diuerſis etiã tẽporibus ab Eccleſia tradita ſunt & cõmendata.

Diſcrimen inter ὁμοούσιον, & ὁμοιούσιον, vide apud Sozomen li. 3. ca. 17. & Socrat. l. 1. c. 5.

Spiritus S. gradatim docuit Eccleſiam.

Quamuis ergo ſcientiarum principia apud 31

Philo-

ıiloſoph.& communes animi conceptiones, ıe Axiomata probari non poſſunt, & diuinæ ripturę in doctrina Religionis,principiorum cem,licet inadęquatè ſubeant: illa tamen in › quod quid eſt, indemonſtrabilia quum ſint, opter noſtram mentis hebetudinem à doctis terdum explicantur, & eſſe, à poſteriori demonſtrantur. Conſimili modo Scripturæ S. demonſtrantur,non quid ſunt, ſed quia ſunt,ſiue à nobis ſuſcipiantur,non autem quod in ſeſis Sacræ & diuinæ non ſubſiſtant,vel illis auɔritatem (quam habent à Deo vt prima veri:e reuelante) impertiant Pontificum & Con.iorum declarationes.

S. Scriptura vt principia Religionis demonſtrãtur vt à nobis ſuſcipiãtur.

Nota tamen ita ſcripturam in materia Reliɔ. principium eſſe,vt prius eo ſit vox Eccleſię: : enim ſcriptura vnum ex iis quæ fidei cognountur aſſenſu: Eccleſia vero eorum quæ creıntur certiſſima eſt Regula atque infallibilis rectrix. Ex quo tamẽ nõ ſequitur eã ſcriptura ſe ſuperiorẽ;quod abſit;quũ etiam Saluatoris ɔſtri Præcurſor Ioan. Baptiſta, eum digito demonſtrârit dicens: *ECCE AGNVS DEI*, quem nen nemo ex hac demonſtratione,magiſtro ɔ Ieſu rationabiliter dixerit ſuperiorẽ. Nec am hinc efficitur Eccleſiam aſſeuerare veates fidei nouas, benè tamen eam de nouo clarare magis,veritates quidẽ fidei,ſed antias. Immoquodmagis eſt,ſicut illã eandẽ veriẽ quã vnus ſcriptor Canonicus aſſeuerat,cõgit ab alio ſimiliter ſcriptore canonico aſſerari,& vtraq; aſſeueratio pertinet ad reuelatiẽ & obiectũ fidei; ita nihil obſtat quo minus

Vox Eccleſiæ eſt prior Scriptura.

eaſdem

ſticum obſeruans, 4. ſolum eſſe Euangelia teſtatur : *&
ſod per Traditionem de 4. Euangelijs, quæ ſola ſunt in vni-
erſa Eccleſia Dei (quæ ſub cæli complexu continetur) ra-
, ſtabilia, & quibus à nemine contradicitur, certior factus
, ſic ſcribit,&c.*

Veniant nunc Brentiani, veniat Withakerus,
que horum Patrum (vti & plurium aliorum)
nam ſi poſſint, doctrinam infirment, demon-
rent omnia eſſe incerta, quæ non expreſſe ha-
entur in ſcriptura, ſola vero traditione tenen-
ır. Profectò adinſtar Dauidis haſtam de manu
laſphemi Goliæ extorquentis, ac caput Phili-
æi proprio mucrone amputãtis, hoc ipſum ve-
rum, in caput proprium retorquebo commẽ-
ım: Salua, inquam, pace veſtra, dixero, & hoc
ſum quod aſſeritis, incertum eſſe ; Traditio-
es nimirum reiiciendas, & ſolas eſſe ſcriptu-
ıs recipiendas; nuſquam enim id in S. pagina
eperitur, aut ſi inueneritis, vos amabo, mon-
rate. Incerta erunt multa myſteria, quæ & ipſi
de inconcuſſa tenenda fatemini, vt diuinam
aturam in tribus ſubſiſtere hypoſtaſibus, per-
onas in diuinis eſſe æquales, baptizatos ab hæ-
eticis non eſſe rebaptizandos, paruulos eſſe
aptizandos, D. Mariam ſemper fuiſſe Virginẽ,
alia plura, quæ non ita in S. Scriptura fundan-
ır, quin facile poſſint negari, niſi accedat Tra-
itio. Incertum denique erit qui libri Cano-
ici, qui non Canonici habendi, qui huius, qui
lius auctoris, qui non: nullam enim huius rei
ertam ex Script. nobis promittere ſcientiam
alemus, ſola ſuffragatur, ſola dirimit lite, ſola
ıfallibilem Traditio præſtat ducatum.

*Solas Scri-
pturas eſſe
recipiendas,
exclaſis tra-
ditionibus,
nuſquam eſt
ſcriptum.*

Traditione excluſa & virgula veſtra cenſo- 16
ria,proſcripta, ſcio quid moliamini, libros Sacros velut ſuppoſititios vel reiicitis pro libito & Theonino roditis dente,vel ſi recipitis, eoſdem in ſenſum præpoſterũ atque à iudicio S. Matris Eccleſiæ alienum, torquetis, & torquendo peruertitis. Non ſic diuinæ, non Apoſtolicæ Traditiones,quæ huic veſtræ non ſubiacent corruptelæ,vt optime Greg. Nunnius Cornel ſup.

Ratio cur hæretici reijciant Traditiones.

Quæ cauſa eſt,cur hæretici omnes, Apoſtolicas Traditiones, non ſecus quam baculum canes execrentur. Vnde Tertull. lib. de Præſcript. non S. Scriptura (quam librum nominat hæreticorum) ſed Traditionis arcu, cum hæreticis confligendum eſſe monet: certè ad illam velut vltimum iudicem Catholicos prouocare debere definit Aug. ſerm. 2. de Trinit. his verbis: *Eccleſiæ Regula, ſanctaque Patrum traditio atque iudicia, in perpetuum firma ſolidaque permaneant.*

Cum heret. ex traditionibus, non Scripturis, diſputandũ.

QVÆSTIO III. PROOEMIALIS.

Quod ſit ſubiectum ſeu Argumentum huius Epiſtolæ.

1 *Reſpondeo & Dico*: Totam D. Iudæ Epiſtolam eſſe exhortationem ad omnes Chriſti fideles (nulla gente diſcreta, inquit Hugo Cardinal.) directam, vt in fidei ac vitæ puritate conſtanter perſeuerent; non obſtantibus hæreticorum tum fidei tum caſtorum cordium, perverſorum, & Chriſtum Dominum filium Dei eſſe

ꝛſſe negantium, tentationibus atque impoſturis. Quorum proinde Notas, mores, & ingenia per-ꝛellis metaphoris graphice, & cum quadam in-ꝛectiua comminatione plena, deſcribit; vrgens, t iuxta Apoſtolicas prædictiones, eoſdem caute euitent, bonis verò operibus ſedulo vacent, in haritate permaneant, aliis denique ſint adiu-ꝛento, oportune reprehendentes, atque à peri-ulo ignis æterni præſeruates. Implicite quippe ocet non ſufficere eos eſſe vocatos, niſi in fide ıxta vocationem ſuam digne ambulent; Deū nim, pop. ex Ægypto eductum, ſed in fide non :abilem, perdidiſſe, Angelis non ſeruantibus ıum Principatum, non peperciſſe, vti nec So-omitis, Gomorrhitis & cū Loth habitantibus. Quorum proinde, ſicut Sodomitarum, eundem ıturum interitum monet. Tandem fidei, ſan-:ique ſtatus firmitatem illis apprecando, cum enedictione Dei concludit.

Non ſufficit Chriſtiano vocatio ad fidem.

Quum enim Euangelicæ doctrinæ perfecta :mente inimicum hominē (de quo Matth. 13. a.) falſorum dogmatum ac morum adulterina izania ſuperſeminare, adeoque nouos Pro-hetas Ieſum Chriſtum Dominū, verum Deum ı vnitate Perſonæ negantes, ſuſcitare aduerte-:nt Apoſtoli; toti erant in ſolidæ fidei indefeſſa onfirmatione & ſiniſtræ conuulſione: totius uippe ædificij ſpiritalis baſis ac fundamentum t fides, ſine qua proinde nullum opus Deo gra-ım, nullum vitę æternę poteſt meritoriū eſſe, Iebr. 11. 6. *Sine fide impoſsibile eſt placere Deo; credere im oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirenti-us ſe remunerator ſit*, vt enim D. Aug. Præfat. enar-

Fides eſt fundamentum totius ædificij ſpiritualis.

rat in Pſal. 31. ait; *Magnum opus, ſed ex fide. Laudo ſuperædificationem operis, ſed video fidem fundamentum. Laudo fructum boni operis, ſed in fide agnoſco radicem. Si enim hoc præter rectam fidem faceret Abraham, nihil illi prodeſſet, qualecumq; illud opus eſſet.* Et contr. Parmen. l. 2. c. 3. *Extra Eccleſiæ vnitatem quicquid operantur hæretici, quamuis magna ſolertia & diligentia fieri videatur, tamen nihil illis prodeſt aduerſus iram Dei, non magis quã tela aranearum poſſunt defendere à frigore.* Item ſerm. 38. de temp. *Ad veram beatitud. peruenire volentibus, primò omnium fides neceſſaria eſt,* &c. *Conſtat ergo neminẽ ad veram poſſe peruenire Beatitudinem, niſi Deo placeat, & Deo neminem poſſe placere, niſi per fidem. Fides namque eſt bonorum omnium fundamentum. Fides eſt humanæ ſalutis initium: ſine hac nemo ad filiorum Dei conſortium poteſt peruenire.* Sic D. Chryſ. ſuper illud ſymboli, *Credo in Deum; Fides Catholicæ Relig. lumen eſt animæ, oſtiũ vitæ, fundamentum ſalutis æternæ.* Sic D. Ambro. lib. de Cain & Abel. *Fides eſt radix omnium virtutum, & quod ſuper hoc fundamentum ædificaueris, hoc ſolum ad operis tui fructus & virtutis proficit mercedem.*

Abſque fide nullum opus eſt meritorium.

Encomia fidei.

Quamobrem non parum de Repub. Chriſtiana merentur illi verbi diuini Præcones, qui adinſtar 4. animalium habentium oculos antè & retro, Apocal c. 4. ſumma circumſpectione (conditio eſt maxime Eccleſiaſtæ neceſſaria) prędįti, hoc periculoſo hęreſeon tēpore, non ſolum quid dicant, ſed quomodo, apud quos, quo loco, &c. ad exemplum Apoſtolorum, accurate expendunt; quippe hanc circumſpectionem Chriſtus diſcipulis, ad verbi ſui diſſeminationem, ſalis nomine commēdauit, Marci 9. 50. *Habete in vobis ſal, & pacem habete inter vos.* Quum ergo

rgo nouæ indies è Caluiniſmo velut equo Troiano, pullulent Bruniſtarum, Puritanorum, Anpuritanorum, Piſcatorianorum, Arminianoum, Gummarianorum, Vorſtianorum ſeu Neoarianorum, & ſimilium quiſquiliarum hæreſes, vt taceam veteres latius proſerpſiſſe; è re Chriſtianæ Religionis fecerint, ſi ſæpius pro athedra, materias fidei controuerſas proponant, enodent, atque ad auitæ, Apoſtol. Romanæque fidei conſtantiam, auditores oportune moneant. Magis vero ij merentur, qui lucubrationibus Scholaſticis, Controuerſiis, Tractat. Panopliis, Apologeticis libellis, in publica Eccleſiæ vtilitatem editis & prælo commiſſis, eadē myſteria ac dogmata Catholica, à ſiniſtris hereticorum erroribus, per varias infectæ Europæ Prouincias, hodie ſtudent vendicare; qua in re non infimam meruere palmam doctiſſimi viri, atq; Illuſtriſſimi Cardinales, Staniſlaus Hoſius, Robertus Bellarminus, Cæſar Baronius, ſicut & Thomas Stapletonus Anglus.

Materias fidei propter hæreticos, hodie tractare debent Concionatores.

Tanti refert intactam hac tempeſtate ſeruare fidem. Tantæ inquam molis erat, D. Iudam hoc Epiſtolium, ad fidei intrepidam confeſſionem, ſemper & vbique, etiam cum vitæ diſcrimine præſtandam, Chriſti fidelibus, contra inſtantes Pſeudoapoſtolorū deceptiones, exarare.

Impoſtores autem contra quos ſcribit & proreditur Thaddæus, hi fuere; Primo *Simon Magus*, qui primus hereticorum Princeps & Auctor b Eccleſia Sancta defecit, quū enim teſte Epiphan. hæreſ. 21. perpetrati ſceleris pœnitentiā de cōſilio D. Petri aſſumere detrectâſſet, vidēs ſibi

Cōtra quos hæret. ſcribat Thaddæus.

Simon Magus primus hæreſiarcha

 pro-

propter Apoſtolorum diſceſſum, fauere temporis & loci rationem, omnia perturbare, & eorum ex diametro repugnare cœpit doctrinæ, vt qui olim Samaritanos dementârat dicens ſe eſſe *MAGNAM DEI VIRTVTEM*, Iudæos (quos 7
iam Apoſtolis nouerat infenſos) iiſdem artibus aggrederetur, illis ſe filiũ Dei eſſe perſuaſurus. Quare Iren. l. 16. c. 20. ſcribit eum à multis velut Deum glorificatum; immo docuiſſe, *Semetipſum eſſe qui inter Iudæos quidem, quaſi Filius apparuerit, in Samaria autem, quaſi Pater deſcenderit; in reliquis vero Gentibus, quaſi Spiritus S. aduentârit. Hic Helenam* 8
quandam ſecum circunducebat, dicens hanc eſſe primam mentis eius conceptionem, matrem omnium, per quam initio mente concepit Angelos facere & Archangelos. Item poſt pauca de eodem loquens. *Secundum enim ipſius gratiam ſaluari homines, ſed non ſecundum operas iuſtas.* 9
Horum myſtici Sacerdotes libidinoſe quidem viuunt, magias autem perficiunt, amatoria & agogima apud eos ſtudio exercentur. Imaginem quoque Simonis habent factam ad figurã Iouis & Helenæ in figurã Mineruæ. Hactenus Iren. de quibus proinde Simonianis dici poteſt quod Dei noſtri gratiã, ſeu vitæ puritatem, quã Dei gratia operatur in homine, tranſtulerint in vitã luxurioſam, & Dominũ noſtrũ Ieſũ Chriſtũ verum Deum in vnitate Perſonæ negârint.

Simon Magus vendi-tâſſe Deum

Helena Simonis Magi.

Sacerdotes Simonis libidinoſi & Magi.

Hunc ſecundo loco ſubſecuti ſunt Menander, Saturninus, Carpocras, Baſilides, Cerdo, 10
Marcion, Cherinthus, Ebion, eorumque gregales, Gorteni, Doſitheani, Cleobani, Maſbothæi, Caniſtæ, Adrianiſtæ, Entichitæ, magni Diuinitatis Ieſu Chriſti oppugnatores, & infandæ ſpurcitiæ

Menander. Saturninus. Carpocras. Baſilides. Cerdo. Marcion. Cherinthus Ebion. Gorteni. Doſitheani. Cleobani. Maſbothai. Caniſta. Adrianiſta. Entichita.

citiæ atque idololatriæ inuentores, vt, quòd nefanda Sacrificia ex ſemine virorũ & menſtruo mulierum profluuio, teſte Epipha. miſcerent. Quod non ita intellige, vt hi omnes eodem cũ Simone tempore vixerint; ſed quod ab eodem doctrinæ peruerſæ hauſiſſent venenum. Hinc D. Ignatius epiſt. ad Trallianos, Simonem diaboli primogenitum non eſt veritus denominare, ſic hortans fideles: *Fugite malas ſoboles diaboli, Simonem dico primogenitum Sobolis eius, & Menandrũ & Baſilidem, & totam illam ipſius malitiæ colluuiem.*

Fateor quidem ipſos quædam addidiſſe, vel Pſeudomagiſtri ſui dogmata magna ex parte commutâſſe, vnde nouarum hæreſeon extitiſſe videri poſſint auctores, tamẽ veri Simonis Magi diſcipuli ſunt Irenæo l. 1. c. 30. & ſucceſſores: *Quamuis non confiteantur nomen Magiſtri, attamen illius ſententiam docent; Chriſti quidem nomen tanquam irritamentum præ ſe ferentes, Simonis autem impietatem varie introducentes.*

Ad eum prorſus modum, quo hæreſis Lutherana in Anabaptiſtas, Sacramentarios, Sabbatharios, Mannonitas, Tropiſtas, Arrabonarios, Iſcariotiſtas, Antidæmoniacos, Inuiſibiles, Energicos, Metamorphiſtas, Confeſſioniſtas, Rigidos, Molles, atque alios 100 huiuſmodi degenerauit; Caluiniana verò, in Trinitarios, Samoſatenos, Anglocaluiniſtas, Puritanos, Antipuritanos, Piſcatorianos, Arminianos, Gummarianos, Vorſtianos, Libertinos (quos ipſemet Cal. l. 1. Inſtitut. c. 9. §. 1. *vt vertiginoſos ſpiritus, magiſterium faſtuoſiſſimè obtendentes*, percellit) atque alios ſubnatos hæreſiarchas eſt ſubdiuiſa. Qui *Subdiuiſio hæreſis Lutheranæ & Caluinianæ.*

omnes,licet variis & nunquã terminandis opinionũ diſſenſionibus (donec ad certum Atheiſmum deſcendatur) ſeſe proſcindant, nec apud quoſdam fere nomen magiſtrorum ſuorũ Lutheri & Caluini, propter extremam doctrinæ barbariem, contradictionem atque abſurditatem, benigne audiatur; inſulſam tamen eorundem hæreſeon crambem gutture & manu promũt, teſte Reuend.mo atq. erudititiſſimo Domino Petro à Cudſem, in ſua *Deſperata Caluini cauſa.*

D. Iudas ſcribit contra Nicolaitas.

14 Tertio ſcribit contra Nicolaitas, de quibus Ignatius Epiſt. 5. ad Trallian. *Fugite quoque impuros Nicolaitas, falſum ſibi nomen ſumentes, voluptatum amatores & ſycophantas.* Et ad Philadelph. *Finem Beatitudinis conſtituãt voluptatem, vt hi qui falſo nomine Nicolaitæ dicuntur.* Item Clem. Conſtitut. l. 6. c. 8. *Alij inuerecunde, quod nunc faciunt falſi nominis Nicolaitæ.*

Nicolaus Diaconus non eſt auctor ſectæ Nicolaitarũ

15 Vbi prudens Lector, diligenter nota, lij *falſum nomen, falſo nomine, falſi nominis*; E quibus verbis colligo, nõ hactenus tales dictos eſſe à Nicolao vno ex ſeptem primis Diaconis, tanquam huius hæreſeos Nicolaiticæ primo auctore & coryphæo, velut qui docuiſſet vxores debere eſſe communes; ad ſalutem conſequendam, neceſſarium eſſe Veneri quotidianæ vacare, ſicut ei tribuunt Iren. Tertull. Hilar. Epiph. Hiero. Philaſtrius, D. Tho. contra Gentes, Greg. Nunnius Coronel in Apolog. de Tradit. Apoſtol. c. 6. §. *quod Nicolaum*, aliique permulti; ſed ita, vt ipſe culpa vacaret. Quum enim, teſte Clemente Alexandr. l. 3. Stromat. apud Euſeb. l. 3. c. 23. Nicolaus haberet vxorem facie honeſta & liberalem, iamque ei ab Apoſtolis, poſt Chriſti in cælos

Imprudentia Nicolai Diaconi.

os Aſcenſum, zelotypiæ crimen eſſet obiectú, in medium eam ferunt produxiſſe, & cui vellet nubere, permiſiſſe. Ex quo, huius libidinoſæ ſententiæ Sectatores, illud tum factum Nicolai, tum dictum (quod inconſiderate ac temere exciderat) male interpretantes, & abſolute imitantes, ſtatim intulerunt, licitum eſſe impudenter & effuſe fornicari, vnde abſque mora, illicito ſe ſtupro polluerunt; atque ita ſentiunt idem Clem. ſup. & Euſeb. qui inter cætera ſic hiſtor. recenſet.

De Nicolao autem ſic ipſe equidem accepi, eum nulla alia muliere omnino vſum, præter illam quam habuit in matrimonio. Ex cuius liberis, filias quidem ad extremam ſenectutem virgines permanſiſſe, filium autem, vitam purã, & nulla labis contagione aſperſam traduxiſſe, audiui. Quæ cum ita ſe habeant, vxoris ſuæ publicatio, quæ, propter zelotypiæ crimen illi obiectum, in media Apoſtolorum frequentia facta ſit, magnam libidinis aſpernationem & contemptum declarat. Idem ſentiunt Theod. l. 3. hæret. fabul. Cæſar Baron. in Annal. anno Chriſti 68. num. 10. Blaſius Viegas in Apolyp. c. 2. ſect. 6. **Hiſtoria de Nicolao Diacono.**

Quibus vt & ego ante annos aliquot aſſentirem, dum pro cathedra, cap. 2. Apocalyp. lucubrationes morales partim, partim Catholicas Auditorio proponerem, præter cætera etiã mouit auctoritas D. Aug. li. de hæreſ. ad Quoduult Deum, hæreſ. 5. dum ait: *Nicolai factum, in ſectam turpiſſimam verſum eſt, qua placet vſus indifferens fœminarum.* Quæro enim à quibus? non ab ipſo; alias commodius ab eo diceret inſtitutam; verum à maleuolis & carnalibus, qui voluptatibus iſtis, effræni animo inhærentes, omnem

impij ſtabiliendi erroris occaſionẽ deperibant. Quam proinde in facto ſynceri hominis inconſiderato, inueniſſe ſe arbitrantes, & quidem talis hominis, qui vnus ex 7 Diaconis, ad curã egenorũ, ab Apoſtolis vna cum Stephano eſſet delectus, ab eius nomine Nicolaitas ſe appellârunt. Itaque lij (*verſum eſt*) paſſiue ſeu ſcandalo paſſiuo, eius factum, in turpiſſimam ſectam: non ipſe inſtituit, non docuit, non tales Borboritas ſeu cænoſos ſuo albo inſcripſit. Minus au- 18
tem placet quod aſſerit D. Hieron. epiſt. de Fabiano lapſo, eum ita incontinentem fuiſſe, vt etiam in Præſepio Domini flagitium Venereũ perpetrârit; & ad Cteſiphontem, eum fuiſſe omnis obſcænitatis auctorem repertoremque. Niſi hæc & alia plura, de altero quopiam Nicolao intelligenda dicas, iuxta illud lij, *falſi nominis*, *falſo nomine*, *falſum nomen*, apud Ignat. & Clement. ſup. Cur enim illos hæreticos falſo nomine Nicolaitas dictos, Patres inculcant, niſi quia illi hæreſin ſuam, hoc velut pallio velare conantes, ſe Nicolaitas, quaſi à Nicolao Diacono deſcenderent, inaniter ac mendaciter appellarent? Nonne & hoc hæreticis noſtri temporis 19
commune? Quorum alij ſe Reformantes, (melius & verius, Deformantes) alij Proteſtantes, alij Repurgatores doctrinæ, alij Superintendentes, alij Religioſos (vulgo, *de la Religion*) alij Perfectiſtas, alij Melius-illuminatos, (vulgo, **beter verlicht**) ſeſe iactant; quum tamen plerique eorum ſint virtutis, pietatis, iuſtitiæq. extorres; prout magno ſuo malo, & Geuſicolarum exemplo, præ cæteris didicit hoc Belgiũ noſtrum.

Forſan alter Nicolaus nõ Diaconus, huius ſectæ eſt Auctor.

Hæretici moderni perfectionis nomina ſibi aſcribunt.

Taceo

Taceo, quod hic Nicolaus (ſi Dorotheo in Synop. credimus) tamquam vir fide Cathol. & pietate auita ſpectatiſſimus, auguſtiori ac ſacratiori poſtmodum ſit auctus honore, tandemque ab Apoſtolis Samaritanorum Epiſcopus creatus. Ad hanc autem infulæ prærogatiuam nunquam mihi perſuaſero eum fore ſubuehendū, ſi hæreſiarchæ, vti nomen, ita & crimen de facto primus coryphæus obtinuiſſet ac palam perpetraſſet. 1. ad Timoth. 3. 2. *Oportet ergo Epiſcopum irreprehenſib. eſſe, vnius vxoris virum, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum.* Item verſ. 7. *oportet autem illum & teſtimonium habere bonum ab ijs qui foris ſunt.* Vtut eſt de ſectæ illius primo auctore, id certum, præfatos Nicolaitas hæreticos, longe ſpurciſſimos & falſiſſimos fuiſſe. *Nicolaus Diaconus poſtea Epiſcopus creatus eſt Samariæ.*

Primo enim aſſerebant Ieſum Chriſtum non fuiſſe verum Deum, ſed Deum tantum in eo habitaſſe, in quo conueniebant cum Ebionitis, Cherinthijs, Carpocratianis, Theodotianis, Artemonianis, Paulianis & Photinianis, de qua nugigerula fece, vide Alphonſum à Caſtro lib. 4. aduerſ. hæreſ. tit. Chriſtus, hæreſ. 1. Secundo præ nimio carnis rabientes œſtro, illegitimos concubitus, adeoque promiſcuum vxorum vſum vt licitum blaterabant; qualem fere narrat Philaſter fuiſſe conſuetudinē Florianis: ipſi enim in Eccleſia poſt ſolis occaſum, extinctis lucernis, promiſcue quas vellent, mulieres accipientes, cum ijſdem miſcebantur. Hunc promiſcui concubitus ſceleſtū errorem quidam in Boëmia dicti Adamitę, ſuſcitârunt, duce Picardo ex Gallia Belgica oriundo, de quo Æneas Syluius lib. *Nicolaitæ negabant Chriſti diuinitatem.* *Promiſcuū vxorum vſum docebāt licitum.* *Floriani.* *Adamitæ.*

lib. de Orig. Boëmorum. 3. Beatitudinem formalem in ſola ſtatuebant carnis voluptate. Poſtremò nullo habito diſcrimine, *Idolothyta*, ſeu cibos more Gentilium, Dijs immolatos comedebant, teſtibus Ignat. epiſt. 9. ad Philadelph. & Iren. lib. 3. c. 11. Quod illicitum eſt quando fit cum conſcientia idoli, hoc eſt propter reuerentiam idoli, credens numinis quippiam eſſe in idolo; de quo, ſuo tempore latius cum Dei adiutorio, in ijs quas ad Eccleſiæ vtilitatem meditamur, lucubrationibus Apocalypticis.

Carnaliſſimi Nicolaitæ.

Idolothytis veſcebantur

Hos impudiciſſimos Sardanapalos, hęc Veneris monſtra, hos carnis abuſores, contra omnem naturæ conſcantes pudorem, hos inquā Chriſtianæ fidei peruerſores, & Borboritas maxime in ſua Iudas perſtringit epiſt. v. 4. *Subintroierunt quidam homines qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium, impij, Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam, & ſolum Dominatorem & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes.* Quamobrem de communi ſollicitus Chriſtianorum ſalute, Euangelici verbi intacta doctrina, ſed & Eccleſiaſticæ diſciplinę defenſione, præſentem ſcripſit Epiſtolam, vt ſibi ab ijſdem lupis rapacibus (quorum notas & ementita virtutum indumenta graphice depingit) attenderent, fidem Chriſtianam prius acceptam, conſtanter retinerent, ac ſanctæ vitæ ſtudio exprimerent, ſuperædificando firmarēt, exornarent. vt enim D. Ambr. ſuper *Immaculati* ſcribit: *Cito fides inexercitata langueſcit, & crebris otioſa tentatur incommodis: remiſſas inſidias callidus inſidiator irrumpit: aſſuetum autem bello viperum heſterna fraus inſtruit & glorioſe prouehit palma victoriæ; pax ergo fidei, corrupicla*

Fidei languida incō moda.

Digitized by Google

reptela materia eſt. Item D. Aug.contr.Donatiſt. & habetur 1.quæſt.1.ſicut vrgeri,§.ſi cuius. *Si cuius manus eſſet arida, verum quidem eſſet membrum, quamuis ſine ſanguine & inefficax eſſet & mortuum.Sic & fides quum ſit vera,tamen ſine operibus mortua eſt.*

Annotant denique Oecumen. Aret. & Arnald.Sorbinus in Canonic.Iudæ homil.3.Thaddæum noſtrum varijs Script.S. productis exemplis,procedere contraBorboritarũ infandã luxuriæinnaturalis ſpurcitiẽ ac dogma peruerſũ, ideoque probare peccatũ eſſe,(quod ipſi Ἀδιάφορον,ſeu vulgare nuncupabant)quodipſum & nouelli diſertuli quidã,cũ iiſdẽ Borboritis, Adiaphoritis,Catharitis &c.aſſerere non dubitarũt. Vt autem cæteros taceam,vnus ſuffecerit nobis Caluini Lateranus *Marloratus*,in 1. Ioan. Canon, cap. 2. cuius eo proceſſit audacia prophana, vt nullum actum quantumuis ſpurcũ, quantumuis enormem,effrænem,& diuinæ voluntati aduerſantem, ſui Conſiſtorij gregalibus, peccati reatum adducere poſſe affirmet. Senſit idem de ſuis Lutherus,ſalua tamen fiducia ſpeciali; vnde & his apte ſubſeruiet Epiſtolium præſens.

Impuriſſimi Borboritæ negant peccatum.

Auguſtini Marlorati impietas.

QVÆSTIO IIII. PROOEMIALIS.

Quæ & quotuplex ſit vtilitas huius Epiſtolæ Canonicæ D. Iudæ?

R*Eſpondeo*:quamuis breuis & methodicus ſit Epiſtolæ huius contextus, miris tamen diuin. Myſteriorum dogmatibus,atque vtilibus

morum

morum Chriſtianorum Paræneſibus eſt refertus. Conuenienter autem vtilitatem eius in 2. ſecabimus claſſes, generalem vnam, particularem alteram.

Vtilitas Epiſtolæ duplex: Generalis & particularis.

Quod ad generalem attinet, ea mira eſt, quum enim ſup. quæſt. 2. epiſtolam illam vere Canonicam atque à Spiritu S. dictata conuicerimus; reſtat eam omnimode vtilẽ & fructuoſam eſſe, ea ſcilicet vtilitate quã D. Paulus 2. ad Timoth. 3.16. tãgit: *Omnis Scriptura Diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.* Sequitur inquam, in ſe complecti *efficacem virtutem Dei in ſalutem omni credenti*, Rom. 1. 16. eſt enim efficax organum & potens inſtrumentum à Deo ad ſalutem credentium inſtitutum, immo Prouerb. 30.5. vnicum ſperantium vocatum ſcutum. *Omnis ſermo Dei ignitus, clypeus eſt ſperantibus in ſe.* Cui conſonat illud Chryſoſt. ſuper Matth. c. 24. *In Scripturis ignorans inuenit quid diſcat, contumax quid timeat, laborans præmia, puſillanimis, mediocris iuſtitiæ cibos, qui etſi pinguem non faciunt animam, mori tamen non permittunt. Qui autem magni eſt animi, inuenit ibi ſpiritales eſcas, quæ perducant eum prope ad Angelorum naturam: qui vero eſt vulneratus à diabolo, inuenit ibi cibos medicinales & ſalutem per pænitentiam.* Ex Chryſoſt. homil. 8. in cap. 4. Matth. *Sicut gladius carnes præcidit; ſic & ſermo diuinus concupiſcentias carnales.* vide eundem ſerm. 3. de Lazaro. Ex quo corollarie ſequitur, omnia D. Paginæ eulogia & attributa, huic itidem diuinę Epiſtolę noſtrę ineſſe, atque vtilitatibus fęcundari, vti in ſimili probat R. Pater F. Iacobus Veldius Pręfatione

Encomia verbi Diuini.

2

one in Daniel. Prophetam, §. de vtilitat. libri anielis.

Primo ergo SS.literarum ac per conſequens Epiolæ noſtræ, vtilitas, oſtenditur, ex eo quòd ſint lypei illi qui Cantic. c. 4. pendent ex arce on, contra importuniores cùm Diabolicarum, im hæreticarũ virium inſultus: eis quippe peiliare eſt, fidẽ atq. Eccleſiam Catholicã con - a malignas impreſſiones obarmare, verbum nim Diuinũ dictat, *quemadmodum* (inquit D. Aug,) *es Cathol. & pijs opituletur, & aduerſus impios defenitur*. Docet inquam & præſcribit, quomodo (vt iuſdem verbis vtar) *fides ſaluberrima quæ ad vem beatitudinem ducit*; *gignatur, nutriatur, defendatur, boretur*. *Prima vtilitas generalis, defendere fidem & Eccleſiam.*

Certè Orig. homil. 20. in lib. Ioſue, Diaboli ppugnantis per S. Scripturam eneruationem, is verbis egregie depingit. *Si vides aliquando legi cripturas in auribus tuis, quas non intelligis, interim hanc rimo ſcias te accepiſſe vtilitatem, quod ſolo auditu, velut acantatione quadam, noxiarum virtutũ, quæ tibi inſidiantur, virus* (Staniſl. Hoſius Confeſſio. fidei c. 41. egit, *virtus*) *depellitur*. Quod probat à ſimili, e potu vel cibo, quos ad diſcutiendam viſus npotentiam, aliquando præſcribunt Medici: orum namque in edendo vel potando eneriam non ſtatim experimur, ſed quum ſumpti uerint, eorum virtus alligata, paulatim purat aſpectum, & tum demum ſentire incipimus, alem cibum vel potum, organis & potentię prouiſſe viſiuæ. Non ſecùs Scriptura ſacra vtilis ſt atque animę prodeſt, etiã ſi ſenſus noſter tũ uando legitur vel auditur, eius intelligentiam *Virtus verbi Diuini fugat Diabolum.*

non

nonaſſequatur, quia inſenſibiliter bonę virtutes recreantur, & malę ac Diabolicæ diſſipantur.

S. Lutgardis arcet Diabolos verſiculo Sacro.

Pulchrum huius rei exemplum producit Surius Tom. 3. hiſtoria de S Lutgardę virgine, quę 5
dum ruminaret verſum illum; *Deus in adiutorium meum intende*, videbat teterrimos Cacodęmonas huius Sacri verſiculi efficacia preſſos perterritoſque, magno cum horrore diffugere ac tentationum tela relaxare.

Certe Imperator noſter *Nazarenus*, in deſerto 6
cum eiurato humani generis hoſte confligens, quotieſcunque idololatrię, Pręſumptionis, atque auaritię tentationum tela, non interna, ſed externa, in ſe torquebantur: toties eis verbi Diuini vmbone obiecto, non tantum reſiſtebat, verum etiam fortiſſimis, lectiſſimis, ex pharetra Deuteronomica depromptis, dextera denique diuina vibratis ſpiculis, poſitiuam impreſſionem, adinſtar Dauidis, lapidibus de torrente ſumptis, blaſphemum Goliam 1. Reg. 17. ſternentis, inſtanter vrgebat atque vrgendo reſupinabat. Quamobrem omnes Tartarearum poteſtatum conatus, toti in eo ſunt, vt nos his armis, vel potius communiſſimo eoq. inſtructiſſimo Chriſtianorum armamentario priuent.

Diabolus nititur nobis auferre S. Scripturam.

In cuius rei figuram ſtricte cauebant Philiſtęi 7
1. Reg. 13. ne qua, in Pop. Iſraelitico, armorum officina inſtitueretur, ita vt nullus in tota terra faber ferrarius inueniretur, ne forte Hebræi gladium cuderent vel lanceam, ita vt quotieſcunque vomeres, ſecures, tridentes, ſarculi, vel ligones exacuendi eſſent, vel alia ſimili quapiam re egerent, opus eſſet ſe ad Philiſtęorum offi-

Figura allegorica.

officinas referrent. In eum proculdubio finem, vt Pop. his rebus neque ornatus, neque inſtructus, facilius ab illis vinci, vinciri, & tanquam inermis in ſeruitutem diuturnam redigi poſſet. Chriſtiani verò Equitatus qui ſunt gladij, quæ arma, pręter verbum Dei? *In quo poſſumus omnia tela nequiſſimi ignea extinguere,* Epheſ. 6. 16. nonne Prouerb. 30. ſup. *Omnis ſermo Dei ignitus, clypeus eſt omnibus ſperantibus in ſe?* Hæc autem arma hoſtes noſtri viſibiles, olim & hac tempeſtate, multis in locis, vbi prauitas pręd ominatur hęretica, ſubripere ſũt conati, quippe qui probe norunt, quanta in eis lateat pugilum Chriſtianorum, pugile valentium fortitudo.

Quare vt cęteros pertranſeam, vnum vel alterum producam. Imprimis occurrit Diocletianus, de quo Euſeb. l. 8. graues deponens querelas; *Quis obſecro,* inquit, *interius animo non commoueretur, cum, quod hiſce nos oculis aſpeximus, tot Sacra volumina, tot Diuinas Scripturas, in rogum, medio foro, conijci videret? Quis quæſo hac intuens, ſibi temperet à lachrymis?* Incendiarium iſtum ſacrilegum Diocletianum, belle eſt imitatus Henricus Octauus Angliæ Rex, qui dum inſatiatę libidinis ſuę furijs agitatus, ab Eccleſia Cathol. defectione Apoſtatica receſſiſſet; Templorum, monaſteriorum, ſacratiorumque locorum millia decem, vix vno elapſo anno, prophane deſtruxiſſet, tãlem in Religioſas ac Deo ſacras perſonas, ſanguinoro deſæuijt enſe; maximè verò in Patres Carthuſianos; vt enim taceam vinculorũ, carcerum, equuleorum diutinam torturam; certe theatrum crudelitat. *Hæretic. noſtri temporis,* tradit

Diocletianus combuſſit Sacra Script. libros.

Henrici 8. Angliæ Regis crudelitas.

Martyrium PP. Carthuſianorum Londinenſium.

nonicorũ; falſitatis, calliditatis ac ſacrilegæ verſionis exuuias nobis reliquerunt: quod vtrumque in ſuo ordine egregie præſtitit Mart. Lutherus, de quo narrat Sleidanus lib. 2. ipſum Ius Canonicum, omni conuocata multitudine Scholaſtica, & magna doctorum hominum comitante caterua, Wittenbergę 10 Decemb. Anno 1520 Germanicè, & nulla vſum circuitione exuſſiſſe. Diuinate viri, quid hæc temeritas portendat. *Mart. Lutherus exuſſit ius Canonicum.*

Dolis igitur iſtis vt vetus occurreret Eccleſia, ideoque omne venenum Pop. Dei moribus & à S. literis arceret, narrat D. Aug. lib. 16. de Ciuitat. Dei c. 13. veteris Script. libros, à Sacerdotibus in templo, firma cuſtodia ſolitos aſſeruari, ne videlicet fortiſſima hęc & pretioſiſſima gestamina, malitia vel negligentia pollueret humana. *Olim Scriptura SS. in templo aſſeruabantur.*

Secunda vtilitas generalis: Doctrinas ſalutiferas proferre. vnde D. Chryſoſt. comparat Sacras literas pratis omne florum atque herbarum ſanitarium genus producentibus, proinde ad eorum amœnitatem viatores inuitantibus. In hoc autem florum (qui nunquam impalleſcunt) viridario, licitum eſt cuiuis Chriſtiano virtute prædito deambulare, herbaſque cuiuſuis generis ſalutiferas colligere, Sententias inquam & doctrinas, quibus ſe ſuo creatori gratum & acceptum reddat, ſed & proximo ſalutaria virtutum atque ædificationis odoramenta communicando diffundat. *2. Vtilitas generalis, doctrinas ſalutares proferre.*

Tertia vtilitas generalis; Quòd ſint ſumptuoſiſſima illa menſa, quæ exquiſitiſſimis Diuinæ *3. Vtilitas generalis, paſcere mentem.*

Conſolationis ac Myſteriorum dapibus, ſignanter pretioſiſſimi Corporis & Sanguinis Dominici bellariis, inſtructa, Pſalm. 22. 5. *Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me.* In qua mirificum paſtum pro anima, emplaſtra ac medicinam pro vulneribus, ſolatium in aduerſis, cuiuis propriȩ ſalutis cupido facile eſt inuenire. Docet hoc Ionathas ſummus Sacerdos & reliquus Pop. Iudæorum, 1. Machab. 12. 9. *habentes ſolatio ſanctos libros qui ſunt in manibus noſtris.* Docet Paulus Rom. 15. 4. *Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctr. ſcripta ſunt, vt per patientiam & conſolationē Scripturarum, ſpem habeamus.* Docent denique varia S. Paginæ loca, de quibus vide Ioſephum Acoſtā l. 1. de Chriſto reuelato cap. 7. 10. 11. &c.

S. Scriptura conuenit tantum humilibus.

16 Sciendum interim neminem fructuoſe huic Menſæ accumbere, qui non valeat corde contrito & humiliato, atque adeo hoc animȩ nutrimentum, humilium duntaxat ſtomacho conuenire: qui enim incredulitatis ac ſuperbiæ inflatiore typho laborant, ii ex præfata S. Scripturæ (quæ eſt alijs refectio & ſpiritus lumen) menſa, tenebras duntaxat haurient atque venenum, neque aliud interminat Dauid Pſal. 68. 23. *Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in retributiones & in ſcandalum; obſcurentur oculi eorum ne videant.* Vnde Saluator Matth. 11. diſerte docet elata ingenia non eſſe cæleſtis capacia doctrinæ; humilibus autem & voci Eccleſiæ obedire paratis, non ad docendum inflatis, eam reuelari. Eodem modo Hilar. in c. 11. Matth. *Cæleſtium verborum arcana atque virtutes ſapientibus abſconduntur, & paruulis reuelantur, paruulis malitia, non ſenſu; ſapientibus verò, ſtulti-*

ſtultitia ſua præſumptione, non prudentia cauſa.

7 Cuius rei illuſtre exemplum & documentum D. P. N. Auguſtinus de ſe Manichæorum erroribus irretitus dedit: is enim adoleſcens inani tumens Philoſophia, quum ante Baptiſma, ſub Manichæorum occæcatiore iugo, illa Sacræ Relig. ſupernaturalia myſteria, ingenij acumine niteretur apprehendere, quæ pia mens viuacitate fidei & captiuato intellectu geſtit edoceri, *Inſtitui* (ait lib. 3. Confeſſ. cap. 5.) *animum intendere in Scrip. Sacras, vt viderem quales eſſent, & ecce video rem non compertam ſuperbis, neque nudatam pueris, ſed inceſſu humilem, ſucceſſu excelſam & velatam myſterijs, & non eram ego talis, & intrare ad eam poſſem.* Cuius rei & impotentiæ cauſam ſubnectit; *Tumor enim meus refugiebat modum eius, & acies mea non penetrabat interiora eius: nam illa erat quæ creſceret cum paruulis, ſed ego dedignabar eſſe paruulus, & turgidus faſtu, mihi grandis eſſe videbar.* *Auguſtinus non capit Scripturas defectu humilitatis*

8 Quamobrem quum Epiſcopus quidam à Matre Monica inſtantiſſime interpellaretur, quatenus mutuo colloquio Auguſtini errores refellere dignaretur, recuſauit, dicens, Ipſum adhuc eſſe indocilem, eo quòd inflatus eſſet nouitate illius hęreſis, ſcilicet Manichæorum, qua in re Epiſcopi prudentiam, laudat ibidem c. 12. *Epiſcopus declarat Auguſtinum indocilem.*

Tales ſunt hęretici, tali ſtomachi laborant imbecillitate, quippe qui ſemetipſis ducibus vtentes legunt quidem, & buccis plenis congeriem euomunt Scripturarum: verum quum *in ijs ſint quædam difficilia intellectu.* 2. Petr. 3. ipſique turgeant faſtu, nec ſapiant vt paruuli; ideo eas *Hæretici non capiunt Scripturas.*

non capiunt ſed deprauant ad ſuam & aliorum perditionem: à quo longè abeſſent, ſi proprij miſſa confidentia ingenij, voci Eccleſiæ (quæ eſt vox Dei & Chriſti) auſcultarent.

4. Vtilitas generalis, dulcedinem ſpiritalem propinare.

Quarta vtilitas generalis; eſt, quòd adinſtar Manna cæleſtis, omne delectamentum ſuauitatis ſpiritalis impertiat legenti, nihil enim ſuaue eſt, quod anima deſideret, quin in Dei reperiatur verbo: quippe quod triſtes recreat, tepidos & nauſeoſos nouis ardoribus inflammat, cæcos nouis luminibus irradiat, calamitatibus preſſos leuat atque exhilarat, peccatorum conterit petras, & qui molliores ſunt, magis exhaurit, iuxta illud Dauid. Pſal. 18. 8. &c. *Lex Domini immaculata, conuertens animas, teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis. Iuſtitiæ Domini rectæ, lætificantes corda, præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Timor Domini ſanctus permanens in ſæculum ſæculi, iudicia Domini vera, iuſtificata in ſemetipſa. Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel & fauum.* Quibus verbis Propheta varios diuini verbi effectus expreſſit, & tandem non ſolum illius valorem; ſed etiam ſummam ſuauitatem, qua pia & ſyncera anima in eius lectione fruitur, declarat. 19

5. Vtilitas generalis, vice ſpeculi, animam cōponere & purgare.

Quinta vtilitas Generalis Script. deducitur à ſpeculo, cui à D. Hiero. comparatur epiſt. ad Demetriadem: *Vtere* (inquit) *lectione Diuina vice ſpeculi, fœda corrigendo, pulchra conſeruando, & pulchriora faciendo.* Quam fœda enim opera carnis à D. Paulo recenſita ad Gal. 5. 19. *Fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homici-* 20

homicidia, ebrietates, comeſſationes & his ſimilia. At quã ipta ſubiuncta correctio, ibidem 21. *quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.* Item Apocal. 3.17. dicitur Laodiciæ Epiſcopo: *Neſcis quia tu es miſer & miſerabilis, & pauper & cæcus & nudus. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum, vt locuples ſias, & veſtimentis albis induaris, vt non appareat confuſio nuditatis tuæ, & collyrio unge oculos tuos vt videas.*

Script. corrigit fœda.

Quam item concinne pulchra conſeruat? Ioannes Apocal. 3.11. vbi Angelum Philadelphię hortatus; *Tene (ait) quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.* Et Chriſtus Matth. 16.26. *Quam dabit homo commutationem pro anima ſua?* q. d. nullam, quum anima ſit res ſuperioris ordinis quã omnia inferiora. Item Eccleſiaſtici 4.33. *Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſque ad mortem certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.*

Script. pulchra conſeruat.

Quam denique fideli ac iuſtę animę, pathetica ad pietatis profectum & continuum ex vna in aliam virtutem motum calcaria addit? dum eam Pſalm. 1.3. comparat, *ligno quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum,* (partim bonorum operum, cùm erit oportunũ, partim bonorum operum mercedem) *dabit in tempore ſuo. Et cuius folium non defluet, & omnia quæcunque faciet proſperabuntur.*

Script. ad continuum hortatur pietatis progreſſum

Quam ſyncerè pulchriores reddere confratres ſuos Iudæos quaſi modò genitos infantes, conatur Petrus 2. epiſt. c. 3.17. dum monitionũ ſuarum præſuppoſita ſcientia, *cuſtodite (ait) ne inſipientium errore traducti, excidatis à propria firmitate; creſcite verò in gratia & cognitione Domini noſtri & Sal-*

uatoris Ieſu Chriſti. Et 1. Petri 2.2. *Rationabile, ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem,* Hinc Beatum virum Pſal. 83.6. prædicat Dauid, *Qui aſcenſiones in corde ſuo* (per virtutes ſcilicet quibus ad Deum poſſit peruenire) *diſpoſuit in valle lachrymarum, in loco quem poſuit, etenim benedictionem dabit legiſlator, ibunt de virtute in virtutem*: per quotidianum intellige maioris gratiæ obtentum. Denique 1. Corinth. 15. 58. *Itaq; fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote & immobiles, abundantes in omni opere Domini ſemper, ſcientes, quod labor veſter non eſt inanis in Domino*: quas & ſimiles Apoſtolorum ſententias, multis verbis auget D. Gregor. 2. Moral. c. 1.

Diſponere aſcenſiones.

23 Corollarie ergo ſequitur, non immerito à Beato Patre Thoma à Villanoua Patriarcha Valentino, Serm. 1. de S. Illeſonſo, S. Scripturam Mappæ mundi ſeu nauticæ comparari, quæ inter cæteras quas adducit vtilitates, & miras quibus oculos recreat, varietates, pericula docet, Symplegadas monſtrat, & indigitat Syrtes, in quas, citatiore Aeolo vrgente, impacta nauis, certiſſimum naufragium patiatur. Ita Dei verbum cauendos docet latentes hæreſeon ſcopulos, & indicio ementitorum fructuum detegēdos monſtrat, ne verbi gratia, vel in Lutheraniſmi Scyllam, vel Caluiniſmi, incautius hoc tempore incidas, Charybdim. Quorum prior (vt vnicum controuerſum dogma producamus) Chriſtum quidē aſſerit realiter in Euchariſtia præſentē, at ſimul cū panis eſſētia, proinde cauſam præſentiæ Corporis Chriſti, eſſe, poſitionē eius ſub pane ſeu conſubſtantiationē. Poſterior verò, per *Corpus*, Corporis intelligit figurā, quę ita ſit

Script. comparatur mappa mūdi.

it efficax,vt ſimul rem ipſam exhibeat præſentem, ſic tamen vt in ſigno. O ſcopulos omni dolo & ſalutis diſcrimine plenos.

Medius ergo incedat neceſſe eſt,quiſquis orthodoxæ veritatis rectam geſtit tenere viam, Mappamque Sacram Matth.26.& 1. Corint. 11. ſuſpenſam mature intueatur, vt & totam ſubſtantiã panis ſecundũ omnes gradus ſubſtantiales,quauis ratione imaginabiles, per modum Transſubſtantiationis deſijſſe indubitater credat,& ipſum Dominum Ieſum Chriſtum, verum Deum & hominem,poſt verba conſecrationis,vere,realiter,& ſubſtantialiter in Euchariſtiæ Sacramento exiſtere infallibiliter credat. Sic D.Auguſtin.ad Valentin.epiſt.46.& 47. *Non declinabimus ad dexterã neque ad ſiniſtram; Ad dexterã, leuando gratiam,& deprimendo liberum arbitrium,(quod erat Manichæorum) nec ad ſiniſtram,eleuando lib. arbitrium,& demittendo gratiam.* *Script. docet fidei ſcopulos declinare.*

At quid pluribus generalioribus vtilitatibus enumerandis inſiſto? Nonne vel ex hoc capite Diuinæ paginæ ſcientiam vtiliſſimam dijudicamus, quod ſalutem noſtram in ea ſitam eſſe conſtet,quatenus partim beatitudo formalis & obiectiua,partim media ad eius conſecutionẽ, & neceſſaria & commoda,in illa nobis proponuntur. *Script. noſtram continet ſalutem.*

Quod D.Ezechieli cap.1.demonſtratum eſt in *Rotis* illis,quas notione prophetica ita vidit diſpoſitas, vt rota in medio rotæ conſiſteret: quas rotas D.Greg.in hunc locum, duas partes ait S.Scripturæ,nouum inquam & vetus Teſtamentum. Atque adeo rotam in medio eſſe *Rota Ezechiel. Prophetæ.*

rotæ, nihil aliud portendere, quàm in litera veteris Teſtamenti, latêre nouum per Allegoriam. In his vero (vt propoſitum concludamus) rotis *erat ſtatura & altitudo & horribilis aſpectus.* Staturam quippe habet S. Scriptura, quia mores ad ſtandum dirigit, vt auditorum mentes ad terrenam concupiſcentiam non curuentur. Altitudinem habet, quia in cæleſti patria, æternæ vitæ gaudia promittit. Horribilem quoque aſpectum habet, quia omnibus reprobis gehennæ ſupplicia minatur. Oſtendit ergo ſtaturam ſuam in ædificatione morum, oſtendit altitudinẽ in promiſſione præmiorum, oſtendit horribilem aſpectum in terroribus ſuppliciorum.

Qualitas rotarum S. Scripturæ.

Iſti viſioni, alius Ezechiel. c. 2. 10. conſonat aſpectus, de *libro ſcripto intus & foris, & ſcripta erant in eo lamentationes, & carmen & væ.* Carmen, propter gaudia & fruitionem Beatificam Sanctorũ. Væ, propter damnationem impiorum. Lamentationes, propter pænitentiam, Luc. 13. 3. *niſi pænitentiam habueritis, omnes ſimul peribitis.* 27

Liber ſcriptus intus & foris quis ſit.

Pro colophone ergo dico cum S. Aug. ſent. 67. ex ijs quas D. Proſper ex operibus eiuſdem pie ac docte collegit; *Bona ſunt in Script. Sanctis, myſteriorum profunditates; quæ ob hoc teguntur, ne vileſcant; ob hoc quæruntur, vt exerceant; ob hoc aperiuntur, vt paſcant.*

Quæ omnia hactenus dicta in Epiſt. Thaddæi reperiuntur.

Particulares Epiſt. D. Iudę vtilitates.

Suppono tã multis vtilitatibus particularibus ſcatere

ſcatere præſentem Epiſtol. vt ex ea fere, homo Chriſtianus cuiuſuis ſexus, conditionis, vel officij, ſufficientem fidei ac moru doctrinā haurire poſſit: præcipua quippe totius fidei ac vitæ Chriſtianæ capita hic exprimuntur. Quantum enim ad fidem attinet:

Prima vtilitas particularis ex eo depromitur, quòd expreſſam S S. Triadis doctrinam tradat: verſu enim 1. in Diuinis primam nominat Perſonam, *In Deo Patre dilectis*. 4. ſecundam, *& ſolum Dominatorem & Dominū noſtrū Ieſum Chriſtum negantes*, videlicet Ieſum Chriſtum eſſe Dei Filium: qui tamē cū Patre & Spiritu S. ſolus eſt dominator & Dominus ſolus. Dictio namque excluſiua, termino eſſentiali adiuncta, non excludit Perſonam; eſt verò Dominator eſſentiale nomen, vt latiùs infrà. Item 5. *Ieſus Pop. de terra Aegypti ſaluans*: quod de Chriſto ſecundùm Diuinam naturam olim ſaluante, intelligendum eſſe, perſuadet verſio Græca, κύριος. verſu denique 20. tertiam in Diuinis exprimit perſonam, *In Spiritu S. orantes*. *D. Iudas myſt. SS. Trinitatis tradit.*

Vtiliſſimam proinde hanc dixerim Epiſtolā, quum idipſum Myſterium, poſt Chriſti aduentum, explicite & neceſſitate medij ſit credendū, eſt enim D. Trinitas obiectū Beatit. noſtræ, principalis & prima cauſa eius, vti iuſtificationis hominis, adeoque bonorum omnium tam in ordine gratiæ quàm naturæ, & reciprocè. Secus ante Mediatoris aduentum, quando non omnes iuſti explicitam huius Myſt. fidem elicuerunt, neque etiam talis fuit neceſſaria neceſſitate medij vel præcepti; eſt enim omnium ſublimiſſimū, ab humana mente maxime peregrinum, vnā *Fides SS. Trinitatis tam eſt neceſſaria, neceſſitate medij, non ante Chriſti aduentū.*

ean-

eandemque naturam tribus communicari hypoſtaſibus & ſuppoſitis realiter inter ſe, non ab eſſentia diſtinctis; ex effectibus quippe in cognitionem cauſæ ſolemus deduci; atqui effectus omnes ita procedunt à Deo Trino, ac ſi tantum procederent ab vno. Quum enim in Diuinis tribus Perſonis, vna tantum ſit eſſentia & ratio operandi, omnes conſequenter operationes Dei ad extra, ſunt indiuiſæ, ac procedunt à Deo quatenus eſt hic ſubſiſtens, videlicet per eſſentiam & ſubſiſtentiam communem ſiue abſolutam, (quam in Diuinis dari pro nunc ſuppono.) Proinde vnitatem duntaxat Dei, non Trinitatis myſterium, ex creaturis humana mens deducere valet. vnde ante Chriſti prædicationẽ, non videntur vlli fuiſſe obligati credere hoc myſt. præter eos quibus immediata obtigit reuelatio, aut quibus ab his ſufficienter fuerat propoſitum. Certe Teſtamentum vetus parciſſime de hoc loquitur myſterio: clariſſime vero nouum, & in eo Iudas noſter.

Sublimitas myſterij SS. Trinitatis.

D. Iudas propalat Myſt. Incarnationis.

Pro 2. Vtilitat. Myſterium Incarnationis propalatur. verſ. 1. *In Chriſto Ieſu conſeruatis & vocatis.* 4. *Solum Dominatorem & Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum negãtes.* 17. *Prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti.* 21. *Expectantes miſericordiã Domini noſtri Ieſu Chriſti.* 30

Neceſſitas credendi Myſt. Incarnationis.

Hujus autem non minor eſt quàm præcedẽtis myſterij vtilis doctrina, quum hodie poſt ſufficientem Euangelij promulgationem, neceſſarium ſit neceſſitate medij ad iuſtificationem adultorum, credere explicite, Filium Dei, Verbum Patris, verum Deum, factum eſſe hominẽ, atque adeo humanum genus, ſanguinis ſui pre-

tio

) infinito redemiſſe. Quamobrem Bonifac. 8. ⟨e⟩xtrauag. *Vnam Sanctam*, aſſerit eos qui nihil de ⟨C⟩hriſto audiuerunt, non poſſe eſſe de Eccleſia, ⟨in⟩ qua eſt vna fides, vnum Baptiſma, & extra ⟨qu⟩ã non eſt ſalus, vel remiſſio peccatorũ. Sic ⟨D⟩. Aug. de Prædeſt. SS. cap. 7. *Si poſſet ſine fide Chri⟨ſti⟩ eſſe ſaluus Cornelius, non ad eum ædificandum, mitteretur ⟨ar⟩chitectus Petrus*. Item de Corrept. & grat. c. 7. *A ⟨da⟩mnatione non ſe liberabunt, qui dicere poterunt ſe non ⟨au⟩diuiſſe Chriſti Euangelium.* Et infra: *Quicunque ab ⟨ill⟩a generali damnatione, Diuinæ gratiæ largitate diſcreti ⟨ſu⟩nt, non eſt dubium quod & procuratur eis audiendum ⟨Eu⟩angelium, & cum audiunt, credunt.* vbi aperte ſup⟨p⟩onit, nulli abſq. hac fide explicita obtingere ⟨ſa⟩lutem, & ideo certo D. Prouidentiæ ordinẽ ⟨el⟩ectis procurari vt audiant eius prædicationẽ. ⟨Q⟩uod intellige, ſimiliter poſt Chriſti Aduen⟨tu⟩m, vti ſup.

Secus ante Meſſiæ Incarnationem, quando nõ ⟨o⟩mnes iuſti explicitam tenuere fidem Incarna⟨ti⟩onis Chriſti, quæ identidẽ nec medij nec præ⟨ce⟩pti neceſſitate fuit neceſſaria, paucis exceptis ⟨Pa⟩triarchis atque Prophetis, quibus id fuit lu⟨m⟩ine ſupernaturali reuelatũ, & alijs quibuſdã, ⟨q⟩uibus ſufficienter propoſitũ fuit ab ijs qui im⟨m⟩ediatam à Deo myſterij reuelationem acce⟨pe⟩rant: vt enim ſummos pertranſeam Pontifi⟨ce⟩s atque alios ſacrorum Principes, certè nec ⟨N⟩icodemus hoc myſt. explicitè videtur cogno⟨ui⟩ſſe, qui tamen erat Magiſter in Iſraël, vti & ⟨al⟩ij permulti, qui Chriſtum agnoſcentes vt Meſ⟨ſi⟩am, ignorabant vt Deum; quippe quibus val⟨d⟩e abſurdum videbatur, vnum idemque Suppoſi-

Ante Chriſti aduentum non erat neceſſaria fides Incarnationis.

Paucis olim fuit cognitum Myſt. incarnationis.

poſitum, Deum eſſe & hominem, vti patet Ioan. 3.5. & 10. vt non immeritò Paulus Epheſ. 3.9. *Sacramentum hoc vocet abſconditum à ſæculo in Deo.* Cuius ſignum eſt, quod licet Philoſophi multa de natura Diuina, creatione mundi, de Intelligentijs ſeu Angelis, cęlorum motibus, numero, materia & forma, de primo motore, de cauſis, Beatitudine, ſummo bono, de vitijs, virtutibus, &c. tractarint, nihil tamen vnquam de Myſterior. Incarnationis cognoſcere potuerunt; adeo illud obiectum Chriſtianæ proprium eſt Theologiæ. 33

D. Auguſtinus legit ſcripta Platonicorum.

Quare D. Aug. l.7. Confeſſ. c.9. quum certa quædam monimenta Platonicorũ e Græco in Latinum verſa ſibi offerrentur, ea auidè & quã poterat intentè ſe perlegendo aſſerit excuſſiſſe, multaque ijs quæ noſtris codicibus produntur, finitima inueniſſe, vtputà, In principio fuiſſe Verbum, & Verbum fuiſſe apud Deum, & Deum fuiſſe Verbum, & Verbum ex Deo natum eſſe. At Verbum carnem factum eſſe & in nobis habitaſſe, item in propria veniſſe, nec à ſuis receptum fuiſſe, & reliqua, in quibus cardo pręcipuus dubietatis eius verſabatur, nec ſuſpicari quidem potuiſſe. Nulla enim ratione poterat comprehendere, quomodo puritas Diuina hinc non contaminaretur, aut quomodo turpe non eſſet, Maieſtatem ſummam atque omnipotẽtem, cuius potentia vbique locorum ſe diffunderet, quæque omnia cæli & terræ ambitu concluſa adminiſtraret, anguſtis finibus humani corporis circumſcribi, carneque fragili ac moribunda veſtiri. Nihil in ſpeciem eſſe magis

Incarnat. Myſt non capit Aug

de-

elirum,nihilque magis pugnare c um tremen
a illa atque adoranda Maieſtate. Magnificè
lioqui ſentiebat de Chriſto,ſed non tanquã de
)eo ,at velut viro maximo & ſingulari, ac doti-
us ſapientiæ ſupra quã quiſquam mortalium,
xornato: præſertim, quòd ſuprà captum hu-
nanum, ex Virgine Matre, abſque complexu
irili,natus & conceptus diceretur. Similia ha-
et lib. 10.de Ciuit.c.29.& alibi.

Vnde aliquando in eam Manichæorum de-
apſus fuit inſipientiam,vt Chriſtũ,non verum,
uale noſtrum, ſed imaginarium duntaxat cor-
us contenderet aſſumpſiſſe: quale ſubinde
piritus aſciſcunt,dum ſe corporeis mortalium
oculis exhibent ſpectandos. Quo errore, ne ſa-
rilega dicam ſtoliditate, nobiliſſimæ indolis
dolescens, Manichæorũ infaſcinatione, totis
IX. annis fuit irretitus. Nec mirum,quia gen-
ibus hoc myſterium,ſtultitia;Iudæis verò ſcan-
alum videbatur & ignominia, 1. ad Corinth.1.
Tam altum eſt Dei conſilium,tam inſcrutabile
& incomprehenſibile Incarnati Verbi Diuini
acramentũ; cuius enim ab orbe condito,Phi-
oſophi oculus vidit,auris audiuit,quis in id te-
nuẽ ingenij ſui aciem per modũ vel dubitantis
iſtrinxit, vt ſibi etiã cũ formidine de oppoſito
n mentem veniret,Deum ſeipſum ſummo mo-
lo, & in genere cauſæ formalis, communicare
reaturæ, quo,non aliquam ſui in ordine gratiæ
el naturæ, participationem, non perfectio-
em aliquam creatam & limitatã, ſed ſeipſum
otum ſecundùm totám ſuam immenſitatẽ &
ncreatã perfectionẽ,humanæ impertit naturæ?

Corpus Chriſti imaginarium putauit aliquãdo Aug.

Aug nouem annis, fuit Manichæus.

Sublimitas Myſt. incarnationis, trahit Patres in admirationem.

Cæcu-

Cæcutiũt, cæcutiũt hic oculi Manichæorũ, ceſſãt principia Philoſophorũ, vt meritò cũ D. Greg. in quadam epiſt. exclamare poſſimus: *Nemo hominum nouit nec noſcere poteſt ad plenum, quid boni ad gratiam, quid congruentiæ ad ſapientiam, quid decoris ad gloriam, quid commodi ad ſalutem, penes ſeipſam contineat, huius venerandi myſt. ſcilicet humanæ Redemptionis, inſcrutabilis altitudo.* Cui conſonat D. Chryſoſt. homil. 5. admiratio, cum ait: *Scio quòd caro Verbum factum eſt, & quomodo factum ſit, neſcio. Miraris quia ego neſcio? Omnis creatura ignorat.* Et D. Aug. epiſt. 2. ad Voluſian. *Si ratio quæritur, non erit mirabile. Si exemplum poſcitur, non erit ſingulare. Demus Deum aliquid poſſe, quod nos fateantur inueſtigare non poſſe; in talibus rebus tota ratio facti, eſt potentia.* Diuo ergo Iudæ inter cæteros, hanc doctrinæ de Incarnatione, acceptam ferimus vtilitatem.

D. Iudas meritum Christi tādit.

Tertio Vtilitas particularis priori affinis, eſt de Chriſti merito doctrina, verſ. 1. *In Chriſto Ieſu conſeruatis & vocatis*; vbi cauſa meritoria inſinuatur: Chriſti enim merito, fidelibus, conſeruationis ab infidelitate & vocationis per Baptiſmũ gratia impertitur à Deo, iuxta illud Eſai. 52. 10. *Si poſuerit pro peccato animam ſuã, videbit ſemen longæuum.* Et Epheſ. 1. 2. *Qui benedixit nos omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto.* vbi ly, *in Chriſto*, nihil aliud, ſignificat, quam per meritum Chriſti. De quo licet varia dici poſſint, quæ à Scholaſticis doct. tractantur 3. part. Sum. D. Tho. quæſt. 19. art. 4. vtputa, quibus actibus, quanto tempore, an ex perfecta iuſtitia, num etiam Angelis, an vnionem ſuam Hypoſtaticam eiuſque Prędeſtinationem, an ſibi dona animæ habitualia, cum glo-

gloria beatifica etiam corporis & nominis exaltatione; hominibus vero remiſſ. peccatorum & gratiam iuſtificantem, prædeſtinationem, ſalutem æternam, &c. promeruerit. Quæ omnia iiſque affinia dogmata in aliam materiæ occaſionem reijcienda; vnum tamen pro magnificentia Mediatoris, conſolatione verò peccatoris (cuius ſæpe rationem habere decreui) cum

7 Dei ope adijciam, videlicet tam abunde prouidiſſe nobis Chriſtum, tam inexplicabili amoris nexu ſibi colligâſſe, & pretioſum Patri lytrũ obtuliſſe, vt ſingula eius opera, quatenus ab ipſo procedebant, infiniti fuerint pretij atque æſtimationis in ratione meriti & ſatisfactionis coram Deo, quo amplius nihil dici poteſt; nec deſiderari certe poſſe, inſinuat D. Petrus 1. Epiſt. cap. 1. 17. *Non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati.* vnde D. Tho. 3. part. Sum. q. 1. art. 2. & q. 46. a. 5. ad 3. minimam Chriſti Paſſionem, ad totius generis humani redemptionem ſuffeciſſe affirmat cũ Guilielmo Altiſſiodorenſi l. 3. Sum. tract. 1. cap. 8.

Chriſti meritum eſt infinitum.

8 Nec vero difficile hanc meriti Chriſti infinitudinem comprobare cuipiam erit, qui Extrauag. Clement. 7. *Vnigenitus*, fuerit conſpicatus. Ecquid ergo? Certè modicam ſanguinis guttam propter vnionem ad Verbum, pro redempt. totius generis humani, aſſerit ſuffeciſſe. Ex quo ſequitur, infiniti ex ſe meriti fuiſſe & pretij: vnde ibidem ait, Theſaurum militanti Eccleſiæ per copioſiſſimam ſang. effuſionem, acquiſitũ,

Probatur infinitudo meritorum Chriſti.

Theſaurus Eccleſ. nunquam exhaurietur.

eſſe infinitum in ratione meriti & ſatisfactionis, ita vt nunquam exhauriri poſſit vel deficere, etiam quantumuis magna ſiue extenſiue ſiue intenſiue poſita, peccatorum ſecundùm pęnæ & culpæ reatum, malitia atque enormitate.

39 Si enim aliqua moneta tāti eſſet valoris ac pretij, vt ea cōparari poſſent res quæcūque, quantūuis ſubſtantia pretioſæ & numero multæ, cuiuſuis generis, ordinis, ac ſpeciei, eā actu infiniti pretij ac valoris eſſe clamarent omnes: cur nō ſimiliter merita Chriſti? Maximè quū ſcriptura paſſim inculcet Chriſtū ſatisfeciſſe pro peccatis totius mundi, 1. Ioan. 1. 7. *Sanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato.* & c. 2. 1. *Aduocatū habemus apud Patrem I. Chriſtū iuſtū, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, nō pro noſtris autē tantū, ſed etiā pro totius mūdi.* Quibus & ſimilibus verbis, infinita deſignatur efficacia pro delictis, quantumuis multis & magnis; alias enim metuere poſſemus, ne in tantū excreſceret peccatorum menſura, vt eorum Redemptioni non ſufficiat meritum Chriſti.

Similitudo.

Ratio infinitudinis meritorum Chriſti.

40 Venio ad rationem huius dicti noſtri fundamentalem, quæ deſumitur à perſonæ operantis dignitate infinita, Supposito inquam diuino, Verbo & Filio Patris æterni, infinitè grato. Ex quo euidentiſſima ſequela reſultat, quoduis eius opus meritorium, velut infinitæ æſtimationis à SS. Trinitate fuiſſe acceptatum; Perſona quippe ſecundùm totam dignitatem, influit in actum. Eſt enim velut intrinſeca forma operū ipſorum, quatenus ſunt meritoria vel ſatisfactoria, dans ipſis Eſſe & vltimum actum perfectiuum. Cuius ſignum eſt, quòd nullus actus Fidei,

dei, Spei, Charitatis, vel alterius virtutis Chriſtianę, nullus vſus Sacramenti, nec ipſa quidē Sacratiſſimi corporis & Sanguinis Domini Euchariſtica delibatio, non ſanguinis pro Chriſti fide effuſio, non facultatum in cibos pauperum diſtributio (quæ omnia tamen magnam apud Deum habent remunerationem) coram Deo ſint meritoria, niſi ſuppoſitum & perſona operans ſit charitate inſtructa & Deo grata.

41 Nec verò à contrario ſenſu deeſt Argumentum: Si enim Perſona Chriſti operibus ſuis non tribueret valorem infinitum, fieri poſſet quòd opus aliquod à ſuppoſito creato præſtitum, æqualis, immò maioris coram Deo, meriti ac dignitatis haberetur, quā opus Chriſti Filij Dei & Verbi Patris: omni enim finito ac certam menſuram habenti, in quouis genere entis, poteſt dari æquale & maius, vt conſtans habet axioma doctiorum. Atqui hoc abſurdum eſſe, omnes prorſus Chriſtianorum capiunt aures, iudicant mentes, & Venerand. Patrum, ad Redempt. humanā, neceſſitatem vnionis hypoſt. atque adeo Incarnationis allegantiū, teſtimonia clamant. Baſil. in Pſal. 48. ad illud verſ. 8. *frater non redimit,*
42 *redimet homo? Non homo nudus* (ait) *redimet, ſed homo Ieſus Chriſtus, quia nullus alius condignum pretium afferre potis erat.* Athan. l. de Incarn. Verbi, *Quum enim Patris ſit Verbum & ſupra omnes, meritò etiam ſolus omnia recuperare poteſt, & idoneus fuit qui pro omnibus pateretur & apud Patrem intercederet.* Et Iren. l. 3. contr. hæret. c. 20. *Niſi homo fuiſſet coniunctus Deo noſtro, non potuiſſet parteceps fieri incorruptibilitatis.* vbi nota ly, *nullus alius*, ly, *ſolus*, & ſimilia, quæ ſoli Chriſto, in ordine

Neceſſitas Incarnationis.

ad ſatisfactionem perfectę iuſtitiæ,aſcribunt humani generis redemptionem,adeoque euincunt neceſſarium fuiſſe Deum hypoſtatice intellectuali creaturæ vniri,vt nullum aliud medium,per potentiam Dei abſolutam fuerit poſſibile. Cum quo ſtare non poteſt contraria ſetentia,quę meritum Chriſti ponit finitum.

Paraneſis ad peccatorem.

Huc ergo ades,ô Peccator, delictorum tuorũ grauiſſima ſarcina ad barathrum depreſſe, noli te ad deſperantem conuertere Iudam, ſed in ſpem obtinendæ erigere peccatorum remiſſionis ; cum peccatrice Maria ; aures tuas ad ſuauiſſimum infiniti meriti Chriſti , arrige clangorem , oculos confidentiæ in viuificum hunc defige ſerpentem ; *Si fuerint peccata tua vt coccinum,& ſi fuerint rubra ſicut vermiculus*, Eſai. 1. 18. ſi mille peccatorum funibus illaqueeris,ſi non tibi tantum,ſed & alijs,à Deo ac Religione eius deuiandi ſtraueris viam, ſi reboantia in cælum crimina, ſi in Spiritum S. piacula commiſſa , ſi naturę limites infinities replicatis ſpeciebus & actibus à te peſſundati atque effracti , ſi omnium denique mortalium reatus , in tui ſolius humeros recumbant;en præſentiſſimum Agni immaculati ſanguinem ſaluificum, cuius infinito merito,valore,ſatisfactione,quaſi nix dealbaberis & lana,plenariam obtinẽdo remiſſionem: vt intelligas potentius eſſe Chriſti meritum ad ſaluandum, quam peccatum ad damnandum. 43

Merita Chriſti applicari debent per Bapt. vel bona opera.

Cautè interim nota,non voluiſſe Chriſtum merita& ſatisfactiones ſuas,licet immenſas,nobis ſine vlla applicatione per Sacramenta, aut noſtra cooperatione,cauſari ſalutẽ,nec ea mente 44

te Patri obtuliſſe: ſed in paruulis requirere applicationem per Sacramēta, in adultis verò, lib. cooperationem arbitrij: eliciendo actus contritionis, dilectionis, reſtitutionis, orationis, caſtitatis, atque alios poſitiuos cùm meritorios, tum ſatisfactorios; alioqui hominibus ſupinæ ſecuritatis occaſio, & ad quęuis ſcelera, gratiſſima carni ſterneretur libertas. Hanc autem, *Conſcientiæ libertatem* nouelli & Pſeudoeuangelici Prædicancantij, non verentur appellare.

45 Taceo quod efficacior, quod potentior, quod eminentior Chriſti virtus eniteſcat, dum non ipſe tantum meretur, ſed & nobis idētidem promerendi, ſatisfaciendi, atque adeò ſalutem noſtram operandi virtutem iugiter inſtillat; ſicut maior Dei conuincitur potentia, dum non ipſe tantum vt prima cauſa, res inferiores mouet, atque in effectum nobiliori influit modo: verumetiam cauſæ ſecundæ & creatæ virtutem impertit agendi, licet inferiore & ſubordinatiore motu. *Chriſtus dat nobis virtutem merendi.*

Et hoc eſt quod Thaddæus hîc docet, *ſalutans in Chriſto Ieſu vocatos & conſeruatos.*

46 *Quarta vtilitas particularis*. Ad fidei ſemel acceptæ intrepidā conſtantiā animat fideles, monens vt in ea ad externā vſque confeſſionē, etiā mortem ipſam, firmiter permaneant, nec vllis fraudulenter ſubintroeuntium impoſtorum illecebris aut terriculamentis cedant. verſ. 3. *Deprecans ſupercertari ſemel traditæ Sanctis fidei.* 17. *memores eſtote verborum quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis.* 20. *vos autem chariſſimi ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ noſtræ fidei.* Quod & Chriſtus in Euangelio ſæpiùs *D. Iudas hortatur ad fidei conſtātiam.*

 in-

inculcauit, Luc. 12.9. *qui me negauerit coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei.*

Cuius dogmatis crebra inculcatio, ſi vllo tẽ-
pore, hoc certe maximè eſt vtilis & neceſſaria, 47
quo Caluiniſticam infidelitatem, per Europam
latiùs graſſari, miris technis, exploſo Luteraniſ-
mo, irrepere, & infinitis Eccleſiæ ouibus, verã
Dei & Chriſti fidem eripere, atque æternæ dam-
nationis ſcabiẽ, precibus, honoribus, promiſſis,
bonorũ proſcriptionibus, armis, cõminatorijs
edictis, ſuppliciis, morte, atque olim damna-
torum dogmatum ſubreptitia deprædicatione,
affricare videmus,

Magni intereſt integram fidem retinere.

Probe quippe nouit Architector Satan, quan- 48
ti homini Chriſtiano interſit, illibatam atque
omnium bonorum operum illuminatricem te-
nere fidem, tenere certam, tenere integram Dei
ſcientiam: ipſa quippe eſt prima ad æternam ſa-
lutem iſagoge. Rom. 5.2. *Habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam.* vnde D. Aug. in Pſal. 134. *Primitias habemus ipſam fidem vnde incipimus; eccleſia quippe dictum eſt: Et venies & pertranſies ab initio fidei, & nemo incipit bene viuere niſi à fide. fides ergo noſtra in primogenitis noſtris eſt, quando cuſtoditur fides noſtra, cætera ſubſequi poßunt.* Item de bono perſeuer. c. 2. *Quod enim eſt initium verius Chriſtiano, quàm credere in Chriſtũ.*

S. fides eſt prima ad ſalutem Iſagoga.

Fides item eſt Pænitentiæ radix & mater, dum videlicet Deum credimus bonorum, pariterque malorum eſſe remuneratorem, tum enim nos ad Deum conuertere, vitam verò priorem Dei legi, animæque ſaluti difformem, incipimus deteſtari: vnde Apoſt. Hebr. 11.6. *accedentem ad Deum, credere oportet, quia eſt, & quia requirentibus ſe remunera-*

Fides eſt pœnitentiæ Mater.

nerator eſt. Et D. Auguſt. de vera & falſa pænitent. c. 2. *Si fides fundamentum eſt pœnitentiæ, præter quam nihil eſt quod bonum ſit, appetenda eſt pœnitentia, quam conſtat in fide eſſe fundatam; non enim poteſt arbor bona fructus malos facere. Pœnitentia itaque, quæ ex fide non procedit, vtilis non eſt.*

49 Fides eſt certa & tuta Regula intelligendi Scripturas, teſte eodem Aug. de Geneſ. ad lit. lib. 1. c. 21. *Quum Diuinos libros legimus, in tanta multitudine verorum intellectuum qui de paucis verbis eruuntur, & ſanitate Catholicæ fidei muniuntur, id potiſſimum deligamus, quod certum apparuerit eum ſenſiſſe quem legimus. Si autem hoc latet, id certè quod circumſtantia Scripturæ non impedit & cum ſana fide concordat. Si autem & Scripturæ circumſtantia pertractari ac diſcuti non poteſt, ſaltem id ſolum quod fides ſana præſcribit. Aliud eſt enim quid potiſſimum ſcriptor ſenſerit non dignoſcere, aliud autem à Regula pietatis errare.*

Fides eſt certa Regula intelligendi Scripturas.

50 Fide rurſum ſanamur vt intelligamus ampliora, adeo vt niſi eſſent aliqua quæ intelligere nō valemus niſi antè credamus, Eſaias c. 7. 9. non diceret; *Niſi credideritis, non permanebitis*; vbi 72 legunt: *non intelligetis*.

Fide ſanamur vt intelligamus ampliora.

51 Fide titubante, neceſſe eſt ipſam langueſcere charitatem, non enim ordinate quis poteſt diligere, quod eſſe non credit. Fide denique iuſtificamur, Rom. 5. 1. *Iuſtificati ergo ex fide, pacē habeamus*: & ad Gal. 2. 16. *Nos in Chriſto Ieſu credimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti.* Quæ Iuſtificatio in ſenſu veterum Eccleſiæ Patrum, ſignanter D. P. N. Auguſtini, ſic accipienda eſt, ſic ſale veritatis condienda, quia totius iuſtificationis noſtræ, coram Deo, fides, qua in Deum & Chriſtum eius credimus,

Fide titubāte Charitas languet.

Fide iuſtificamur.

 mus,

mus, fides, inquam, ſana & orthodoxa, omnia quæ diuinitus verbo & traditione ad credendũ reuelata ſunt, credens; radix, principium & baſis eſt, nec ſine illa quiſquam iuſtificari poteſt. Bene autem abſque abortiua fiduciæ ſpecialis horum temporum corruptela, quam ſuſcitauit Caluinus.

Exploditur fiducia ſpecialis hæreticorum.

Multo minus ſibi S. Mater Eccleſia perſuaſit, 52 ſola fide Chriſtiana, hominem iuſtificari, ſola æternam ſalutem promereri, ablegata in exilium bonorum operũ neceſſitate: quem errorẽ non hoc duntaxat ſæculo, verum iam inde à tẽporibus Apoſtolorũ ex nonnullis perperam intellectis ſubobſcuris D. Pauli ſententijs, inualuiſſe, multoſque hoc erroris genere deceptos, ſine metu nefanda crimina commiſiſſe, dum credunt Deum, non criminum, ſed infidelitatis duntaxat vltorẽ, teſtatur D. Aug. de fid. & oper. c. 14. & de vita Chriſtian. c. 14. Paris enim periculi eſt, fidem ſine operibus, & opera ſine fide Diuina, ad ſalutem ſufficere prophanè aſtruxiſſe.

Sola fides non ſufficit ad ſalutem in adultis.

Scio in quibuſdã Script. locis, fidei virtutẽ lau- 53 dari duntaxat à Chriſto, nõ alias virtutes; fidei iterũ, non alijs virtutibus, aſcribi ſalutem, Luc. 8. 40. *Filia, fides tua te ſaluam fecit.* Luc. 18. 42 *Reſpice, fides tua te ſaluum fecit.* Matth. 9. 2. *Videns Ieſus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Luc. 7. 50. *Dixit autem ad mulierem: fides tua te ſaluam fecit, vade in pace.* Quod non ſic intellige, quaſi ſola fides iuſtificet credentes, vel ſanitatẽ morbidis illis, in quibus miraculoſa Chriſti manus eluxit, ſola impertierit (quum in pleriſque

Quomodo in Scriptura fidei tribuatur ſalus.

vari-

varias virtutes, vtputà, ſpẽ & firmã fiduciã, obedientiã, humilitatem, preces, lachrymas, Dei & proximi dilectionem, laborem, perſeuerantiam, amariſſimam pœnitentiam, profundam pietatem internam atque externam, ſalutarem acceptæ ſanitatis ergo, gratiarum actionẽ, Chriſti venerationem, ſui cõtemptum, zeloſam iuuandi proximi induſtriam, atque alias Deo gratiſſimas affuiſſe virtutes connotet Euangelium.) Verùm alijs de cauſis.

54 Primo quia ratio temporis & loci, perſonarum &c. aliquando dictabat, fidei præ alijs virtutibus commendationem inſtitui debere; vt Luc. 7. 49. in iuſtificatione Magdalenæ, vbi relicta ardentiſſima eius charitate, qua in medicũ ſalutis flagrabat, & flagrando magis magiſque accendebatur, eius fidei ſalutem attexit. Quam ob rem? Propter murmur eorum conuiuarum, qui à Chriſto peccata non remitti credentes, *dicebant intra ſe, quis eſt qui etiam peccata dimittit?* Sic D. Paulus totus eſt in nouæ fidei Chriſti; è contra, D. Iacobus, non in fidei, ſed in operum bonorum collaudatione, intantum, vt dicat cap. 2. 26. *Fidem ſine operibus mortuam eſſe*. Sic nimirum dictante temporis & perſonarum, ad quas ſcribebant; item hæreſcon quas Diuina prænotione mox enaſcituras præuidebant, atque adeò præueniendo conuellere nitebantur, ratione & conditione. Cuius ratio vlterior eſt, quia dum diuerſa media, cauſæ atque inſtrumenta ad vnũ aliquem ordinantur effectum, quorum vnumquodque ſuum confert influxum ac cooperationem, licet partialem; verbi gratia in compo-

Fidei attribuitur ſalus propter circũſtantiam Perſonarum.

 ſitione

ſitione Theriacæ vel alterius Pharmaci : illud nihilominus præ cæteris enucleatiùs exprimi, indigitari, atque ab artis illius peritis, magis cōmendari ſolet, quod rei pręſenti, pro tali vel tali ſtatu, maximè ſubſeruit: non quòd alia negentur, vel eorum influxui præiudicetur. Sic Chriſtus infidelitatis accumbentiū habito reſpectu, non pœnitentię, non lachrymis, non humili ablutioni, alijſue virtutum exercitijs, verū fidei, iuſtificationem aſcribit.

Fidei aſcribitur ſalus, propter nouam eius germinationem.

Secunda cauſa deſumitur à recēs enatæ fidei 55
progerminatione, cuius proinde excellentiā, eminentiā, potentiā cū Chriſtus tū Euangeliſtæ, in prima Iudęorū & gentiū cōuerſione, ſingulariter extollere ſuadebātur. Quis enim neſcit, in omni diſciplina, via, & arte tradenda, ab eiuſdē principijs ordiendū nobis eſſe, ſi ordinate progredi velimus? quippe quæ ſubſtantiam talis artis in ſe inuoluant. Non ſecùs Chriſtus nouam conditurus legem, nouum Euangelij ſtatum, nouam Sapientiæ Diuinæ ſcholam, fidem à qua auſpicium ſumi debet, ante omnia commendat atque inculcat: quippe quæ Apoſtolico & Auguſtiniano ore, ſpiritalis ædificij eſt fundamentū, eſt principium: *Dicitur à vobis* (Pelagianis, ait D. Auguſt. de Prædeſtinat. Sanctor. c. 7.) *fides eſt à nobis, cætera à Domino ad opera iuſtitiæ pertinentia, quaſi ad ædificium non pertineat fides, quaſi ad ædificium* (inquam.) *non pertineat fundamentum.* Et lib. de natura & grat. c. 6. *Si volumus amicos ad rectè viuendum frigidos & pigros, Chriſtianis exhortationibus excitare & accendere, primitus exhortemur ad fidem, qua Chriſtiani fiant & eius nomini ſubijciantur, ſine qua ſalui eſſe non poſſunt. Si autem iā*

Chri-

Chriſtiani ſunt,& rectè viuere negligunt, verberentur terroribus,& præmiorum laudibus erigantur.

56 Tertia,fidei non alijs virtutibus aſcribitur ſalus,quia fides radix eſt & origo omnium virtutum,quibus iuſtificamur, adeo vt nulla opera Deo placeant,niſi ex fide procedētia,in fide facta. Sic arborem extollere ſolemus,non ad trūcum primariò reſpicientes,at fructū, qui per ſe bonus eſt & per ſe placet. Sic hortulanum ſuſpicimus prætermiſſa laude fructus, qui per ſe oblectat; nempe ſuperioribus cauſis,merito iure amplius quid tribui ſolet:de quo vide Thom. Stapleto. Dom. 18.poſt Pentec. Prompt. Cathol. §.1. Tot modis nos fides ſaluat; vt non immeritò eam in credentium cordibus ſaluam atq. incolumem firmare nitatur *Iudas*. *Fidei aſcribitur ſalus, quia eſt origo omnium virtutum, quibus iuſtificamur.*

57 *Quinta vtilitas particularis.* Deterret homines à peccatis, Infidelitatis, Blaſphemię, Superbię, Rebellionis, Odij, Adulationis, Auaritiæ, maxime tamen carnis. verſ.5. *Ieſus Pop. de terra Ægypti ſaluans, ſecundò eos qui non crediderunt perdidit. 6. Angelos vero qui non ſeruauerunt ſuum principatum,ſed dereliquerunt ſuum domicilium. 10. Hi autem quæcunque quidem ignorāt, blaſphemant. 11. Væ illis qui in via Cain abierunt, & errore Balaam, mercede effuſi ſunt,& in contradictione Core perierunt. 16. Mirantes perſonas quæſtus cauſa. 7. Sicut Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ,& abeuntes poſt carnem alteram, facta ſunt exemplum ignis æterni pœnam ſuſtinentes. 8. Similiter & hi carnem quidem maculant. 4. Dei noſtri gratiam trāsferentes in luxuriam.* *Iudas deterret à peccatis maxime carnis.*

A quibus vt efficaciter homines abducat, horrenda peccatorum & ſubſecutæ punitionis Diuinæ,

Exempla plurimum mouent.

uinæ, profert exempla. Incredibile quippe eſt, quantum occultæ energiæ, eorundem propoſitio cum ſagaciore inſpectione, adijciat morum correctioni. Quod nec ethnicum latuit Ciceronem 3. de Orator. *Duo illa nos* (ait) *maximè mouent, ſimilitudo & exemplum.* Sic D. Iſidor. de Syno. Soliloquior. l. 1. c. 10. *Aſpice ex alieno tormento quid timeas, ſpice in alieno exitio quod paueſcas, euita foueam in quam alium videris cecidiſſe coram te; pericula aliena in te pertimeſce.* Sic Caſſiodorus li. 5. c. 4. *Inſtructus redditur animus in futuris, quando præteritorum commouetur exemplis.*

Grauitas peccati Sodomitici.

Quanto magis ergo carnalium *Peccatorum* & in ijs Sodomitarum, nos merito commoueat horrendus interitus? quorum reatus, quo euadit damnoſior, quo abominabilior, eo manet diuinæ vltionis pæna productior: hęc enim duo indiuiduo ſe mutuo comitantur paſſu.

Vin' autem huius Pentapolitani delicti graphicam exaggerationẽ? Audi Lactant. Firmian. de vero cultu l. 6. c. 22. *Quid poteſt ſanctũ eſſe ijs qui ætatẽ imbecillã & præſidio indigentẽ, libidini ſuæ depopulandã fœdandamque ſubſtrauerint? Non poteſt hæc res pro magnitudine ſceleris enarrari. Nihil amplius iſtos appellare poſſum, quàm impios & parricidas, quibus non ſufficiat ſexus à Deo datus, niſi & ſuum profane ac petulãter illudant: hæc tamen apud illos leuia, & quaſi honeſta ſunt. Quid dicam de ijs qui abominandam non libidinem, ſed inſaniam potius exercent? Piget dicere. Sed quid his fore credamus quos non piget facere? & tamen dicendum eſt quia fit. De iſtis loquor, quorum deterrima libido & exſecrabilis furor, ne capiti quidem parcit. Quibus hoc verbis aut qua indignatione tantum nefas proſequar? vincit officium linguæ ſceleris* 59

leris magnitudo. Quū igitur libido hæc edat opera, & hæc facinora deſignet, armādi aduerſus eā virtute maxima ſumus. Quiſquis affectus illos frænare non poteſt, cohibeat eos intra præſcriptum legitimi thori, vt & illud quod auide expetit, aſſequatur, & tamen in peccatum non incidat. Audi & D. Aug. Confeſſ. l. 3. *Flagitia quæ ſunt contra naturam, vbique & ſemper repudianda atque punienda ſunt, qualia Sodomitarum fuerunt: quæ ſi omnes gentes facerent, eodem criminis reatu, Diuina lege tenerentur, quæ non ſic fecit homines vt ſe illo vterentur modo; violatur quippe ipſa ſocietas quæ cum Deo nobis eſſe debet, cum eadem natura, cuius ipſe eſt auctor, libidinis peruerſitate polluitur.*

60 Vidiſti infandi & muti ſceleris grauitatem, ex vna, ſpectato ex altera parte Diuini ſupplicij condignam vindictam, verſ. 7. *Ignis æterni pœnam ſuſtinentes.* Taceo temporalem tum horum tum eorum ſequacium punitionem, quos vltricibus ignis & ſulphuris flammis cælitus dimiſſis, ſubinde & ſubito exuſtos eſſe, cum Diuinis Eccleſiaſticæ hiſtoriæ narrant. Sane quantū excreſcentia & alluuione carnalium huiuſmo-

Punitio temporalis & æterna Sodomitarum.

61 di turpitudinum Iouiniani ac ſectatorum ipſius, olim Roma fuerit repleta; adeo vt putorem infandorum ſcelerum exhalarit, eorum videlicet turpiſſimorum hominū, qui poſt alteram abeuntes carnem (videlicet maſculam, quæ altera eſt, nam caro maſcula & fæminea, quod ad generationem attinet, vna caro ſunt) omnes naturæ terminos prætergreſſi, in ipſum ſe barathrū demerſiſſent; Theodoſij Imperatoris ſanctio manifeſtat: quippe qui Sodomitici huius criminis reos, vltricibus flammis abſumi anno Chriſti 390 lata lege ſanciuit, quæ Romæ publicata

Roma exhalauit putorem ſceleris Sodomitici.

legem

eſt in foro Traiani,& tenorem videre eſt. l.6. ad Legem Iul.de Adult. Citatur autem à Cæſare Baron.ſup. anno Chriſti 390. num.64. in hæc fere verba:

Valentinianus, Theodoſius & Arcadius, AAA.

Orientio Vicario vrbis Romæ.

Omnes quibus flagitij vſus eſt, virile corpus muliebriter conſtitutum, alieni ſexus damnare patientia (nihil enim diſcretum videntur habere cum fœminis) huiuſmodi ſcelus, ſpectante Pop. flammis vindicibus expiabunt. Publicata in foro Traiani 8. Idus Aug. Valentiniano A. 4. & Neoterio Coſſ. Idem ſcelus edita ſanctione à Conſtantio Imperat.repreſſum fuit, quæ extat l.31.C. ad Leg. Iul. de adulter.vbi recenſito ſcelere quod non proficit ſcire, dum venus in alteram mutatur formã, in hæc verba proſilit ex abrupto. *Iubemus inſurgere Leges, armari iura, gladio vltore, vt exquiſitis pœnis ſubdantur infames qui ſunt, vel futuri ſunt rei.* 62

Sanctio Theodoſij contra Sodomitas.

Sanctio Conſtantij Imperat. contra eoſdem.

Quas leges, ſanctiones & piorum Imperatorũ iuſtiſſima decreta, ſi ſtrictæ exſecutioni mandâſſent iudices Chriſtiani, non in præſentis ſæculi morum corruptelam, non in Hæreſes, bella, ſchiſmata miſeri prolapſi eſſemus, non Caluiniſmi putidiſſimum virus, magno ſuo (quod in præſenti patitur) malo edoctus, perſentiſceret orbis Chriſtianus: Caluinus enim (vt in vita eius cap.5. refert Hieron. Bolſecus) peculatus & Sodomitici criminis conuictus; primò ab Epiſcopo loci excommunicatus, deinde ex eiuſdem & Senatus laxiore indulgentia, cauterio duntaxat 63

Ioan. Caluinus Sodomita cauterio notatur in dorſo.

in

in dorſo notatus fuit atque vrbe proſcriptus. Nec vero honeſtiſſimos eius progeniei viros, etiamnum in viuis conſiſtentes, poſt multam inſtantiã, hactenus à Magiſtratu Nouiodunenſi impetrare potuiſſe, vt huius facti memoria (quę toti familiæ nonnullã affricat labẽ) è ciuicæ iuſtitiæ tabulis ac monumẽtis eraderetur, aſſerũt multi. Sic Sodomitæ vnius impunitas, infinita perdidit millia animarum, quæ poſtmodum infanda excitata hæreſi ſeduxit. Sic propter hæc atque alia innaturalia carnalium peccatorum monſtra, florentiſſimæ ſubinde Catholicorum ditiones, vrbes, grauiſſimis peſtilentiæ, belli, famis calamitatibus pulſantur; regna ad alios deuoluuntur, vel extremam (iuſtè puniente Deo) ruinam minitantur. Maturè ergo nos Iudas à tanto crimine deterret, horrendarum pœnarum facta propoſitione. vide infra ſuo loco.

54 6. *Vtilitas particularis:* depingit notas hæreticorum, quibus impoſtores illi deprehendantur, deprehenſi vero, quoad mores & blaſphemam doctrinam, euitentur. verſ. 4. *Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium) impij, Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam, & ſolũ Dominatorẽ & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes.* 12. *Hi ſunt in epulis ſuis maculæ, conuiuantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ à ventis circumferuntur.* 16. *Hi ſunt murmuratores queruloſi, ſecundum deſideria ſua ambulantes, & os eorum loquitur ſuperbiam, mirantes perſonas quæſtus gratia.* 18. *Venient illuſores ſecundùm deſideria ſua ambulantes in impietatibus.* 19. *Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes.* 8. *Similiter & hi, carnem quidem macu-*

Iudas depingit notas Hæreticorum.

maculant, Dominationem autem ſpernunt, maieſtatem autem blaſphemant. Quibus & alijs verbis velut viuis coloribus, ad viuum nobis depingit hæreticorum Notas & proprietates, non quòd omnes & ſoli ij, omnibus præfatis vitiorum habitibus inſigniátur, verũ ita vt pleriq. pleriſq. laborẽt, omnes tamen viſibili palam ſtigmate v. 19. *(qui ſegregant ſemetipſos)* expreſſo, egregie ſignantur, nullus enim vnquam prodiit hęreticus, qui ſe ab Eccleſiæ vnitate non ſeparârit. Quod clarum euadet, ſi cuipiam à primo huius fecis flagrione Simone Mago, vſque ad vltimum procedere libeat inductiuè. Quos proinde coruo illi meritò cõparauero, quem poſt elapſos 40. dies, aperiens Noë feneſtram arcæ quam fecerat, dimiſerat, de quo Geneſ. 8. 7. *Qui egrediebatur & non reuertebatur*. Non ſecus hæretici velut nigerrimi corui (*maculatam quippe habent tunicam, & procella tenebrarum ijs ſeruata eſt in æternum,* ait Iudas) alarum ſuarum, id eſt, particularium ſectarum remigio, euolant, egrediuntur, & veram Chriſti deſerunt Arcam, Eccleſiam : at pauci reuertuntur; ſed etſi reuertantur, putidiſſimis carnalium peccatorum cadaueribus aſſueti, ineſcati ac velut affixi, ſæpiſſimè reuolant ac relabuntur. Vnde D. Auguſt. tract. 1. in epiſt. D. Ioan. *Qui oderunt Eccleſiam, ſeparauerunt ſe ab orbe terrarum, & excæcati ſunt.* 65

Omnes hæreticis ſeparant ſe ab Eccleſia.

Hæretici cõparantur coruo à Noë dimiſſo.

Vnde conſequitur nullam eos ſpiritalẽ gratiæ, caritatis, aut iuſtitiæ vitam in ſe habere poſſe; vt bene Chryſ. homil. 46. in cap. 23. Matth. *Sicut membrum à corpore præciſum, viuere non poteſt, neque ramus arboris viridis eſſe: ſic & omnes hæretici præciſi à corpore vnius Eccleſiæ, nec vitam Chriſti in ſe habere poſſunt,* 66

Hæretici non habent vitam ſpiritalem.

nec viriditatẽ gratiæ ſpiritalis, ſed eſt eccleſia eorũ deſerta.

7. *Vtilitas particularis*: Tangit impoſtorum illo-
67 rum cæcationem & excæcationis cauſam at-
que effectum, verſ. 10. *hi autem quæcunque quidem ig-
norant, blaſphemant*, q.d. Tanta peccatorum caligi-
ne obtenebrantur miſeri impoſtores, qui Dei be-
neficentiã in propriã vertunt voluptatẽ, vt *quæ-
cunque ignorãt*, hoc eſt, quæ fidei ſunt, ſuo ſenſu, nõ
captiuato in obſequium fidei intellectu, appre-
hendere velint & nequeant; ideoque ignoran-
tes illa *blaſphemant*, i. negent & inhonorent, vide-
licet quod Chriſtus ſit Meſſias & Patri æterno fi-
lius coęternus, &c.

Excæcatio. Hæreticorũ, tradita à D. Iuda.

8. *Vtilitas particularis*: Spectatur ex miſericordia
68 Dei ſaluante bonos, & Iuſtitia puniente incre-
dulos Iudæos, à prima gratia apoſtatantes An-
gelos & impuros Pentapolitanos, verſ. 5. *Ieſus
Pop. de terra Aegypti ſaluans, ſecundò eos qui non credide-
runt perdidit. 6. Angelos vero qui non ſeruauerunt ſuum
principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in iudi-
cium magni diei, vinculis æternis ſub caligine reſeruauit.
7. Sicut Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates ſi-
mili modo exſornicatæ, & abeuntes poſt carnem alteram,
facta ſunt exemplum, ignis æterni pænam ſuſtinentes.*

D. Iudas tãgit Dei miſericordiam & Iuſtitiam.

9. *Vtilitas particularis*: Aptiſſimè quoad morum
69 correctionẽ, nobis ob oculos ponit rigidum &
horrendum diem extremi iudicij, verſ. 6. *In iudi-
cium magni diei, &c. reſeruauit.* 14. & 15. *Ecce venit Domi-
nus in Sanctis millibus ſuis facere iudicium contra omnes
gentes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impie-
tatis eorũ quibus impie egerũt, & de omnibus duris quæ lo-
cuti ſunt contra eum peccatores impij.* Cuius item hor-
rendi diei viuam repræſentationem his verbis

D. Iudas proponit diem horrendum Iudicij.

 ponit

ponit Anſelmus de ſimilitudin. mundi. *A dextris erunt peccata excuſantia, à ſiniſtris infinita dæmonia, ſubtus horrendum chaos inferni, deſuper iudex iratus, foris mundus ardens, intus conſcientia vrens. Ibi vix iuſtus ſaluabitur. Heu miſer peccator! Sic deprehenſus quò fugies? Latere enim erit impoſsibile, apparere intolerabile.* vide infra.

D. Iudas monet Apoſtolorum inſiſtendum eſſe doctrinæ.

10. *Vtilitas particularis*: Salubre dat conſilium euadendi Pſeudoapoſtolorũ impoſturas & cor- 70
ruptiſſ. hæreticorum mores, ſi quæ Sancti Apoſtoli Domini noſtri Ieſu Chriſti docuerunt, indefeſſe ob oculos habuerimus, atque adeo nouiſſima tempora ab iiſdem prædicta, maturius contemplati fuerimus verſ. 17. *Vos autem Chariſſimi memores eſtote verborum, quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti qui dicebant vobis.* Cui itidem D. Leonis reſpondet conſilium, quod habetur diſt. 11. cap. *hoc veſtræ. Hoc veſtræ* (ait) *indicimus charitati, vt ab Apoſtolicis inſtitutis nullo vlterius recedatis exceſſu, quia multum poſthac eſſe non poterit, ſi quiſquam Apoſtolicas regulas, in aliquo crediderit eſſe negligendas.* Quo dogmate, fideli Pop. hoc præſertim tempore, nihil puto efficacius, ac captui vulgi accommodatius poſſe inculcari & ex cathedra proponi, videlicet ſi Apoſtolorum atque Apoſtolicorum virorum ſcriptis, traditionibus, vitæque & fidei eorum veſtigiis inſtiterit, iuxta tritam illam ſapientiorum & plebis maximam: *Antiquiſſimum quodque veriſſimum.*

Maxima.

D. Iudas mores ſolide informat.

11. *Vtilitas particularis*: Mores ſolide informat, requirens præter iacta fidei Chriſtianæ funda- 71
menta bonorum operum ædificium, & viuæ fidei moralem expreſſionem, nec ſolum in ordine

ne ad nos, verumetiam ad proximum, per oportunam, importunam correptionem, ſaluando, arguendo, miſerendo. verſ. 20. *Vos autem Chariſſimi ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ noſtræ fidei in Spiritu S. orantes, voſmetipſos in dilectione Dei ſeruate. 22. Et hos quidem arguite iudicatos. 23. Illos vero ſaluate de igne rapientes. Alijs autem miſeremini in timore odientes & eam quæ carnalis eſt, maculatam tunicam.* Merito enim à Domino increpantur, qui Chriſtum verbis & fide duntaxat confitentur, ſed factis negant. Quare non ſufficit credere & buccis crepitantibus ventilare Chriſti redemptionem, fidei & Libertatis Euangelicæ acquiſitionem; requiritur enim vt vitam Chriſto dignam geramus, fidem noſtris operibus bonis coram hominibus accēdendo, & proximis auxilium præſtando. Hinc Bern. in Cant. ſermo. 24. *Mors fidei eſt ſeparatio charitatis. Credis in Chriſtum? fac Chriſti opera, vt viuat Fides tua. fidem tuam dilectio animet, actio probet. Non incuruet terrenum opus, quem fides cæleſtium erigit.* Plura in hanc rem vide apud Hoſium in Cōfeſſ. Cathol. fidei Chriſtian. c. 64.

Mors fidei eſt ſeparatio Charitatis.

72 12 *Vtilitas particularis*: Monſtrat quomodo proximo pacem, miſericordiam & charitatem; Deo vero Opt. Max. gloriam, magnificentiam, imperium & poteſtatem apprecari, & vt adimpleantur, inſtare debeamus, verſ. 2. *Miſericordia vobis & Charitas adimpleatur. 25. Soli Deo Saluatori noſtro per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, gloria & magnificentia, Imperium & poteſtas ante omne ſeculum, & nunc & in omnia ſæcula ſæculorum Amen.*

D Iudas tangit Catholicum apprecandi morem.

73 Quantum ad priorem partem attinet, huiuſmodi ſalutationis Apoſtolicæ formulas, vti charitati

Apoſtolica formula ſalutandi.

ritati & fidei conſentaneas, pluribus alijs locis habemus, Matth. 10. 12. *Intrantes autem in domum, ſalutate eam dicentes: Pax huic domui.* Item Luc. 10. Rom. 16. 1. Corinth. 16. 2. Corinth. 13. 1. Petri 5. Sic Chriſtus ſalutauit diſcipulos Matth. 28. Luc. 24. Angelus Mariam, Luc. 1. Maria Eliſabethã, ibid. Paulus Eccleſiã Cæſareenſem, Act. 18. Paulus fratres, Act. 21. atque alijs pluribus locis, comes huiuſmodi & humanas ſalutationes velut Officia Chriſtiana, eſt inuenire. Quod autem Luc. 10. 4. Diſcipulis dicitur: *Neminem per viam ſalutaueritis.* Non prohibetur per hoc officium humanitatis Chriſtianæ, ſed locutione hyperbolica Hebræorum, præcipitur eis, vt celeriter, nullaque prorſus interpoſita mora, ſuam obeat miſſionem. Sicut 4. Reg. 4. 29. dicitur, Giezi: *Accinge lumbos tuos & tolle baculum meum in manu tua & vade, Si occurrerit tibi homo, non ſalutes eum, & ſi ſalutauerit te quiſpiam, non reſpondeas illi, & pones baculum meum ſuper faciem pueri.* vbi hoc præcipue agitur, vt non patiatur ſe impediri rebus non neceſſarijs. Nonnulli verò Synecdochen interpretantur, vt ſit ſpecies pro genere poſita, ſalutatio videlicet pro collocutione. q. d. Cum nemine, ô diſcipuli mei, colloquimini, quod ſit vobis in moram, eſtque idem fere cum præcedente.

Quomodo intelligendũ: Neminẽ per viam ſalutaueritis.

Quod ad poſter. attinet, vbi *Soli Deo Saluatori gloria & magnificentia defertur,* concludunt Brenti- 74
ani atque alij moderni hæretici, impiè facere Pontificios, qui contra Dei verbum ita clarum, Deo debitum cultum, in homines & Angelos cum Deo regnantes transferunt. Quibus id reſponſi ſeruiet loco pro nunc (poſtea latiùs) alibi ſcri-

Quomodo ſoli Deo danda gloria, nõ reclamet cultui Sanctorum.

ſcriptum eſſe, *Gloria & honor omni operanti bonum, Iudæo primùm & Græco, non enim eſt perſonarum acceptio apud Deum.* Rom. 2. 10. & 11. Item Gen. 33. Iud. 10. &c. Abraham, Loth & Ioſue Angelos adorãt. Iacob ſepties ſibi obuiantem fratrem, Moyſes Ietro ſocerum ſuum, Iudith Holofernem in conopæo ſedentem, Nabuchodonoſor Danielem, Cornelius vir iuſtus & religioſus Petrum, ad eius genua prouolutus adorauit. Quæro iam à vobis ô Nouatores, audebitiſne hos ſanctos viros, immo quoſdam Patriarchas ac prophetas idololatriæ inſimulare? Audebitiſne Paulum Iudæ contrarium affirmare? videtis ergo, videtis, non de verbo Dei, non de Scriptura inter nos controuerti; verùm de eius, quod Dei digito ſcriptũ eſt, genuino ſenſu, & ſana interpretatione. Abſit quæſo à vobis opinio ſcientiæ, quæ inflat, adſit charitas quæ ædificat, non deerit nobis ſicut aliarum, ſic & harum ſcripturarum prima fronte pugnantium ſanus intellectus.

Abraham, Loth, Ioſue Angelos adorant.

75 Dico ergo Pontificios latriæ cultum ac gloriã Deo ſoli cum Scriptura tribuere, licet alium, inferioris tamen ordinis, & douliæ vocitatum, honorem, aſcribant Superis regnantibus in ſecula. De quibus fuſiorem quæſtion. inſtituemus v. 25. in fine.

Latria ſolus Deus, Doulia etiam SS honorantur.

QVÆSTIO V. PROOEMIAL.

Quot ſunt Partes huius Epiſtolæ.

NIcolaus de Lyra præſentem epiſtol. in tres 1
ſecat partes, ſalutationem, proſecutionē
& concluſionē. Hugo Cardinalis, in ſex: cū quo
Sex ſunt huius Epiſt. partes. *Dico: in prima* poni ſalutationem; ſicut D. Paulus, Petrus, Iacobus, & Ioannes Apoſtoli, primo eos ad quos ſcribebant, Chriſtiana ſalute impertiebant, verſ. 1. & 2. *Iudas Ieſu Chriſti ſeruus*, &c. *his qui ſunt in Deo Patre dilectis*, &c. *Miſericordia vobis & pax & caritas adimpleatur.*

2. *Parte allegat ſuæ* ſcriptionis duplicem cau- 2
ſam, videlicet curam paſtoralem & neceſſitatē.
3. *Chariſsimi omnem ſollicitudinem faciens ſcribendi vobis de cōmuni veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis*, &c. *In orthodoxa fide manendum.* vt videlicet in orthodoxa, ſemelque accepta fide Apoſtolica permaneatis, quaſi dicat, Non ſufficit vos ſemel credidiſſe, niſi in eadem fide, & vocatione perſiſtatis; impliciteque monet, vt hæreticos, qui ſub tegumento ſanctitatis, latenter, furtiue & à nullo miſſi ſubintroiērunt, caute deuitent, iuxta illud D. Pauli ad Titū 3. 10. *Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt*. Sicut enim camelopardus, collo refert equum, pedibus & cruribus *Hæreticus comparatur Camelopardo.* bouem, capite camelum, maculis tigrim vel pardum: ita hæretici ſibi per omnia inæquales, varias animalium exprimunt formas. Si cultū inſpicias, ſanctū aliquē exiſtimes: ſi orationem audias, ouiculam aut agnum balare putes; ſi vitam expendas, nebulonem & ſcurram inue-

nies:

nies: ſi ſcripta, Sphyngem fraudulentum.

3. *Parte vt* fideles in fide confirmet, ac reuocet eos qui ſeducti crediderunt malignis & impijs impoſtoribus, oſtendit quanta ſit eius quem iſti negant filiũ Dei, magnitudo & potentia, quã habet, in ſaluando bonos & damnando malos, in ſua vocatione non permanentes, Iſraelitas, Angelos, & Sodomæos, verſ. 5. *Commonere autem vos volo, ſcientes ſemel omnia, quoniam Ieſus Pop. de terra Ægypti ſaluans, ſecundò eos qui non crediderunt, perdidit: Angelos vero, qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in iudicium magni diei, vinculis æternis ſub caligine reſeruauit. Sicut Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ, & abeuntes poſt carnem alteram, factæ ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes.* *Potentia filij Dei in ſaluando bonos & damnando malos, oſtenditur à D. Iuda.*

4. *Parte docet non* debere eos imitari, qui Ieſum Chriſtum negant, propter diuerſa illorum peccata, quæ enumerat verſ. 8. *Similiter & hi carnem quidem maculant, &c.* Item. 10. *Quæcunque quidem ignorant, blaſphemant.* Item 11. *Væ illis qui in via Cain abierunt, &c.* Et 12. *Hi ſunt in epulis ſuis maculæ.* Et 16. *Hi ſunt murmuratores.* Et 19. *Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, &c.* Quæ omnia ſunt euidentiſſimæ notæ hæreticorum. Partim quia Apoſtoli hoc prohibuerunt. 17. *Vos autem chariſsimi memores eſtote verborum quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dicebant vobis, &c.*

5. *Quarta pars eſt exacta* morum Chriſtianorum Parænèſis. 20. *Vos autem chariſſimi ſuperædificantes vos ſanctiſsimæ noſtræ fidei, in Spiritu S. orãtes, voſmetipſos in dilectione Dei ſeruate:* vbi fideles monet, ſuppoſita velut fũdamẽto, fide Chriſtiana, bonorũ operũ

præceptorum vel conſiliorũ imponere molē. Alias Iacobi 2. 26. *fides ſine operibus, mortua eſt.*

6 *Parte monet,* vt in omnibus Deo gratias agãt, & eius gloriam quærant. 24. *Ei autem qui potens eſt vos conſeruare ſine peccato, &c. gloria &c.* 6

Habet denique Epiſt. hæc vnicum Caput, (licet Oecumen. tria ponat): verſus vero 25. quos in certas ſectiones plerumque diſtribuemus, & pro maiori lectoris commoditate, eorum numeros margini aſcribemus.

Auctor ſe ſubmittit iudicio Eccleſ. Romanæ.

Ante omnia autem quæcunq. dicturi ſumus, in ſolidum Rom. Eccleſiæ, ſubiecta ſunto, cum D.P.N. Auguſtino Tom. 7. contr. 2. Epiſtol. Pelag. l. 1. cap. 1. vbi Bonifa. Rom. Pontifici ſcribēs, *Hæc ergo* (ait) *quæ iſtis, vt dixi, duabus epiſtolis illorum, iſta diſputatione reſpondeo, ad tuam potiſſimùm dirigere ſanctitatem, non tam diſcenda, quàm examinanda, & vbi forſan aliquid diſplicuerit, emendanda, conſtitui.* Reſtat iam, vt poſt multas indagines, laxemus carbaſa vento, & Diuinum Eccleſiaſten noſtrum Iudam loquentem introducamus. 7

Exege-

Exegeſis Epiſt. D. Iudæ Apoſtoli Theologica, Catholica, Moralis.

Verſ. 1. Iudas Ieſu Chriſti ſeruus, frater autem Iacobi: his qui ſunt in Deo Patre dilectis & Chriſto Ieſu conſeruatis & vocatis.

SECTIO PRIMA.

Iudas Ieſu Chriſti ſeruus.

1 TEſtamentum vetus licet multum diſcrepet à nouo, vtputa primo, forma & modo, ad Galat. 4. 3. *Cum eſſemus paruuli, ſub elementis mundi eramus, ſeruientes*; 2. efficacia Iuſtitiæ, Ioan. 1. 17. *Lex per Moyſen data eſt; gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*; quod magis hac ſententiola, de gratia Chriſt. cap. 13. explicat D. Aug. *Lex ergo data eſt, vt gratia quæreretur, gratia data eſt, vt lex impleretur*: 3. vniuerſitate ac firmitate, quum vetus Teſtamentum ad paucos duntaxat ex ſtirpe Iſraelitica oriundos, nouum verò, vſq; ad extremos ſe extenderit terræ fines, Pſal. 2. 8. *Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeßionem tuam terminos terræ*. Ioan. 4. 21. *Venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Hieroſolymis adorabitis Patrem.*

Differentia veteris & noui teſtamenti.

Conuenientia Noui & veteris Teſtamenti in auctore Deo.

In multis tamen hæc duo Teſtamenta conueniunt: Primò in cauſa efficiente, nempe Deo & ſpiritu diuino, qui vtriuſq; eſt auctor, vtriuſq; conditor, & ab eodem *Scriba velociter ſcribente*, Pſal. 44. 2. *vtrumque dictatum, vtrumque ore Domini nominatum*: 2. Corint. 4. 13. *Habentes eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt: Credidi propter quod locutus ſum, & nos credimus, propter quod & loquimur*. Vnde D. Aug. Orat. contra Iud. cap. 7. *Sicut enim lex illa, quæ proceßit de monte Sina, quinquageſimo die poſt celebratum Paſcha, conſcripta eſt digito Dei, quo ſignificatur Spiritus Sanctus. Ita lex iſta quæ proceßit de Sion & Ieruſalem, nõ in tabulis lapideis, ſed in Tabulis cordis SS. Euangeliſtarum, ſcripta eſt per Spiritum San. L. die poſt verum Paſcha Paßionis & Reſurrectionis Domini Chriſti*. Item de Cõſenſ. Euang. l. 1. c. 1. *Inter omnes Diuinas auctoritates, quæ Sanctis literis cõtinentur, Euangelium merito excellit: quod enim lex & Prophetæ futurũ prænunciauerũt, hoc redditũ, atque completũ in Euangelio demonſtratur, cuius primi prædicatores Apoſtoli fuerunt*. Vbi D. Aug. ſupponit omnes S. Script. libros, vnum, videlicet Deum, habere Auctorem, qui vnus eſt.

Vetus & nouum Teſtam conueniunt in fine, ſeu Chriſto.

Secundo conueniunt, in cauſa finali, vtriuſque enim Teſtamenti finis eſt Chriſtus, & in eo quidem, ſupra omnes Script. Pſalmi Chriſtũ præcinunt celebrantque. Rom. 10. 4. *Finis enim legis Chriſtus, ad iuſtitiam omni credenti*, & Galat. 3. 24. *Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto.* velut enim manu, duxit nos ad Chriſtum, quia lex vetus ordinabatur ad ipſum ſicut imperfectum ad perfectum. Quamobrem Rabbi Salo. & plures Doctores Hebræi, dicunt, *Vniuerſos Prophetas non eſſe locutos niſi ad dies Meßiæ*, id eſt, (ſecundùm expoſitionem

Rabbi Salomon.

nem Gloſſ.in cap.10.ad Rom.) propter Chriſti tempus finaliter ; & ideo iuſtitia quæ facit dignum vita æterna, non erat in lege quæ fuit imperfecta, ſed eſt ex fide Chriſti cui perfectio debetur, & hoc eſt quod dicit Paulus, *finis enim legis, videlicet Moyſaicæ, Chriſtus*, ſcilicet eſt, quia ad ipſum ordinabatur, vt antè dictum eſt.

4 Rurſum vtriuſque pariter Teſtamenti finis eſt plenitudo dilectionis, Rom. 13. 10. *Plenitudo ergo legis, eſt dilectio.* Quod optime docet D. Aug. de perfection. Iuſtorum contra Cæleſtium, reſponſ. 11. *Multa ſunt in Script. Sanctis diuina præcepta, quæ omnia commemorare nimis operoſum eſt. Sed Dominus qui verbum conſummans, & breuians fecit ſuper terram, in duobus præceptis dixit legem prophetaſq; pendere ; vt intelligeremus, quicquid aliud diuinitus præceptum eſt, in his duobus habere finem & ad hæc duo eſſe referendum; diliges Dominũ Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua ; & diliges proximum tuum tanquã teipſum, in his*, inquit, *duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Quicquid ergo Dei lege prohibemur, & quicquid iubemur facere, ad hoc prohibemur & iubemur, vt duo iſta compleamus.* Hactenus Aug.

Finis vtriuſque Teſtamenti eſt Charitas.

5 3. D. Chryſoſt. in cap. 1. Eſai. notat veteris Teſtamenti Prophetis, qui à Deo accepta oracula in alios tranſmiſerant, morem in vniuerſo fuiſſe, primo loco ea conſtituere, quæ fidẽ ipſorum dictis conciliarent, vtputà, viſionem, auditionem, & ſimilia, ne quid videlicet ſuopte viderentur ingenio loqui, ſed quæcunque prophetando eructarent, Diuina quædam oracula ac litteras de cælo allatas ſapere & eſſe. Eſai. 1. 1. *Viſio Eſaiæ filij Amos quam vidit ſuper Iudam,*

Vtrumque Teſtam. conuenit in exordijs.

abA-

ponit Anſelmus de ſimilitudin. mundi. *A dextris erunt peccata excuſantia, à ſiniſtris infinita dæmonia, ſubtus horrendum chaos inferni, deſuper iudex iratus, foris mundus ardens, intus conſcientia vrens. Ibi vix iuſtus ſaluabitur. Heu miſer peccator! Sic deprehenſus quò fugies? Latere enim erit impoſſibile, apparere intolerabile.* vide infra.

D. Iudæ monet Apoſtolorum inſiſtendum eſſe doctrinæ.

10. *Vtilitas particularis*: Salubre dat conſilium euadendi Pſeudoapoſtolorū impoſturas & corruptiſſ. hæreticorum mores, ſi quæ Sancti Apoſtoli Domini noſtri Ieſu Chriſti docuerunt, indefeſſe ob oculos habuerimus, atque adeo nouiſſima tempora ab iiſdem prædicta, maturius contemplati fuerimus verſ. 17. *Vos autem Chariſſimi memores eſtote verborum, quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti qui dicebant vobis.* Cui itidem D. Leonis reſpondet conſilium, quod habetur diſt. 11. cap. *hoc veſtræ. Hoc veſtræ* (ait) *indicimus charitati, vt ab Apoſtolicis inſtitutis nullo vlterius recedatis exceſſu, quia multum poſthac eſſe non poterit, ſi quiſquam Apoſtolicas regulas, in aliquo crediderit eſſe negligendas.* Quo dogmate, fideli Pop. hoc præſertim tempore, nihil puto efficacius, ac captui vulgi accommodatius poſſe inculcari & ex cathedra proponi, videlicet ſi Apoſtolorum atque Apoſtolicorum virorum ſcriptis, traditionibus, vitæque & fidei eorum veſtigiis inſtiterit, iuxta tritam illam ſapientiorum & plebis maximam: *Antiquiſſimum quodque veriſſimum.* 70

Maxima.

D. Iudæ mores ſolide informat.

11. *Vtilitas particularis*: Mores ſolide informat, requirens præter iacta fidei Chriſtianæ fundamenta bonorum operum ædificium, & viuæ fidei moralem expreſſionem, nec ſolum in ordine 71

ne ad nos, verumetiam ad proximum, per oportunam, importunam correptionem, ſaluando, arguendo, miſerendo. verſ. 20. *Vos autem Chariſſimi ſuperædificantes vosmetipſos ſanctiſsimæ noſtræ fidei in Spiritu S. orantes, voſmetipſos in dilectione Dei ſeruate.* 22. *Et hos quidem arguite iudicatos.* 23. *Illos vero ſaluate de igne rapientes. Alijs autem miſeremini in timore odientes & eam quæ carnalis eſt, maculatam tunicam.* Merito enim à Domino increpantur, qui Chriſtum verbis & fide duntaxat confitentur, ſed factis negant. Quare non ſufficit credere & buccis crepitantibus ventilare Chriſti redemptionem, ſidei & Libertatis Euangelicæ acquiſitionem; requiritur enim vt vitam Chriſto dignam geramus, fidem noſtris operibus bonis coram hominibus accendendo, & proximis auxilium præſtando. Hinc Bern. in Cant. ſermo. 24. *Mors fidei eſt ſeparatio charitatis. Credis in Chriſtum? fac Chriſti opera, vt viuat Fides tua. fidem tuam dilectio animet, actio probet. Non incuruet terrenum opus, quem fides cæleſtium erigit.* Plura in hanc rem vide apud Hoſium in Cōfeſſ. Cathol. fidei Chriſtian. c. 64. *Mors fidei eſt ſeparatio Charitatis.*

72 12 *Vtilitas particularis*: Monſtrat quomodo proximo pacem, miſericordiam & charitatem; Deo vero Opt. Max. gloriam, magnificentiam, imperium & poteſtatem apprecari, & vt adimpleantur, inſtare debeamus, verſ. 2. *Miſericordia vobis & Charitas adimpleatur.* 25. *Soli Deo Saluatori noſtro per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, gloria & magnificentia, Imperium & poteſtas ante omne ſeculum, & nunc & in omnia ſæcula ſæculorum Amen.* *D Iudas tangit Catholicum apprecandi morem.*

73 Quantum ad priorem partem attinet, huiuſmodi ſalutationis Apoſtolicæ formulas, vti charitati *Apoſtolica formula ſalutandi.*

ritati & fidei conſentaneas, pluribus alijs locis habemus, Matth. 10.12. *Intrantes autem in domum, ſalutate eam dicentes: Pax huic domui.* Item Luc. 10. Rom. 16.1. Corinth. 16. 2. Corinth. 13.1. Petri 5. Sic Chriſtus ſalutauit diſcipulos Matth. 28. Luc. 24. Angelus Mariam, Luc. 1. Maria Eliſabethã, ibid. Paulus Eccleſiã Cæſareenſem, Act. 18. Paulus fratres, Act. 21. atque alijs pluribus locis, comes huiuſmodi & humanas ſalutationes velut Officia Chriſtiana, eſt inuenire. Quod autem Luc. 10. 4. Diſcipulis dicitur: *Neminem per viam ſalutaueritis.* Non prohibetur per hoc officium humanitatis Chriſtianæ, ſed locutione hyperbolica Hebræorum, præcipitur eis, vt celeriter, nullaque prorſus interpoſita mora, ſuam obeãt miſſionem. Sicut 4. Reg. 4. 29. dicitur, Giezi: *Accinge lumbos tuos & tolle baculum meum in manu tua & vade, Si occurrerit tibi homo, non ſalutes eum, & ſi ſalutauerit te quiſpiam, non reſpondeas illi, & pones baculum meum ſuper faciem pueri.* vbi hoc præcipue agitur, vt non patiatur ſe impediri rebus non neceſſarijs. Nonnulli verò Synecdochen interpretantur, vt ſit ſpecies pro genere poſita, ſalutatio videlicet pro collocutione. q. d. Cum nemine, ô diſcipuli mei, colloquimini, quod ſit vobis in moram, eſtque idem fere cum præcedente.

Quomodo intelligendũ: Neminẽ per viam ſalutaueritis.

Quod ad poſter. attinet, vbi *Soli Deo Saluatori gloria & magnificentia defertur*, concludunt Brentiani atque alij moderni hæretici, impiè facere Pontificios, qui contra Dei verbum ita clarum, Deo debitum cultum, in homines & Angelos cum Deo regnantes transferunt. Quibus id reſponſi ſeruiet loco pro nunc (poſtea latiùs) alibi ſcri- 74

Quomodo ſoli Deo danda gloria, nõ reclamet cultui Sanctorum.

ſcriptum eſſe, *Gloria & honor omni operanti bonum, Iudæo primùm & Græco; non enim eſt perſonarum acceptio apud Deum.* Rom. 2. 10. & 11. Item Gen. 33. Iud. 10. &c. Abraham, Loth & Ioſue Angelos adorãt. Iacob ſepties ſibi obuiantem fratrem, Moyſes Ietro ſocerum ſuum, Iudith Holofernem in conopæo ſedentem, Nabuchodonoſor Danielem, Cornelius vir iuſtus & religioſus Petrum, ad eius genua prouolutus adorauit. Quæro iam à vobis ô Nouatores, audebitiſne hos ſanctos viros, immo quoſdam Patriarchas ac prophetas idololatriæ inſimulare? Audebitiſne Paulum Iudæ contrarium affirmare? videtis ergo, videtis, non de verbo Dei, non de Scriptura inter nos controuerti; verùm de eius, quod Dei digito ſcriptũ eſt, genuino ſenſu, & ſana interpretatione. Abſit quæſo à vobis opinio ſcientiæ quæ inflat, adſit charitas quæ ædificat, non deerit nobis ſicut aliarum, ſic & harum ſcripturarum prima fronte pugnantium ſanus intellectus.

Abraham, Loth, Ioſue Angelos adorant.

75 Dico ergo Pontificios latriæ cultum ac gloriã Deo ſoli cum Scriptura tribuere, licet alium, inferioris tamen ordinis, & douliæ vocitatum, honorem, aſcribant Superis regnantibus in ſecula. De quibus fuſiorem quæſtion. inſtituemus v. 25. in fine.

Latria ſolus Deus, Doulia etiam SS honorantur.

QVÆSTIO V. PROOEMIAL.

Quot ſunt Partes huius Epiſtolæ.

NIcolaus de Lyra præſentem epiſtol. in tres ſecat partes, ſalutationem, proſecutionē & concluſionē. Hugo Cardinalis, in ſex: cũ quo *Dico: in prima* poni ſalutationem; ſicut D. Paulus, Petrus, Iacobus, & Ioannes Apoſtoli, primo eos ad quos ſcribebant, Chriſtiana ſalute impertiebant, verſ. 1. & 2. *Iudas Ieſu Chriſti ſeruus*, &c. *his qui ſunt in Deo Patre dilectis*, &c. *Miſericordia vobis & pax & caritas adimpleatur.* 1

Sex ſunt huius Epiſt. partes.

2. *Parte allegat ſuæ* ſcriptionis duplicem cauſam, videlicet curam paſtoralem & neceſſitatē. 2
3. *Chariſſimi omnem ſollicitudinem faciens ſcribendi vobis de cõmuni veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis*, &c. vt videlicet in orthodoxa, ſemelque accepta fide Apoſtolica permaneatis, quaſi dicat, Non ſufficit vos ſemel crediſiſſe, niſi in eadem fide, & vocatione perſiſtatis; impliciteque monet, vt hæreticos, qui ſub tegumento ſanctitatis, latenter, furtiue & à nullo miſſi ſubintroiêrunt, caute deuitent, iuxta illud D. Pauli ad Titũ 3. 10. *Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt*. Sicut enim camelopardus, collo refert equum, pedibus & cruribus bouem, capite camelum, maculis tigrim vel pardum: ita hæretici ſibi per omnia inæquales, varias animalium exprimunt formas. Si cultũ inſpicias, ſanctũ aliquẽ exiſtimes: ſi orationem audias, ouiculam aut agnum balare putes; ſi vitam expendas, nebulonem & ſcurram inue-

In orthodoxa fide manendum.

Hæreticus comparatur Camelopardo.

nies;

nies: ſi ſcripta, Sphyngem fraudulentum.

3. *Parte vt* fideles in fide confirmet, ac reuocet eos qui ſeducti crediderunt malignis & impijs impoſtoribus, oſtendit quanta ſit eius quem iſti negant filiũ Dei, magnitudo & potentia, quã habet, in ſaluando bonos & damnando malos, in ſua vocatione non permanentes, Iſraelitas, Angelos, & Sodomæos, verſ. 5. *Commonere autem vos volo, ſcientes ſemel omnia, quoniam Ieſus Pop. de terra Ægypti ſaluans, ſecundò eos qui non crediderunt, perdidit: Angelos vero, qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in iudicium magni diei, vinculis æternis ſub caligine reſeruauit. Sicut Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ, & abeuntes poſt carnem alteram, facta ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes.* *Potentia filij Dei in ſaluando bonos & damnando malos, oſtenditur à D. Iuda.*

4. *Parte docet non* debere eos imitari, qui Ieſum Chriſtum negant, propter diuerſa illorum peccata, quæ enumerat verſ. 8. *Similiter & hi carnem quidem maculant, &c.* Item. 10. *Quæcunque quidem ignorant, blaſphemant.* Item 11. *Væ illis qui in via Cain abierunt, &c.* Et 12. *Hi ſunt in epulis ſuis maculæ.* Et 16. *Hi ſunt murmuratores.* Et 19. *Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, &c.* Quæ omnia ſunt euidentiſſimæ notæ hęreticorum. Partim quia Apoſtoli hoc prohibuerunt. 17. *Vos autem chariſsimi memores eſtote verborum quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dicebant vobis, &c.*

5 *Quarta pars eſt exacta* morum Chriſtianorum Parænéſis. 20. *Vos autem chariſſimi ſuperædificantes vos ſanctiſſimæ noſtræ fidei, in Spiritu S. orantes, voſmetipſos in dilectione Dei ſeruate:* vbi fideles monet, ſuppoſita velut fũdamẽto, fide Chriſtiana, bonorũ operũ

præceptorum vel conſiliorũ imponere molẽ. Alias Iacobi 2. 26. *fides ſine operibus, mortua eſt.*

6 *Parte monet*, vt in omnibus Deo gratias agãt, & eius gloriam quærant. 24. *Ei autem qui potens eſt vos conſeruare ſine peccato, &c. gloria &c.* 6

Habet denique Epiſt. hæc vnicum Caput, (licet Oecumen. tria ponat): verſus vero 25. quos in certas ſectiones plerumque diſtribuemus, & pro maiori lectoris commoditate, eorum numeros margini aſcribemus.

Auctor ſe ſubmittit iudicio Eccleſ. Romanæ.

Ante omnia autem quæcunq. dicturi ſumus, in ſolidum Rom. Eccleſiæ, ſubiecta ſunto, cum D.P.N. Auguſtino Tom. 7. contr. 2. Epiſtol. Pelag. l. 1. cap. 1. vbi Bonifa. Rom. Pontifici ſcribẽs, *Hæc ergo* (ait) *quæ iſtis, vt dixi, duabus epiſtolis illorum, iſta diſputatione reſpondeo, ad tuam potiſſimum dirigere ſanctitatem, non tam diſcenda, quàm examinanda, & vbi forſan aliquid diſplicuerit, emendanda, conſtitui.* Reſtat iam, vt poſt multas indagines, laxemus carbaſa vento, & Diuinum Eccleſiaſten noſtrum Iudam loquentem introducamus. 7

Exege-

Exegeſis Epiſt. D. Iudæ Apoſtoli Theologica, Catholica, Moralis.

Verſ. 1. Iudas Ieſu Chriſti ſeruus, frater autem Iacobi : his qui ſunt in Deo Patre dilectis & Chriſto Ieſu conſeruatis & vocatis.

SECTIO PRIMA.

Iudas Ieſu Chriſti ſeruus.

TEſtamentum vetus licet multum diſcrepet à nouo, vtputa primo, forma & modo, ad Galat. 4. 3. *Cum eſſemus paruuli, ſub elementis mundi eramus, ſeruientes*; 2. efficacia Iuſtitiæ, Ioan. 1. 17. *Lex per Moyſen data eſt*; *gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*; quod magis hac ſententiola, de gratia Chriſt. cap. 13. explicat D. Aug. *Lex ergo data eſt, vt gratia quæreretur, gratia data eſt, vt lex impleretur*: 3. vniuerſitate ac firmitate, quum vetus Teſtamentum ad paucos duntaxat ex ſtirpe Iſraelitica oriundos, nouum verò, vſq; ad extremos ſe extenderit terræ fines, Pſal. 2. 8. *Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Ioan. 4. 21. *Venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Hieroſolymis adorabitis Patrem.*

Differentia veteris & noui teſtamenti.

nem Gloſſ.in cap.10.ad Rom.) propter Chriſti tempus finaliter ; & ideo iuſtitia quæ facit dignum vita æterna, non erat in lege quæ fuit imperfecta, ſed eſt ex fide Chriſti cui perfectio debetur, & hoc eſt quod dicit Paulus, *finis enim legis, videlicet Moyſaicæ, Chriſtus*, ſcilicet eſt, quia ad ipſum ordinabatur, vt antè dictum eſt.

4 Rurſum vtriuſque pariter Teſtamenti finis eſt plenitudo dilectionis, Rom. 13. 10. *Plenitudo ergo legis, eſt dilectio.* Quod optime docet D. Aug. de perfection. Iuſtorum contra Cæleſtium, reſponſ. 11. *Multa ſunt in Script. Sanctis diuina præcepta, quæ omnia commemorare nimis operoſum eſt. Sed Dominus qui verbum conſummans, & breuians fecit ſuper terram, in duobus præceptis dixit legem prophetaſq; pendere ; vt intelligeremus, quicquid aliud diuinitus præceptum eſt, in his duobus habere finem & ad hæc duo eſſe referendum; diliges Dominũ Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua ; & diliges proximum tuum tanquã teipſum, in his*, inquit, *duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Quicquid ergo Dei lege prohibemur, & quicquid iubemur facere, ad hoc prohibemur & iubemur, vt duo iſta compleamus.* Hactenus Aug.

Finis vtriuſque Teſtamenti eſt Charitas.

5 3. D. Chryſoſt. in cap. 1. Eſai. notat veteris Teſtamenti Prophetis, qui à Deo accepta oracula in alios tranſmiſerant, morem in vniuerſo fuiſſe, primo loco ea conſtituere, quæ fidē ipſorum dictis conciliarent, vtputà, viſionem, auditionem, & ſimilia, ne quid videlicet ſuopte viderentur ingenio loqui, ſed quæcunque prophetando eructarent, Diuina quædam oracula ac litteras de cælo allatas ſapere & eſſe. Eſai. 1. 1. *Viſio Eſaiæ filij Amos quam vidit ſuper Iudam,*

Vtrumque Teſtam. conuenit in exordijs.

Abacuch 3. 2. *Domine audiui auditionem tuam & timui.* Sic Apoſtoli, ſic Iudas noſter eodem ſpiritu excitatus diuinitus, ad Chriſti gloriã, ob proximi & Dei caritatem, hanc cæleſtem exarans Epiſtolam, atque in ſua epigraphe, lectorũ animos & fidem conciliaturus, perſonam ſuam, officiũ & Apoſtolatus diuinam legationem ante omnia proponit dicens: *Iudas Ieſu Chriſti ſeruus.*

Iudas.

Pulchrum nomen, quod ſignificat confeſſionem, vt ait Clemens Conſtitut. Apoſtol. l. 2. c. 64. loquens enim de ijs qui fruſtra Iudæi nominantur, etiamſi ad Synagogam conueniant, *Ipſius,* inquit, *nominis, quo appellantur, vim proprietatemq; amiſerunt: Iudas enim confeſſio eſt, ij autem non ſunt confitentes Deo, cum Chriſti paſſionem per ſcelus effecerint,* &c. Quomodo autem Chriſti fidem ac gloriam, ſanguinis ſui effuſione Iudas ſit confeſſus, & proximi caritatem velut Martyrij arrabone conſignârit, vide ſup. quæſt. 1. Proœmiali, dicto 2. num. 20. 6

D. Iudas comparatur Chryſopraſo.

Vnde non immerito ab Eccleſiæ doctoribus intelligitur per decimum fundamentum ciuitatis Ieruſalem Apocalyp. 21. 20. quod eſt lapis Chryſopraſus, qui quum ſit duplex, Aethiopicus vnus, Indicus alter; vtriuſque certè proprietates ei optime conueniunt. Quod ad Indicum attinet, ſi Plinio lib. 37. cap. 8. credimus, is colore viridis, porri ſuccum refert, aureis guttulis interuenientibus diſcriminatus, vti vel ex ipſo nomine pateſcit, deducta Etymologia à χρυσὸς, quod Aurũ, & πράσον, quod porrum ſignificat. Notatur autem 7

Indicus Chryſopraſus.

autem eius eximia fides & caritas. Quod ad Aethiopicum, Petrus Berchorius Reductor. Moral. lib. 10. cap. 58. eum aſſerit à luce celari, verũ ab obſcuritate prodi, interdiu enim aureum, de nocte vero igneum colorem referre. *Æthiopicus Chryſopraſus.*

Non ſecus Iudas, in manifeſto, publico & mũdano honorum ac donorum (quæ obtulit Abgarus Princeps) circo, ſe occultauit, ſuamq. virtutem per humilitatem celauit: intempeſta verò nocte, id eſt, in occulto, ruborem ſuum, hoc eſt, caritatis ardorẽ per bona opera declarauit, pro gregis ſibi cõmiſſi ſalute deprecando, baptizando, ab idololatria reuocando, ſacrificando, docendo, atque Apoſtolicæ legationis obſequia, quæcumque demum ad Perſarum ſuorum profectum neceſſaria atque expedientia iudicabantur, vſque ad mortem ſtrenue cum D. Simone, impertiendo.

Quot autem habuerit nomina, vide ſup. quæſt. 1. Procemial. dict. 2. num. 4. vbi diximus Trinomium fuiſſe, licet Claudius Guilliaudus Bellijocenſis hic, eum quadrinomium affirmet.

Ieſu Chriſti ſeruus.

3 Q. D. non erubeſco Euangelium, miniſteriũ, nomẽ magiſtri mei Ieſu Chriſti, coram perfidis & infidelibus, cùm Iudæis tum paganis. *Seruum autem ſe eſſe Dei* manifeſtat, adeo vt quæcumque nunc agit & denũciat, non ſua ſponte agat, ſed Dei mandato & Spiritus diuini cæleſti impulſu: ſciebat enim *non omnibus ſpiritibus credendum, ſed probandos ſi ex Deo ſint*, 1. Ioan. 4. 1. In quem finẽ etiam *Iudas miſſionem ſuam inſinuat eſſe diuinam.*

ſe

ſe ominat, fratrem Iacobi, videlicet Minoris & primi Ieroſolymorum Epiſcopi. q. d. Non diſcordat à Iacobo Apoſtolo hęc mea prædicatio & doctrina. Secus eſt de hæreticis & Pſeudoapoſtolis, qui non mittuntur legitime à Deo, aut aliquo Dei vicem gerente, tanquam veri paſtores & Apoſtolici præcones, ſed vt clanculũ ſubintroeuntes, atque à nemine legitime vocante miſſi, at ſeipſos intrudẽtes, fures atque latrones. Matth. 7. 15. *Veniunt ad vos*, de quo latiùs infra verſ. 4. *Subintroierunt enim quidam homines.*

Hæretici à Deo non mittuntur.

Hæretici ſũt fures & latrones.

DOGMA PRIMVM.

Non debere fideles pudere ſuæ profeſſionis Chriſtianæ, maximè coram Ethnicis & Hæreticis.

SCiendum mundanos Reges, Principes, Legatos, gentes &c. in literarum frontiſpicio, nomina ſua propria, tituloſque honorum, dignitatũ, officiorum &c. diſertis verbis commemorare ſolere. 1. Machab. 12. 6. *Ionathas ſummus Sacerdos &c. Spartiatis fratribus ſalutẽ.* Sic apud Guilhelmum Malmeſburienſem de geſtis Regum Angl. l. 2. c. 11. *Cnuto Rex totius Angliæ & Danamarchiæ & Noruegiæ & partis Suauonum, Ailnoto Metropolitano &c. ſalutem.* Sic Imperator in diplomat. *Carolus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Rex Germaniæ, Caſtellæ, &c.* Sic legati in Reſcript. *Adalbertus Sanctæ Rom. & Apoſtolicæ Sedis Legatus, nec non & vniuerſarum Septentrionalium Archiepiſcopus, Hamburgenſis quo-*

quoque prouiſor indignus, VVillelmo Roſcilden. Epiſcopo ſa-lutem, &c.

Ad eundem fere modum Thaddæus velut legatus, non minore amore ac zelo, Magiſtrum ac Dominum ſuum Ieſum ſe complecti conteſtaturus, eiuſdem miniſtrum ac ſeruum aperte ac primo loco, contra Iudæorum & Gentilium inſultus, ſeſe appellat.

D. Iudas tanquam legatus Christi, ſeruum eius ſe appellat.

10 Docendus propterea Pop. Catholicus, vt in negotio Cōfeſſionis fidei Catholicę (quā Cal. in Inſtit. eiuſque ſequaces, Papiſticam odioſe perſtringūt) vel in defenſione Iuſtitiæ, nōdiſſimulet, non pudeat Chriſtiani, Catholici, Pontificij, Papiſtici, deuotarij vel religioſi; cognomēti, ſufficiente interim nobis cōſcientia noſtra, quicquid demum obſtrepat mundus, cuiſimul & Deo placere nequimus. Docet hoc Saluator Luc. 9. 26. *Nam qui me erubuerit & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet cum venerit in Maieſtate ſua, & Patris & Sanctorum Angelorum.* Item Paulus 2. ad Timoth. 2. 12. *Si negauerimus, & ille negabit nos.* Dauidem Iſraeliticæ Gentis Regē à Deo deſtinatum, non puduit tamen nomenclaturæ ſeruilis, Pſal. 115. 16. *O Domine quia ego ſeruus tuus, ego ſeruus tuus & filius ancillæ tuæ.* Pſal. 131. 20 *Propter Dauid ſeruum tuum.* In hoc Paulus gloriatur Rom. 1. 16. *Non enim erubeſco Euangelium.* Galat. 6. 14, *Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti,* id eſt, in doctrina & imitatione Chriſti crucifixi. 2. ad Timoth. 1. 8. *Noli erubeſcere teſtimonium Domini noſtri, neque me vinctum eius* 1. Petri 4. 15. *Nemo autem veſtrum patiatur vt homicida, aut fur, &c. ſi autem vt Chriſtianus, non erubeſcat.*

Non debet Catholicū pudere ſua Profeſſionis fidei.

11 Chriſtiani certe in primitiua Eccleſia gloriaban-

Chriſtiani olim gloriabantur in nomine Chriſti.

bantur in ipſo nomine Chriſti paſſioneque &
contumelia pro eodem ſuſcepta. Hæc eorum e-
rat veſtis palmis decorata, hic currus Trium-
phalis, inquit Tertul. in Apolog. & ad Scapulam.
Hoc in cruciatuum intolerabilium laniena, fo-
mentum, hoc in perſecutione leuamen. Refert
Euſeb. l. 5. cap. 1. Blandinam inexplicabilibus ex-
ercitam tormentis ſub M. Aurel. Imperatore;
verùm in ipſa fidei confeſſione nouas cælitus vi-
res ex prolatione illorum verborum: *Chriſtiana*
ſum, & nihil apud nos admittitur ſceleris, collegiſſe, ita
vt ei dolorum quibus premebatur, fuerit leua-
men, cruciatus fomentum, & cuiuſque moleſtiæ
depulſatio. Quod eodem loco ſancto Diacono
Attalo, genere Pergameno & D. Blandinæ in
martyrio ſocio, aſcribit Euſebius. Quum enim
tortores acerrimis inſtarent ſuppliciis, ſperan-
tes eum præ impatientia, in verba aliqua inde- 12
cora, profeſſioniq; Chriſtianæ diſſentanea pro-
rupturum, iamque ſæpiùs cùm ſuum, tum gen-
tis, tum ciuitatis nomen; tum conditionem ſer-
uilem, an liberam ſuſtineret, edicere cogeretur:
aliam reſponſi ſatisfactionem, præter hanc eli-
cere non potuerunt; *Chriſtianus ſum.* vnde quum
per Amphitheatrum circumduceretur, ei tabu-
la, cum hac verborũ inſcriptione; *HIC EST*
ATTALVS CHRISTIANVS, prælata fuit.
Tandem quum ferreæ cathedræ candenti im-
poſitus, vſque ad nidoris & fumi iugem ambu-
reretur euaporationem, non hæc eum ita torſit
pœna, nõ *Nominis Chriſtiani*, (in quo gloriabatur)
inuidioſa inſultatio, quàm falſò à Gentilibus,
eſus carnis humanæ, ſibi & ſuis impacta calu-
mnia,

D. Blandina pronunciatione nominis Chriſtiani nouas cælitus accipit vires.

D. Attalus in tormentis intonat: Chriſtianus ſum.

mnia, idque ratione perperam intellecti SS. corporis & Sang. Domini, Euchariſtici Sacramenti. vnde contra ſe perſonantem Pop. his verbis affatur: *Ecce, ecce, hoc quod vos praſtatis, eſt homines vorare nos quidem neque voramus homines, nec aliud quicquam ſceleris patramus.*

D. Attali confeſſio.

3 Huc ſpectat infinitorum aliorum Chriſtianorum Martyrum generoſus ardor, qui cæleſti Spiritus Sancti impulſu vltronee in Theatrum, pretioſo Chriſti Confeſſorũ ſanguine conſperſum, velut in palæſtram atque æternæ ſalutis arenam proſilientes, tyrannorum increpata veſania, ſe Chriſtianos & Ieſu ſectatores eſſe, eodem quo illi Religionis ac fidei vinculo ligari, intrepida voce profitebantur. Certè Caij Papæ Acta teſtantur, S. Felicem Rom. Eccleſiæ Preſbyterum, quum ſub Maximiano & Diocletiano Imperatoribus, ad locum ſupplicij, ſecuri feriendus, duceretur, in via certum Chriſtianum obuium habuiſſe, qui Felicem agnoſcens; *Ego eadem qua ille*, inquit, *lege viuo, ego eundem Ieſum Chriſtum colo.* Proinde Felicem exoſculatus, eodem martyrio conſummatur; ſed cuius nomen quum Chriſtianis incognitum eſſet, *Adaucti* appellatione ab ijs inſignitur, quòd S. Martyri Felici, auctus ſit ad coronam. vide Surium 30 Auguſti. Accedit B. Agatha quæ à Quintiano Siciliæ Prætore, num puderet nobili genere natam, humilem & ſeruilem Chriſtianorum ducere vitam, interpellata, *multo*, ait, *praſtantior eſt Chriſtiana humilitas ac ſeruitus, Regum opibus ac ſuperbia.*

S. Adanctus Ieſũ Chriſt. confitetur.

S. Agatha confitetur Chriſtianã humilitatẽ.

Nec vero indecorum quid ſonat Chriſtianũ 14 ac Papiſticum nomen; illud quidem à Chriſto,

Chriſtus vnde.

πάπα, vel πάππας,

Chriſtus vero à Chriſmate ſeu Hypoſtaticę vnionis vnctione, denominatur; hoc vero Græcũ eſt nomen, πάπα vel πάππας, ſignificans Patrẽ, qualis fuit Chriſtus vti & Petrus; vnde Papiſticos, Summum Patrem, ſiue Patrem patrũ dixeris venerantes. In quo quid abſurdi? Longè ſane enormioribus olim Gentiles Chriſtianos nominibus perſtrinxerunt. Quidam enim eos vocârũt Biothanatos, quaſi dicas, violentę mortis ſententiæ obnoxios apud Tertullianum de Anima cap. 57. Valentiniani eos vocabant Simplices, apud eundem aduerſus Valentinianos capp. 2. & 3. Quidam publicæ pacis & priuatæ perturbatores. Quidam hoſtes Imperatoris, apud eundem in Apologet. & ad Scap. Quidam Sibylliſtas, apud Orig. contra Celſ. l. 5. Porphyrius & Iulianus Apoſtata, Galilæos, alij deniq; Nazaræos appellabant. E quibus ea quæ Chriſti ſequelam & diſcipulatum connotabant, cum gloria admittebant; quæ verò ſcelerati criminis reatum inuoluebant, ab ijs ſtrenue innocentiam ſuam purgabant.

Cognomina peſſima Chriſtianis dabant gentiles.

Chriſtianus non debet in fidei ſuæ profeſſione deficere.

Pudeat ergo Chriſtianum ſiue negando, ſiue 15
non confitendo, ſiue verbis, ſiue ſilentio, ſiue ſignis, ſiue factis, ſiue eorundem omiſſione (de quibus infrà verſ. 3. ſectio. 3.) in fidei ſuæ profeſſione deficere, cum nimium perterrito Petro; tum maxime, quando tacendo vel ambiguè reſpondendo, probabiliter exiſtimaretur non eſſe Catholicus vel Chriſtianus, in ordine ad fidem; tum enim tenetur aperte profiteri, ſiue rogetur à priuato, ſiue iudice vel tyranno. Pudeat Sacerdotem ſui ſtatus, pudeat Prælatum ſuæ Infulæ,

pudeat

pudeat Religioſum ſui habitus, pudeat Clericum ſuæ tonſuræ; pudeat Romanæ Eccleſiæ filium, coram Geuſicolis & hæreticis, Papiſticæ Religionis, apoſtaticè pudere.

Nec vero Lutheranos, Lutheri; nec Caluinianos, Caluini; nec Mennoniſtas, Mennonis; nec Svvenckfeldianos, Svvenckfeldij, nec Stancarianos Stancari, alióſue hæreticos, ſuorum fere pudet nomenclaturæ Manipularium, quum tamen eadem nomina, vti ſunt Eccleſiaſticę communionis expertia, ita vnica Schiſmaticorum Conuenticulorum, ſeu potius vnius Antichriſtianæ Synagogæ euidentiſſima ſymbola. Vnde D. Hiero. contra Luciferianos, *Sicubi audieris eos qui dicũtur Chriſtiani, nõ à Domino Ieſu Chriſto, ſed à quoquo alio nuncupari, vt Marcionitas, Valentinianos; ſcito nõ Eccleſiam Chriſti, ſed Antichriſti eſſe Synagogã.* Et Lact. l. 4. c. 30 *Cùm Marcionitæ aut. Ariani nominantur, Chriſtiani eſſe deſierunt, qui Chriſti nomine amiſſo, humana & externa vocabula induerunt.* Plura vide apud Thomã Boſium l. 3. de notis & ſignis Eccleſiæ c. 10.

Hæreticos fere non pudet ſuorum Manipularium.

Particularia nomina ſunt ſigna Antichriſtianæ Synagoga.

17 Vbi nomen Chriſtianum docet prædictũ ab Eſai. cap. 62. 2. alloquente his verbis vltimorum temporum Eccleſiam: *vocabitur tibi nomen nouum quod os Domini nominauit.* Denunciat enim noui teſtamenti filios Meſſiæ nomen daturos, vocabulo cælitus inſigniendos; vt ſicut olim ſerui manumiſſi, à ſuis Patronis, v. g. Tullio, Tulliani denominabantur; ſic Chriſtianos peccati & Diaboli iugo exemptos, à Chriſto Chriſtianos ſciãt appellandos nomine prorſus Diuino: Chriſtus enim eſt Deus, & illud *os Domini nominauit.* hactenus de nominis Chriſtiani profeſſione.

Nomẽ Chriſtianum prædictum ab Eſaia.

DOGMA II.

Efficacem eſſe nominis Ieſu Chriſti vſurpationem.

Terræmotus Ciuit. Antiochenæ ſedatur nominis Chriſti inſcriptione

EFficaciſſimã, vtiliſſimã, atq. olim in primitiua Eccleſia celeberrimam fuiſſe dulciſſimi nominis Ieſu Chriſti vſurpationem, patet, quũ in omni pene operum ſuorum procinctu, epiſtolarum frontiſpicio, & plagæ Diuinæ ſubitanea immiſſione, illud ponere, ſcribere atque inuocare veteres ſoleant. 1. Refert Nicephorus hiſtor. l. 17. c. 3. Antiochenam ciuitatem horrẽdis terræmotibus trepidaſſe, vnde Pop. priorum malorum recente adhuc memoria conſternatus, ad Diuinum patrocinium accurrit. Quid factum? Ciuium vnuſquiſque Sanctũ CHRISTI nomen, proprijs ædibus deforis inſcribit, & ecce miro Diuinę clementiæ ordine, ceſſat Terręmotus; quum prius hæc verba: CHRISTVS NOBISCVM, STATE, foribus inſcribi, Religioſi viri cuiuſdam oraculo, Deus præcepiſſet. Ita Nicephorus. 18

Labarum Imperat. Chriſti nomine inſignitur.

Secundò, Labarum ſanctiſſimo Ieſu Chriſti nomine inſignitum, Chriſtianorum Imperatorum præcedere ſolere exercitũ, auctor eſt Prudentius in Sym. lib. 1: vbi certæ expeditionis, per Stiliconem Chriſtiani exercitus ſub Honorio Imperat. ducem, inſtitutæ, mentione facta, hoc carmine proſequitur conflictum, 19

Dux

——— *Dux agminis imperijq́3,*
Chriſtipotens nobis iuuenis fuit, & comes eius
Atque parens Stilico: Deus vnus Chriſtus vtrique;
Huius adoratis altaribus, & cruce fronti
Inſcripta, cecinêre tubæ. Prima haſta Dracones
Præcurrit, quæ Chriſti apicem ſublimior effert.

☧

Ex quo teſtimonio patet etiam S. Crucis ſignũ, militum Chriſtianorũ frontibus imprimi iampridem ſolere, neque eſſe ſuperſtitionem nuperrimè inuentam, vt ſentiunt Caluiniſtæ. vide Ambroſ. in Epiſt. Septiminũ in apologet. & Sozomen. hiſtor. l. 1. c. 3.

Milites frontibus ſuis imprimunt ſignum Crucis.

20 3 Greg. Turonenſis l. 2. c. 30. de Geſt. Francor. teſtatur Clodouæũ Magnũ Francorũ regẽ, nec dum Sacris Baptiſmatis lymphis tinctum, in Alamannos copias & aciem produxiſſe: verũ quum ad internecionem eius declinarent phalanges, oculos in cælũ profuſis lachrymis & hiſce verbis leuaſſe, *IESV CHRISTE quem Clotildis prædicat Filium Dei viui, tuæ opis gloriam deuotus efflagito.* Quibus dictis & acri in hoſtem impreſſione facta, Alamannos in fugam conuertit, qui Regem ſuum ſuccubuiſſe videntes, datis dexteris, ſe Clodouęi ditioni ſubdunt. Domum ergo reuerſus, ac rem ex ordine Reginæ pandens, inuocato nomini Domini tam glorioſam victoriam aſcribit & baptizatur.

Victoria Clodouæi per nomen Ieſu Chriſti.

21 4. Sozomenus l. 5. c. 16. certos milites introducit, qui ex ignorantia, incenſo (more gentilium) oblato, ſuper pocula tamen Chriſtum nominantes, ab alio increpati fuerunt, quid rei eſſet, quòd eum quem ante negârant, repetita eiuſdem nominis inuocatione, rurſum honorarent,

Milites idololatræ inter pocula pronunciato nomine Chriſti conuertũtur

rent. Quod vt audiêrunt, & quale ſibi ſcelus cõ-
ſciuiſſent, mature diſpexerunt, Imperatorem
velut cõmiſſi piaculi auctorem adeuntes ipſum
increpare, ſe Chriſtianos prioris ſceleris pæni-
tentes, ab eoque deceptos, morti potius offerre,
& alia multa in hanc rem edicere non ceſſant.

Spiridion vi pronunciati nominis Chriſti cõuertit Philoſophum.

5. Magnus Spiridion Trimituntis in Cypro E- 22
piſcopus, ad Synodum Nicænam, Philoſophum
Gentilem allapſum, ſic adoritur, *In nomine Ieſu
Chriſti Philoſophe audito, &c.* Qua Sancti nominis ef-
ficacia ſe victum aggratulans, alijs Chriſtianiſ-
mum Philoſophus ſuadebat, apud Sozomen. l.

Ioſeph Iudæus in nomine Ieſu facit miracula.

1. c. 17. Denique in nomine Ieſu, Ioſephus Co- 23
mes adhuc Iudæus, miracula facit, teſte Epiph,
hæreſ. 30. Plura qui volet, legat aureum R. P.
Aloyſij Legionenſis librum de *Nominibus Chri-
ſti*, citatum ſæpius à P. Ioſepho Acoſta, in ſuis
elaboratis *De Chriſto Reuelato* lucubrationibus.

Coronidis loco fidelem Pop. monitum ve- 24
lim, vt ſibi diligenter caueat ab ea in quam nu-

Blaſphemia Lantgrauij Haſſiæ, verius alicuius Pſeudo miniſtri Piſcatoriani

per, Lugduni Batauorum in Hollandia conſi-
ſtens, incidi, Lantgrauij Haſſiæ, prætenſa re-
formatione, vbi inter cætera diſerte cauet, ne
quis ad pronunciationem Diuiniſſimi Nominis
Ieſu, caput deinceps aperiat. Quod quia non ab
ingenuo Principe, ſed Piſcatoriano quopiam
Chriſtomaſtige profectum mihi perſuaſi, (ſic
enim & Cælicolas Dei iam viſione fruentes,
Sanctorum titulo, non amplius dignari, Palati-
nos hæreticos, vidi, audiui.) vt ſceleſta
blaſphemia, Vulcani ſpongia atque anathe-
matis fulmine toto orbe, terrarum proſcribi
debet.

Tam

Tam fætidæ,tam crudæ,tam enormes , tam
impiæ ſũnt Geuſolatrarum & Pſeudoreformã-
tium miniſtrorum Braſſicæ , à quibus caute
Chriſtianis cauendum.

SECTIO SECVNDA.

Frater autem Iacobi.

25 Videlicet Minoris, & qui fuit Epiſcopus Ie-
roſolymitanus, de quo plura diximus ſup.
quæſt.1.Prooemial. dict.2. in fine, feſtumq. eius
ab Eccleſia prima Maij celebratur. Dictum au-
tem fuiſſe fratrem Domini & Iuſtum, ob ſãgui-
nis propinquitatem, morum ſimilitudinem, &
mutui cum Ieſu ſermonis commercium , au-
ctor eſt Orig. contr. Celſum l.1 concludens ex
Ioſepho ,eius violentam necem , magis autem
Chriſti innocentem ſanguinem , excidio Iero-
ſolymitano cauſam dediſſe.

Iacobus Minor quomodo frater Domini.

Tanta porro eius ſanctitas fuit, vt non ſolùm
Epiph.hæreſ.78.ſemper illibatam virginitatem
coluiſſe , nudis pedibus incedere conſueuiſſe,
orationum efficacia pluuiam à Deo impetrâſſe;
ſed & D.Hiero. in epiſt. ad Galat.cap.1.in fine,
fimbriam veſtimenti eius certatim Pop. dicat
attigiſſe. De quibus & aliis admirandis eius ope-
ribus eleganter his verbis ex Clement.Alex.&
26 Hegeſippo,agit Euſeb.lib.2.c.2.*Iacobus* (ait) *frater
Domini,qui à Saluatoris temporibus ad noſtram vſque æta-
tem (Iacobi enim nomine multi donati erant) ab omnibus
appellatus fuerat, Eccleſiæ adminiſtrationem , vna cum cæ-
teris Apoſtolis ſuſcepit. hic ab vtero matris ſuæ ſanctus fuit,*

Sanctitas D. Iacobi minoris.

vinũ & ſicerã non bibit, animaliũ carnibus ſe abſtinuit: nouacula caput eius raſum nunquã fuit, neq; corpus oleo perunctum, aut balneis lotum. Huic vni licebat in Sancta Sanctorum ingredi, veſtibus enim vtebatur non laneis ſed lineis duntaxat. In templum ſolus intrare ſolitus eſt, atque illi genibus humi poſitus, pro Pop. peccatis veniam poſtulare: cuius genua quòd tam aſſidue, tum ad Deum auguſtè ſancteque adorandum, tum ad veniam precibus Pop. expoſcendam, procumbebat, cameli inſtar, tuberculis contractis obduruerunt, (quòd idem de fronte eius, ob iugem in terram proſtrationẽ, addit Chryſoſt. homil. 5. in Matth.) *Qui propter ſingularem iuſtitiæ præſtantiam, Iuſti & Obliæ (quod Latinè, Populi præſidium dici poteſt & iuſtitia) nomen, ſicut Prophetæ de eo memorant, inuenit. Quibuſdam igitur ex 7. ſectarum fautoribus in Pop. ſparſarum, & à me in hiſtoria antè declaratarum, ab eo ſciſcitantibus, quodnam eſſet oſtium Ieſu? Reſpondit Ieſum eſſe Saluatorem. Ex quorum numero nonnulli crediderunt, quòd Ieſus eſſet Chriſtus. Sectæ autem ſupra dictæ, neque carnis reſurrectionem fore, neque vllum venturum, qui cuiq; ſit pro his quæ recte aut ſecus geſſerit in vita, mercedem redditurus, omnino crediderunt.* Hactenus Euſebius.

D. Iacobo licebat ingredi Sancta Sanctorum

D. Iacobi genua & frons ex aſſidua oratione callum obduxerunt.

Ex cuius verbis non parum virtutis, dignitatis & laudis fratri eius Iudæ accedit, maximè quum & is Catholicæ epiſtolæ præclarũ nobis reliquerit monumentum; in qua præter cætera, fidem ſine operibus non prodeſſe ad ſalutẽ, egregiè demonſtrat. Quum enim ex D. Pauli ſcriptis perperam intellectis, quidam hunc errorem, etiam ipſo ſuperſtite Paulo, hauſiſſent, ea res (teſte Aug. de hęreſ. hær. 54. & de fide & oper. c. 14.) D. Iacobum ad ſuæ Cathol. epiſtolæ verè dogmaticæ, ſcriptionem impuliſſe videtur, 27

D. Iacobus minor ſcripſit Epiſt. Catholicam

Error ſolius fidei iuſtificantis de ſuis ex Epiſt. D. Pauli

tur,

tur. Quã opinionẽ vti ab inferis, cú ſuis gregalibus reuocauit Lutherus; ita pro ea, qua cú cæteris pollet hæreſiarchis, agendi decernendique libertate; eandem epiſt. ab authenticorum S. Paginæ librorum canone proſcripſit, ac pro ſtraminea voluit haberi. At quam Stramineæ cenſuræ leuitatem, ſolidioribus aliquot Patrum ac rationum auctoritatibus exploſimus ſup. quæſt. 2. procemial. dict. 2. vide Theodor. in Synop. & Staniſl. Hoſium Confeſſio. Cathol. fidei c. 23. & in confutatione Prolegomenωn Brentij, lib. 3. de auctoritat. S. Scripturæ. *Straminea Cenſura, Lutheri.*

D V B I V M.

Cur non ſe potiùs nominet Thaddæum vel Lebbæum, quàm fratrem Iacobi?

28 DIco 1. non ſe nominat Thaddæum vel Lebbæũ, maioris humilitatis, & vitandæ arrogantiæ ergo. Ratio eſt, quia iſta nomina illi impoſita ſũt ex præſtãtia virtutis ac Religionis: alterum enim ſignificat Attendens Principem; alterum idem eſt quod, Corculus, ſiue diligentiſſimus ſui cordis cuſtos & cultor, ne quid videlicet admitteret, quo diuinæ maieſtatis oculos offenderet vel animæ ſaluti præiudicaret, vti ſupr. diximus quæſt. 1. dict. 2. Ita Hugo Cardinal. hic. Sicut enim virtutes atque humilitatem Magiſtri ſui, operum exercitio Apoſtoli exprimebant, ita ſuperbos honorum ac dignitatum titulos ſubterfugiebant; memores illius Maximæ *Humilitas D. Iudæ.*

 Docto-

Doctoralis Matth. 18. 3. *Niſi efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum.* Item, *Nolite vocari Rabbi*, Matth. 23. 8.

Pſeudoapoſtolorum è contra vnicũ ſignum 29 eſt, inanibus & peculiarẽ excellentiam aliquã connotantibus titulis gloriari, vt optimè de antiquis hæreticis demonſtrat Franciſ. Feuardentius; à quibus nec Moderni Quinteuangelici buccinatores abhorrẽt, Caluiniſtæ partim, partim Lutherani; quorum alij ſe Proteſtantes, alij Reformantes, alij Euangelicos, alij Superintendentes, alij Perfectiſtas, alij Meliuſ-illuminantes, alij vrbis Ieroſolymitanæ reſtitutores, alij Euangelicæ libertatis Aſſertores, alij Religioſos, alij Sapientiſtas (de quibus omnibus diximus ſup. quæſt. 3. proœmial. num. 19.) faſtuoſè ſe appellant. Quorũ tamen ſtudium eſt S. Euangelij germanũ eclipſare ſenſum, virtuti & perfectioni Chriſtianæ indicere bellum, tollere Religionem, Sacramenta conculcare, atque, vt vno expediam verbo, pluſquam Ægyptiacis errorum contra fidem & Chriſtianos mores militantium, offuſis tenebris, irremediabilem in Eccleſiam inducere deſolationem, vitæ corruptelam, ac animarum damnationem æternam.

Hæretici ſuperba ſibi nomina aſtribunt.

Hæretici ſtudent Religionem extirpare.

En tibi tuos (ô miſerum Belgium) quos inſipienter deſiderâſti, damnabiliùs inuocâſti, periculoſiſſimè admiſiſti, nouelli dogmatis diſſeminatores, virtutis exortes, ac S. Euangelij iampridem tibi ab Apoſtolicis viris Materno, Willebrordo, Bonifacio, Rumoldo, Norberto, &c. illibate deprędicati corruptores, prætenſæ duntaxat, 30

Hæretici ſũt deformatores, non reformatores.

taxat, aut verius, fucatæ perfectionis oſtentatores, ac demum monſtroſos verbi diuini Deformatores: mentiar enim, ſi dixero, Reformatores: à quibus vtinam tanta celeritate expediaris, quanta ad te aduolârunt, atque aduolando fallaciter ſubintroierunt, de quibus optimè Reginald. in ſuo *Caluino-turciſmo*, & Pſeudoeuangelicorum magnus ille Prodromus Deſider. Eraſ. Rotterodamus, epiſt. ad Vulturium; item ad Fratres Germaniæ inferioris.

Dico 2. nominat ſe fratrem Iacobi, primò vt *Cur Iudas ſe vocet fratrē Iacobi.*
31 ſe purget ab infamia ſceleſtiſſimi Iudæ Iſcariotis, ſanguinis Chriſti Traditoris; facile quippe ex nominis identitate, in criminis identitatē quiſquam deſcendere, atque à lectione Epiſtolæ, ex conſequenti auerti potuiſſet. Quis enim perſonam duntaxat & non ſcripta, inſtrumenta, veſtimenta & minutiſſimas etiam reliquias, tanti auerſetur Chriſticidæ? Plura ei imprecatur Dauid Pſalm. 108. 6. *Conſtitue ſuper eum peccatorem, & Diabolus ſtet à dextris eius. Cùm iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatū: fiant dies eius pauci, & Epiſcopatum eius accipiat alter. Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. Nutantes transferantur filij eius, & mendicent, & eijciantur de habitationibus ſuis. Scrutetur fænerator omnem ſubſtantiam eius, & diripiant alieni labo-*
32 *res eius, &c.* Vt ergo ſe ab hac purget ſuſpicione, *De ſui infamatione licita vel illicita.* cognationis crimē adducit; licet enim ſeipſum infamare, ex genere ſuo non ſit mortale, cōtra Iuſtitiam vel charitatem, multo minus ab infami ſe non diſcernere, vti ex ſententia Domin. Soti lib. 5. de Iuſtit. quæſt. 10. art. 2. & Mart. Nauarri Enchirid. c. 18. n. 27. & 61. ſuppono, quicquid

quid contradicat ex infirmo fundamẽto Caiet. in Summa verb. Detractio, dum putat hominem propriȩ famæ non potiri dominio. Tamen ratione alicuius circumſtantiæ fieri poteſt, vt illa ſui infamatio peccato non careat, maximeſi bona fama neceſſaria ſit muneri quo fungor, vt ſi Prælatus vel Parochus ſe infamet aut iniuſtam infamiam ſufficienter non propellat, adeo vt nequeat cum ea infamia bene ſuo munere fūgi; cuius proinde rationem habens Apoſtolus noſter, cognationis ſuȩ differentiam ſtatim ſubnectit: ne quis incautiùs hanc Proditoris epiſtolam eſſe arbitratus, vel ab eius lectione diffugeret, vel iuſto minorem ei fidem daret.

Homo eſt dominus ſuæ famæ.

Interitus Iudæ Iſcariotis.

Proditoris autem huius infamem interitum 33
Oecumenius in c. 2. act. Apoſtol. his verbis enarrat. *Iudas ſuſpendio è vita non diſceßit, ſed ſuperuixit: deiectus eſt enim priùs quàm præſocaretur, idq; Apoſtolorum Acta indicant, quod pronus crepuit medius. Hoc autem planius ſcripſit Papias Ioannis Apoſt. diſcipulus dicens: Ad magnum impietatis exemplum in hoc mundo permanſit Iudas, in tantum enim corpore inſlatus, vt progredi non poſſet, quũ currus leui curſu pertranſiret, curru compreſſus eſt, ita vt effunderentur eius inteſtina. Alio modo. Corpore enim adeò inflatus eſt, vt neq. poſſet progredi, qua currus leui curſu pertranſibat, imo ne ſolum quidem capitis timor. Siquidem & palpebras oculorum eius adeo intumuiſſe ferunt, vt lumen omnino videre non poſſet; oculi vero illius, neque διόπτρας, nempe inſtrumenti medicorum adminiculo, apparere poſſent, tanta profunditate ab exteriori aſpectu erant ſeparati. Genitale vero illius membrum, omnem excedebat obſcœnitatem ac magnitudinem. Porro ſanies ac vermes contumelioſe confluentes, ex toto ipſius corpore ferebantur egre-*

Punitio Iudæ Iſcariotis.

egredientes,per ſola loca ſecretiora. Poſt multa vero tormenta & vltiones,quum in ſuo prædio,vt aiunt, mortuus eſſet,præfatore, prædium illud deſertum permanſit & non habitatum vſq; in hodiernum diem. Sed neque ad hoc vſque tempus,locum illum quiſquam præterire poteſt niſi obturatis manu naribus. Hactenus Oecumen. At cuius ſententiæ non firmiter ſubſcribit Cæſar Baron. Tom.1. Annal. anno 34.num.74.

14 *Secundò Oecumenius* hic aliam nominati Iacobi allegat cauſam, videlicet vt ex ſanguinis affinitate,fidei quoque & morum D. Iacobi communionem ac coniunctionem concluderet, atque in animis fidelium concludendo poſſideret;*maximè*(inquit Oecum.)*ſi ſub vno Domino Chriſto degens,ſeruitutis iugum, æqualiter cum fratre trahere proponitur.*Qui agendi modus Iudæis fuit familiaris;quum enim certa neceſſitate premerentur, ſtatim ad pronunciationem Patrum ſuorum Abrahæ,Iſaac,Iacob,Dauid,&c.recurrebant, eo fine,vt ex ſanguinis vnitate,Diuinæ gratiç & benefici fauoris communione potirentur.Ad eum prorſus modum,quo pius quiſpiam Princeps, à certorum ſibique impenſe dilectorum parentum filijs iuſte offenſus,tandem ſedatur,ad amicitiam parentum inſtituta prouocatione: vbi id implicite agitur,vt ex ſanguinis, in affectus & fauoris identitatem deſcendatur. Vide Arnaldum Sorbinum.

Iudæi in neceſſitate ſolent ad ſuos Patriarchas prouocare.

Tertia ratio priori conſimilis eſt, vt maiorem epiſtolę ſuę conciliet, ex adiuncto Iacobo auctoritatem,non in ordine ad ipſam, quippe quæ à prima veritate & Spiritu S. reuelante,maximum dignitatis,vti & aliæ ſcript. trahit pondus: verũ in

in ordine ad eos, quibus ſcribebat, Iudæos, in
quorum cordibus quia ſalutarem optabat pro-
ducere fructum, præſens epiſtolium; Iacobum
fratrem allegat, cui viros Iſraëlis plurimũ no-
uerat tribuere, tum propter caſtimoniam, tum
propter vitæ notiſſimam integritatem: vt enim
taceam ipſum ab omnibus, etiam hoſtibus Iu-
dæis, propter ſummum ſapientiæ ac pietatis ſtu-
dium, magno in honore habitum, intantum, vt
teſte Hegeſippo apud Euſeb. ſupr. illi conceſſe-
rint ingredi *Sancta Sanctorum*; ſane idem Euſeb. l. 16
7. c. 14. ipſius cathedrã à ſucceſſoribus ſummo
in honore habitam commemorat: *Iacobi Apo-
ſtoli Cathedram (qui primus erat ad Ieroſolymitanæ Eccle-
ſiæ Epiſcopatum, à Saluatore & cæteris eius Apoſtolis dele-
ctus, quemque fratrem Chriſti nuncupatum diuina perhi-
bent eloquia) ad iſtud tempus ſeruatam, Epiſcopi qui illic
ordine ſucceſſerunt, permagni æſtimant: vnde declarant
perſpicuè, quemadmodum veteres Patres ad noſtram vſque
ætatem, ſanctis viris ob eorum veram erga Deum pietatem,
debitam veneratione͂ & tribuerint, & adhuc tribuere non
ceſſent.* Ad quæ Euſebij verba & Antiquitatis
encomia, SS. Reliquiarum oſores, & ſacrilegos
incendiarios prouoco Nouatores. At de hoc
aliàs latiùs.

Iudæi magni faciunt D. Iacobum Minorem.

D. Iacobi cathedra magno in honore habita.

SECTIO

SECTIO III.

His qui ſunt in Deo Patre, dilectis, & Chriſto Ieſu conſeruatis & vocatis.

37 HActenus proſecutus eſt ſuam perſonam ſcribentem, quod neceſſariũ erat, vt Epiſtolæ condignam conciliaret auctoritatẽ: neque enim aliàs efficaciter & cũ fructu eam ſcripſiſſet, niſi Apoſtolicæ & diuinæ legationis fidem præmiſiſſet. Nunc ſe conuertit ad eos quibus ſcribit, Chriſti fideles, quos tribus epithetis à Deo gratis impertitis honorat: dum ait,

His qui ſunt in Deo Patre, per Adoptionem filiorum Dei, non per naturalem generationem; quo modo ſolùm in Patre eſt *Verbum Patris*, æternũ & conſubſtantiale; de ſola quippe filiatione Diuina & eſſentiali, intelligitur illud Ioan. 10. 48. *Pater in me eſt & ego in Patre*: & illud c. 8. 42. *Ego enim ex Deo proceßi & veni.*

Quid Adoptio ſeu filiatio moralis.

Ceterùm quod ad Moralem ſpectat filiationem ſeu Adoptionem, ſciendum, in Digeſt. tit. de Adoptio. l. 1. eam definiri, *Extraneæ Perſonæ in*
38 *filium aſſumptionem, cum annexa tranſlatione iuris ad hæreditatem capeſſendam, ipſi iure filiationis naturalis indebitam.* Sic eam definit D. Tho. 3. p. Summæ quæſt. 23. art. 1. & communiter Theol. in 3. diſt. 10. vbi id maximè cauetur, vt fiat gratis atque ex indulgentia, neque enim, vt ait Concilium Francfordienſe, tom. 2. Concil. *Adoptiuus dicitur, niſi qui eſt*

alie-

alienus atque adoptatur ex indulgentia. Si enim hæreditas titulo aliquo oneroſo ad quempiam deuoluatur, non adoptionis,ſed venditionis,permutationis, tranſactionis,autſimilis contractus induet naturam.

Iuſtificatio naturæ rationalis eſt adoptio.

Quibus poſitis atque ad huius Analogiam, Iuſtificatio cuiuſuis naturæ rationalis, ſiue Angelicæ ſiue humanæ, adoptio vocatur, vt patet Rom.8.14.*Quicumque enim ſpiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei,* ſcilicet Adoptiui, ratione gratiæ iuſtificantis.Itē 23. *Adoptionē filiorū Dei expectātes.*Epheſ. 1.5.*Qui prædeſtinauit nos in adoptinē filiorū.* Ioan. 1. 13. *Qui nō ex ſanguinibus,neq. ex voluntatecarnis,neq; ex volūtateviri,ſed ex Deo nati ſunt.* ad Gal.4.5.*Vt adoptionē filiorum reciperemus.* Quem locū explicans Philippus Diez, comparat humanum genus lapſum, duabus perſonis diſparis ſexus,abſque vinculo matrimoniali,in fornicatione continua degentibus,& diuerſas proles ſuſcitantibus. Sed quia illegitimæ ſunt & ſpuriæ tales proles,nec hæreditatem capeſſere valent; ſolent parentes matrimonio copulari vt legitimentur.Ita ſanè homines ratione culpæ orig. & actualis contractæ,ſpurij erant, nullumque ius æternæ hæreditatis poſſidebant,donec cum humananatura Chriſtus,Hypoſtaticæ vnionis inito coniugio, atque infiniti meriti ſui interuentu,gratiam obtinuit iuſtificantem,qua diuinæ redditi conſortes naturæ, legitimiq; filij gratis effecti,cæleſtis hæreditatis iure, ac beatifica fruitione potiantur; quæ hæreditas, ipſius etiam Dei eſt beatitudo; ſicut enim is beatus eſt,diuinam eſſentiā ſuam perfectiſſime contemplando,amando atque

Similitudo.

39

que infinite fruendo; ſic & homo, licet finite.
40 vnde eminentiore ratione, in iuſtificatione, quàm in foro fori perficitur Adoptio; in hoc quippe nulla intrinſeca communicatur perfectio, nullus actus qui intellectum paſcat, intrinſeceque reficiat voluntatem, quæ omnia tamen in iuſtificantis gratiæ reperiuntur Adoptione. Suppono autem iuſtificationem non in fauoris Dei extrinſeca obumbratione, vel Diuinarum promiſſionum Sacramentali obſignatione, ſecundũ Caluiniſtas, ſed in realium donorũ conſiſtere infuſione ſupernaturali.

Iuſtificatio adducit donorum realium infuſionem, contra Caluiniſt.

41 *Dilectis*, æterna videlicet & gratuita dilectione prædeſtinationis, quæ ab æterno facta eſt in Deo. Rom. 9. 11. *Cùm enim nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni feciſſent aut mali (vt ſecundùm electionem propoſitum Dei maneret) non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei, quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt: Iacob dilexi.* Vnde D. Aug. in fine Præfat. in Pſal. 150. *Prædeſtinatio noſtra non in nobis facta eſt, ſed in occulto apud ipſum,* (videlicet Deum) *in eius præſcientia: tria vero reliqua in nobis fiunt, vocatio, iuſtificatio, & glorificatio.* Illa verò æternæ dilectionis eſt ſuauitas, vt dum homini donum aliquod Ordinis Superna-
42 lis conferre decreuit, non impediat quo minùs homo, in tempore liberè præſtet ea, quæ ad idẽ bonum conſeruandum vel in ordine ad extra explicandum, ſpectant, vt benè Aug. de bono perſeuer. c. 17. *Non ſolum ergo* (ait) *prædicatione Prædeſtinationis ab hoc opere non impeditur, verùm hoc adiuuat, vt cum gloriatur, in Domino glorietur. Quod autem dixi de caſtitate, hoc de fide, hoc de pietate, de charitate, de perſeuerantia, & ne pergam per ſingula, hoc de omni obedien-*

Prædeſtinatio æterna nõ adimit libertatem in tẽpore.

dientia, qua obeditur Deo, veraciſſimè dici poteſt. Hactenus Auguſt.

Et Chriſto Ieſu conſeruatis. hoc eſt: Merito Chriſti Ieſu ab errore Infidelitatis præſeruatis, & *Vocatis*, ad Patrem per Baptiſmum. Sicut enim ſuperiùs tangit cauſam dilectionis æternæ Phyſicam ſeu efficientem, videlicet Deum Patrem, cum filio increato & SpirituS. (opera ſiquidē SS. Trinitatis, ad extra, ſunt indiuiſa) ita hîc cauſam indigitat meritoriam, videlicet Chriſtum, de qua Hebr. 5. 9. Paulus: *Et conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ*; hoc enim ſignificat illud, ly, *in Chriſto*, ſicut Epheſ. 1. 3. *Qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus, in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo*, hoc eſt, per meritum ipſius. 43

Cauſa dilectionis æternæ meritoria eſt Chriſtus.

Aduerte Chriſtiane lector: Tangi hac ſection. tertia, infinitam Dei bonitatem & charitatem, qua non dedignatur infimos vermiculos, atque à ſe natura & conditione diſtantiſſimos homines, ſyncero amore complecti, vnde humanæ naturæ ſumma dignitas accreſcit. Primo enim tanto pretioſior eſt amor, tanto eminentior amati dignitas, quanto is qui amat, eſt maior; pluris enim fit amor & ſalutatio impertita à principe quàm Prætore, Rege quàm Principe, &c. quanto ergo maioris momenti, amor actiuus ipſius Dei, poteſtatis & maieſtatis infinitæ? vnde Bernard. Tract. de diligend. Deum: *Prior Deus dilexit nos tantus, tantum, & gratis, tantillos & tales.* 44

Amor dei ſummus erga homines.

Secundò amor Dei eſt efficax, cauſatur enim & operatur in amato, ſuæ bonitatis, gratiæ & beneficientiç, aliorumque donorum cùm naturalium 45

Amor Dei efficax, noſter inefficax.

ralium tum ſupernaturaliũ, realem influxum, actu conferens id ad quod nos amat. Secùs in nobis contingit, neque enim quempiam amantes, ei certum amore noſtro bonum internum de facto conferimus; quinimò, amori noſtro in Suppoſito amato, certa excellentia, certũ bonũ vel perfectiones ſupponuntur. vnde noſter, inefficax; Dei, efficax amor appellatur. Quare poſſet hic per modum conceptus moralis allegari, quòd viſio Dei, fit quaſi emiſſione ſpecierum viſibilium, viſio verò noſtra, receptione earundẽ; loquendo de amore, à nobis & Deo reſpectiuè creaturis impenſo: amat enim Deus, gratiæ ſuæ dona impertiendo, nos ab alijs accipiendo, vel amori noſtro ſupponendo.

Similitudo moralis.

46 Hunc Diuini Amoris exceſſum Chriſtus tangens Ioan. 3. 16. ait: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret*. O inæſtimab. dilectionẽ O amorẽ infinitũ, & efficacẽ! Infinitum dico, ex parte amantis Dei immẽſi, infinitũ dico ex parte doni dati, *filij Dei vnigeniti*. Tolerabile vero eſſet, ſi plures Deus Pater haberet filios, atque vnũ ex ijs nobis daret: at vnicum à Patre procedẽtem, ei conſubſtantialem, coæternum, idem numero Eſſe & viuere habentem, nobis dari, omnem prorſus humani intellectus capacitatem tranſcendit; maximè quia eum non vendidit, non commodato, vel alio oneroſo titulo, ſed dono merè gratuito dedit. Eſai. 9. 6. *Paruulus natus eſt nobis & filius datus eſt nobis*. infinitum rurſus dico ex parte finis, qui eſt vita æterna atque infinitæ durationis. Infinitum denique ex parte amoris & modi diligendi, quem egregiè his verbis Ber-

Amor Dei eſt infinitus ex parte amãtis.

Infinitus eſt amor Dei ex parte doni dati.

Infinitudo amoris Dei ex parte finis & modi diligendi.

nard. exaggerat ſuper Cant. ſermon. 20. *Dilexit nos Deus dulciter, ſapienter, fortiter. Dulciter nempe dixerim, quòd carnem induit; ſapienter, quia culpam cauit; fortiter, quia mortem ſuſtinuit. Diſce ergo Chriſtiane à Chriſto, quemadmodum diligas Chriſtum: diſce amare dulciter, ne illecti; prudenter, ne decepti; fortiter, ne compreſſi deficiamus.*

Cæterùm non minor in verbo (Vocatis) Diuinæ miſerationis clementia indigitatur, quippe qui nos in longinquam diſſimilitudinis regionem dilapſos, *& in tenebris atque vmbra mortis ſedentes, vocauit in admirabile lumen ſuum,* Luc. 1. 79. 1. Petri 2. 9. 47

Peccatores longe ſunt à Deo.

Pro cuius rei intellectu, ſciēdum omnes peccatores elongatos eſſe à Deo, quia ſuauioris gratiæ eius iugo excuſſo in Diaboli ſeruitutem ſunt abducti. Eſai. 59. 2. *Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis.* vnde vt ad Deum reuertantur, ſunt vocandi: longè quippe poſitos ac malè audientes vocare, & quidem cum clamore ſolemus: *Ego vox clamantis in deſerto* Ioan. 1. 23. Quam 48
ob cauſam, cœtus Pop. Chriſtiani, non ſynagoga, ſed Eccleſia vocatur; Synagoga quippe cōgregationē duntaxat in genere ſignificat, quod nomen etiam beſtijs ſeu animalium cœtui poteſt adaptari, vti & Iudæorum congregationi, quippe qui valde carnales, & beſtijs in multis ſimiles erant. Nomen vero Eccleſiæ, nulli niſi Chriſtiano Pop. adunato certum eſt conuenire, eſt enim nomen illud Græcum, deriuatum ab ἐκκαλέω, quod eſt Euoco, nec vlli creaturę prę terquam rationali, conuenire poteſt, nempe Angelis & hominibus. Illorum enim eſt vocari,

Eccleſiæ nomen competit ſolum Chriſtianis qui ſunt vocati.

ἐκκαλέω.

ri, qui ſuam intelligere poſſunt vocationem; tales autem ſunt Angeli duntaxat & homines, qui ſæpius in Script. maximè Epiſt. Pauli, dicuntur vocati, conuocati, videlicet ad Deum, ſanctitatem & gratiam eius. Et hoc quidem non fortuito caſu, conatu aut conſilio humano, ſed Dei excitantis gratia præueniente, intellectum illuminante, voluntatem inflammante, per Baptiſ. concionem, lectionem librorum: item beneficijs, metu, ſupplicijs, plagis, atque alijs infinitis miriſque modis, quibus in dies à Deo, vocatione eius ſancta, peccatores vocantur, 1. Corinth. 7. 2. ad Timoth. 1. Hebræos 3. &c. Videlicet vt à vitiorum deuio, ad rectam ſalutis æternæ ſemitam dirigantur, iuxta parænesim Apoſt. Epheſ. 4. 1. *Digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis.*

49 Quod tum demum dignè præſtabimus, quãdo Dei vocationẽ attendemus, maximè ob tres cauſas, quæ Ioan. 11. 28. inſinuantur in facto Marthæ, ſororem ſuam Mariam his verbis cõpellantis, *Magiſter adeſt & vocat te*. Primò propter vocationis honorem in verbo, *Magiſter*, ſignatũ: lubenter enim quilibet infirmus vel ſubiectus magiſtrũ vel dominũ ſuũ ſequitur, quãdo ab eo vocatur. Patet in Samuele 1. Reg. 3. 6. accurrẽte ad Heli Sacerdotem & magiſtrum ſuum, à quo ſe credebat vocari, *Ecce ego, ait, quia vocaſti me.* Sic Petrus & Andreas vocati, dum retia interpolant, illud Iob 14. 15. vſurpare poſſunt, *vocabis me & ego reſpondebo tibi*, per realem videlicet ſequelã. Sic pulli matrem vocantem, ſic agni dũ matrem ſuam audiunt, ſequuntur. An non ergo decens

Attendenda Dei vocatio ob tria

 vt ho-

nard. exaggerat ſuper Cant. ſermon. 20. *Dilexit nos Deus dulciter, ſapienter, fortiter. Dulciter nempe dixerim, quòd carnem induit; ſapienter, quia culpam cauit; fortiter, quia mortem ſuſtinuit. Diſce ergo Chriſtiane à Chriſto, quemadmodum diligas Chriſtum: diſce amare dulciter, ne illecti; prudenter, ne decepti; fortiter, ne compreſſi deficiamus.*

Caterùm non minor in verbo (Vocatis) Diuinæ miſerationis clementia indigitatur, quippe qui nos in longinquam diſſimilitudinis regionem dilapſos, *& in tenebris atque vmbra mortis ſedentes, vocauit in admirabile lumen ſuum,* Luc. 1. 79. 1. Petri 2. 9. 47

Peccatores longe ſunt à Deo.

Pro cuius rei intellectu, ſciẽdum omnes peccatores elongatos eſſe à Deo, quia ſuauioris gratiæ eius iugo excuſſo in Diaboli ſeruitutem ſunt abducti. Eſai. 59. 2. *Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis*. vnde vt ad Deum reuertantur, ſunt vocandi: longè quippe poſitos ac malè audientes vocare, & quidem cum clamore ſolemus: *Ego vox clamantis in deſerto* Ioan. 1. 23. Quam 48
ob cauſam, cœtus Pop. Chriſtiani, non ſynagoga, ſed Eccleſia vocatur; Synagoga quippe cõgregationẽ duntaxat in genere ſignificat, quod nomen etiam beſtijs ſeu animalium cœtui poteſt adaptari, vti & Iudæorum congregationi, quippe qui valde carnales, & beſtijs in multis ſimiles erant. Nomen vero Eccleſiæ, nulli niſi Chriſtiano Pop. adunato certum eſt conuenire, eſt enim nomen illud Græcum, deriuatum ab ἐκκαλέω, quod eſt Euoco, nec vlli creaturę pręterquam rationali, conuenire poteſt, nempe Angelis & hominibus. Illorum enim eſt vocari,

Eccleſiæ nomen competit ſolum Chriſtianis qui ſunt vocati.

ἐκκαλέω.

ri, qui ſuam intelligere poſſunt vocationem: tales autem ſunt Angeli duntaxat & homines, qui ſæpius in Script. maximè Epiſt. Pauli, dicuntur vocati, conuocati, videlicet ad Deum, ſanctitatem & gratiam eius. Et hoc quidem non fortuito caſu, conatu aut conſilio humano, ſed Dei excitantis gratia præueniente, intellectum illuminante, voluntatem inflammante, per Baptiſ. concionem, lectionem librorum: item beneficijs, metu, ſupplicijs, plagis, atque alijs infinitis mirifque modis, quibus indies à Deo, vocatione eius ſancta, peccatores vocantur, 1. Corinth. 7. 2. ad Timoth. ſ1. Hebræos 3. &c. Videlicet vt à vitiorum deuio, ad rectam ſalutis æternæ ſemitam dirigantur, iuxta parænefim Apoſt. Epheſ. 4. 1. *Digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis.*

Attendenda Dei vocatio ob tria

49 Quod tum demum dignè præſtabimus, quãdo Dei vocationẽ attendemus, maximè ob tres cauſas, quæ Ioan. 11. 28. inſinuantur in facto Marthæ, ſororem ſuam Mariam his verbis cõpellantis, *Magiſter adeſt & vocat te.* Primò propter vocationis honorem in verbo, *Magiſter*, ſignatũ: lubenter enim quilibet infirmus vel ſubiectus magiſtrũ vel dominũ ſuũ ſequitur, quãdo ab eo vocatur. Patet in Samuele 1. Reg. 3. 6. accurrẽte ad Heli Sacerdotem & magiſtrum ſuum, à quo ſe credebat vocari, *Ecce ego, ait, quia vocaſti me.* Sic Petrus & Andreas vocati, dum retia interpolant, illud Iob 14. 15. vſurpare poſſunt, *vocabis me & ego reſpondebo tibi*, per realem videlicet ſequelã. Sic pulli matrem vocantem, ſic agni dũ matrem ſuam audiunt, ſequuntur. An non ergo decens

vt homo Præceptorem interna vocatione vocantem, ſequatur?

Secundò ſequi vocantem debemus, propter 50
ſignum Amoris (*Adeſt*) vocatio enim eſt ſignũ dilectionis illius quem vocat. Deinde, ſicut melius auditur preſens quàm abſens; ſic Deus, quũ ipſe præſentem ſe exhibeat in vocando, Eſai. 58.9. *Vocabis & dicet, ecce adſum*. 3. Propter ſonum clamoris (*Vocat te*) vocatio enim ſupponit altiorem ſonum quam communis locutio; Sonus vero quanto plus intenditur, tãto perfectiùs auditur. Quia ergo vocat & clamat verbis Script. Concionum, inſpirationum, tribulationum, inſtructionum confeſſionalium, indubiè, niſi vocantem ſpernamus, ſequi debemus.

Quadruplex vocatio Dei.

Plura qui volet, legat *Repertorium Morale Petri* 51
Berchorij Pictauienſis part. 3. verb. *Vocare, vocatus*, vbi inter cætera quadruplicem adducit Dei vocationẽ; primò ſpiritalem, qua ſpiritaliter vocat ad ſtatum perfectionis; ſecundo temporalẽ, qua temporaliter vocat ad gradum prælationis. 3. æternalem, qua æternaliter ad locum refectionis. 4. infernalem, qua infernaliter ad locum damnationis. Ita vt prima ſit vocatio pœnitentiũ, Secunda, Præſidentium. Tertia, bonorum morientium. Quarta, malorum pereuntium. Vide

Tresmodi vocandi Dei.

etiam Philippum Diez ſermo. 2. in feſto S. Andreę, vbi 3. modos vocandi Dei adducit, &c.

I N.

INDAGO THEOLOGICA.

Vtrum Chriſtus ſicut promeruit nobis dilectionem Prædeſtinationis ; ita etiam primam gratiam vocationis, & reliquas diſpoſitiones ad Iuſtificationem requiſitas : vt putà, gratiam præuenientem, motus fidei, ſpei, attritionis, &c.

52 Ratione verborum (*in Chriſto Ieſu conſeruatis & vocatis*) & ſimilium, dubitatio iſta inſtituitur: Theologi autem non ſimiliter vbique ſentiunt; Ruardus enim Tapperus art. 6. & Ioan. Driedo tract. 2. de Redempt. & captiuit. gener. humani, cap. 2. art. 4. cum aliis quibuſdam cenſent, motus timoris, attritionis, fidei, ſpei, atque alias gratias præuenientes ac diſpoſitiones remotas, abſque meriti Chriſti reſpectu, ex ſola vero Miſericordia Dei dari. Quorum opinionẽ, vti parũ beneficio Redemptoris reor cõſonare; ita parũ ſolidorum argumentorum fulcris demonſtrabo inniti. Pro veritate ſit;

Ruardus Tapperus & Ioannes Driedo.

53 *Propoſitio:* Non ſolum ipſum iuſtificationis terminum, verùm etiam omnem ad eam diſpoſitionem remotam & propinquam, ex Chriſti merito hominibus conferri, atque adeò propriè Iudam noſtrum antecedentia auxilia conſeruationis & vocationis Chriſto attribuere. Hanc verò ſententiam maximè obuius Scripturarum perſuadet tenor. Imprimis enim quis neget has diſpoſitiones eſſe quaſdã Dei benedictiones, licet minores & gratia habituali inferiores; terre-

Omnis diſpoſitio ad iuſtificationem etiam remota, Chriſti merito datur.

ſtri verò fęcundatione (quam benedictionis nomine Script. dignatur) ſuperiores: omnem vero animæ benedictionem actualem Chriſto vbique attribuere Paulũ, in comperto eſt, Epheſ. 1.3. *Qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto Ieſu*; per Chriſtum, ſiue merito Chriſti; vbi per omnem benedictionem, præter gloriam, gratiam, charitatem, remiſſ. peccatorum; etiam fides, Spes atque alia Spiritus Sancti dona intelliguntur Iuſtificationẽ pręuenientia. 54

Per Chriſtũ benedicimur

Secundò, quia per illum dicimur habere acceſſum ad Deum, Rom. 5. 2. *Per quem & habemus acceſſum per fidem.* Item Epheſ. 3. 12. *In Chriſto Ieſu Domino noſtro, in quo habemus fiduciam & acceſſum in confidentia per fidem eius.* Quo modo loquendi, non tantum hoc agit, vt gratiam iuſtificantem, ſed etiam Iſagogem & viam, per fidem, motus attrit. Spei, per gratias præuenientes intellectui & voluntati immiſſas, Chriſti merito aſcribat; cui aptiſſime illa D. Athan. in Expoſit. fidei, cõſonat confeſſio: *Dominicus homo conditus eſt, vt eſſet initium viarum, per hunc enim ad Patrem acceſſum habemus: quoniam ipſe eſt via quæ ad Patrem nos ducit.*

Per Chriſtũ datur acceſſus.

Tertiò quid clarius illis verbis Ioan. 15. 5. *Sine me nihil poteſtis facere?* quod videlicet ad ęternam 55
vitam conducat, immò ne quidem incipere, ait Aug. contra Pelag. vel ad iuſtitiam pręparare. Iam verò ſi abſque ſpeciali eius meriti interuẽtu dando adiutorio, ſe ad Deum conuertere, & viam ſternere poſſent, multum vtique ſine eo facere poſſent.

Quarto Philippenſ. 1.29. *Vobis donatum eſt pro Chriſto,* (hoc eſt, Chriſti merito, ſecundum Concil.

cil. Arauſic.) *non ſolum vt in ipſo credatis, ſed etiam vt pro ipſo patiamini*; vbi ſupponit fidem ex eius merito infundi, vnde in eiuſdem fundatione, tantopere Chriſtus ſudauit. *Chriſtus in fidei fundatione multū ſudauit.*

56 His accedit Concil. Trid. ſeſſ. 6. c. 5. vbi expreſſis terminis ſic ait: *Declarat præterea, ipſius Iuſtificationis exordiũ in adultis, à Dei, per Ieſum Chriſtũ, præueniẽte gratia ſumendũ eſſe, hoc eſt ab eius vocatione, qua nullis eorum exiſtentibus meritis vocantur; vt qui per peccata à Deo auerſi erant, per eius excitantem atque adiuuantem gratiam, ad conuertendum ſe, ad ſuam ipſorum iuſtificationem, eidem gratiæ liberè aſſentiendo & cooperando diſponantur.* Conſentit D. Aug. epiſt. 106. ad Pau-

57 linum, prope initium. *Gratia Dei per Ieſum Chriſtũ Dominum noſtrum, quod fides vera & Catholica tenet, ſemper Eccleſiæ puſillos cum magnis, à morte primi hominis, ad vitam ſecundi hominis transfert, non ſolum peccata delendo, verum-etiam ad non peccandum, rectéque viuendum eos qui iam vti poſſunt voluntatis arbitrio, ſic adiuuando, vt niſi adiuuet, nihil pietatis atque iuſtitiæ, ſiue in opere, ſiue etiam in ipſa voluntate, habere poſſimus. Deus quippe operatur in nobis & velle, & operari pro ſua bona voluntate.* Vbi nullo modo poſſe hominem coram Deo iuſtam vitam, ſine gratia meriti Chriſti, inchoare vel incipere, perfectè docet, vti & Tomo 3. de Eccleſ. dogmat. *Si quis per naturæ vigorem, bonum aliquod quod ad ſalutẽ pertinet vitæ æternæ, cogitare, vt expedit, vel eligere, ſiue ſalutari, id eſt, Euangelicæ prædicationi conſentire, poſſe affirmat, abſque illuminatione & inſpiratione Spiritus Sancti, qui dat omnibus ſuauitatem in conſentiendo & in credendo veritatem, hæretico fallitur ſpiritu, non intelligens vocem Dei in Euangelio dicentis; Sine me nihil poteſtis (ait Chriſtus) facere.*

Eccleſia clau dis orationes ſuas, Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtū, &c.

Eadem certè mens videtur Eccleſiæ Sanctæ, 58
quæ cùm gratiam aliquam præuenientem, excitantem, adiuuantem, &c. exorat, ſemper ſibi per merita Chriſti precatur conferri his & ſimilibus clauſulis, *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c. Per eundem Chriſtum, &c.* Quæ miram nobis inſtructionem & conſolationem præſtant, dum per eum nobis gratiam rogamus impertiri, cuius merito infinito nihil denegat Pater, & ſemper viuus interpellat pro nobis.

Officium Redemptoris.

Ratio horum præcipua ex officio depromitur Redemptoris; qui enim ſua ſatisfactione & meriti compenſatione, alicui promeretur finem, is & media ad illum neceſſaria ex conſequenti meretur: atqui Chriſtus ipſam gratiam, iuſtitiam & charitatem hominibus promeruit; ergo & omnes præparationes ad eius infuſionem prærequiſitas; quę ratio nec à nomine eius quod eſt *Saluator*, omnino diſcordat.

Nomen Saluatoris.

Obiiciunt tamen primò, illud Rom. 4. 5. *Ei verò qui non operatur, credenti autem in eum qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam, ſecundum propoſitum gratiæ Dei*, ergo fides & reliquæ diſpoſitiones, non merito Chriſti, at ſoli Dei beneplacito ſunt aſcribendæ. Reſ. Illud, ly, *ſecundum propoſitum gratiæ Dei*, non meritum Chriſti, ſed noſtrum & humanum excludere, atque adeò iuſtificationis diuinæ radicem, non in nobis, ſed in ſola eſſe gratia Dei, dicere velle, quomodo ſemper D. Auguſt. contr. Pelag. procedit, quin verò ex ſuperioribus duobus teſtimoniis, contraria eiuſdem mens pateſcit. 59

Obiic. 2. Ioan. 6. 44. *Nemo poteſt venire ad me, niſi* 60
Pater

Pater meus traxerit eum, ergo ſalutaris acceſſus ad Chriſtũ prima cauſa, eſt attractio Patris, non meritum Chriſti. Reſ. In promptu eſſe ſolutionem, licet enim Pater effectiuè trahat ad Chriſtum, tamen per oſtium & viam meriti Chriſti, quod nullo modo repugnat. Inferes, ergo duo trahunt, quod nullo modo videtur dicendum. R. Eſto, ſed in diuerſo genere trahendi, effectiuo videlicet & morali, vnde Ioan. 12. 32. *Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum.* Taceo nec hîc quidem ſuum velle meritum remouere, at virium humanarum duntaxat per ſe conſideratarum imbecillitatem indigitare, adeò vt niſi ſupernaturalis gratiæ, merito ſuo impertiendæ, adiutorio, præueniantur, nemo ad Chriſtum valeat accedere, nemo ei incorporari.

Pater & Chriſtus ambo, ſed diuerſimodè trahunt.

Verſ.

Verſ. 2. Miſericordia vobis & pax & charitas adimpleatur.

SECTIO VNICA.

PRimam huius Epiſt. partem pertractans, iam ponit diuinam & Chriſtianam ſalutationem, qua miſericordiæ, pacis & charitatis, non primã collationem, ſed augmentum electis Dei apprecatur, græcus enim text. habet πληθυνθείη, hoc eſt, multiplicetur, perficiatur; vnde Hugo Cardinal. hic, diſertam ponit diſtinctionem inter eorundem trium donorum inchoationem, impletionem, & adimpletionem. Cæterùm quum hæc non augeantur, niſi etiam opera noſtra bona pro rata accreſcant; nota illud vnicum Chriſtiani hominis, maximè Religioſi munus eſſe debere, vt quotidie de virtute in virtutẽ, ex vna mortificatione in alteram, continuo motu tendat, quandoquidẽ hæc *Maxima*, in animæ foro ſit vulgatiſſima: *In via virtutis non eſt ſtatus, ſed continuus vel Aſcenſus vel relapſus.* Adinſtar nauis aduerſo fluxu, ſed remorum adminiculo aſcendentis.

πληθυνθείη. *Axioma ſpiritale.* *Similitudo.*

Quæ proinde nunquam optato portui ſubuehetur, ſed relabetur, niſi remorum alis continuo propellatur. Sic neque anima Chriſtiana optato perfectionis, virtutum, gratiæ, charitatis, pacis & miſericordię Diuinæ, portui ſiſtetur, niſi indefeſſis bonorum operum remis protrudatur. Similis autem eſt ſalutatio D. Ioan. Apocal.

Gal.1.4 *Ioannes 7.Eccleſijs quæ ſunt in Aſia ; gratia vobis & pax ab eo qui eſt.* Reſtant modò duo examinanda;primò quid ſibi hæc Dei volunt dona & gratiæ ſanctiores, Miſericordia , Pax & Charitas. Secundò modi ſalutandi Chriſtianorum etiam in ipſis literis,de quo ſup.verſ.1.Sect.1.num.18.

DOGMA PRIMVM.

De miſericordia Deo propria , & homini maximè neceſſaria.

3 Miſericordiam Deo Theologi tribuunt ſecundùm effectum,non affectum vel paſſionẽ appetitus ſenſitiui,cui Deus nullo modo eſt ſubiectus,ſicut nec dolori,pænitentiæ, iræ &c. volo dicere;Deo proprium maxime eſſe,alienã miſeriam ac calamitatem humanam efficaciter depellere,quod in nobis eſt miſericordiæ effectus;qui enim ex proximi inſpecta miſeria, patitur ſui miſeriam cordis , ſiue habet miſerum & miſerans cor,prout D. Aug.l.9.de Ciuit. Dei, huius vocabuli etymologiam deducit,ad hunc mouetur effectum , videlicet vt quantum in ſe eſt,proximi miſeriam depellat. Quod niſi præſtiterit,verè non eſt miſericors dicendus, de quo plura D. Thom.& Doct. Scholaſt. 1. part. Sum.quæſt.21.art.3.

Miſericordia eſt in Deo ſecundum effectum, non affectum.

Miſericordia vnde dicta.

4 Ecquis vero magis humanam miſeriam propulſat quàm Deus,ſiue naturæ,ſiue gratiæ ordinem ſpectemus,maxime verò humani generis reparationem per Vnionis Hypoſtaticæ pientiſſimam

Deus ſummè eſt miſericors

tiſſimam exhibitionem,& vnigeniti filij humillimam exinanitionem, de qua Bernard. ſerm. de Natiu. Dom. *Fratres lachrymæ Chriſti mihi & puderem pariunt & dolorem. Ludebam ego foris in platea, & in ſecreto Regalis cubiculi, ſuper me ferebatur iudicium mortis. Audiuit hoc Vnigenitus eius, exiit poſito diademate, ſacco veſtitus, aſperſus cinere caput, nudus pedes, flens & eiulans quòd morte damnatus eſſet ſeruulus eius. Intueor illum ſubitò procedentem, ſtupeo nouitatem, cauſam percunctor & audio. Quid facturus ſum? Ludam ac deludam lachrymas eius? In hoc ergo temporis articulo quid aliud eſt ludere, quàm Chriſti lachrymas deludere? Compatitur Dei filius & dolet, homo patitur & ridebit? Inſipiens planè ſim ſi hoc egero.*

In Chriſti incarnat. maximè relucet miſericordia Diuina.

Nullum verò opus eſt in quo perfectiùs diuina miſericordia reſplendeat quàm Incarnat. myſterium, dum per illud non tantum omnis homini condonatur culpæ & pœnæ reatus; verum etiam ſubminiſtrantur noue vires atque infinita bona, quibus perfectè ſatisfaciat, & hoc quidem cum maxima ſapientia Diuina, quam graphicè hoc ſchemate proſequitur D. Damaſ. l. 2. de fide cap. 1. *Inuenta eſt difficillimi pretij decentiſſima ſolutio, & in eodem opere coniuncta eſt ſumma miſericordia & iuſtitia, quæ antea pugnare videbantur, iuxta illud Pſal. 84. 11. Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.* 5

Miſericordia eſt Deo propria.

Hæc autem Deo ſic propria eſt, vt *miſerationis multæ Deus* vocetur, Exod. 34. 6. vt nullum excludat, ſed ad omnem hominem prorſus ſe extendat, Pſalm. 144. 9. *Suauis Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* vt mœrentes vnicè conſoletur, Pſal. 102. 13. *Quomodo miſeretur Pater* 6

ter filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe. vt reuertentes ſuſcipiat, 2. Paralipom. 30. *Pius enim & clemens eſt Dominus Deus noſter, & non auertet faciem*
7 *ſuam à vobis, ſi reuerſi fueritis ad eum.* vt denique miſericordiæ domum, non iuſtitiæ habeat in terra; videlicet Templum, in quo id quod Deo proprium eſt, videlicet miſereri & parcere, exercetur, non verò iuſtitia, quam non niſi inuitus adminiſtrat, 2. Paralipom. 6. 21. *Quicumq; orauerit in loco iſto, exaudi de habitaculo tuo, id eſt de cælis, & propitiare:* & poſtea 23. *Tu audies de cælo.* Secus eſt de Dominis & Regibus temporalibus, qui tales non habent domos, ſed cancellarias, prætoria, carceres, ad reos & delinquentes puniendos. Vnde non abs re dicit de hac miſericordię domo Salomon ſup. 2. Paralipom. 6. 19. *Ad hoc tantum facta eſt, vt reſpicias orationem ſerui tui, & obſecrationem eius, Domine Deus meus.* Non verò ad deſtruendum, puniendum & plagas inferendas: quas ſi exigente peccatorum noſtrorum enormitate, aliquando infligat, adinſtar pij patris, poſt diutinam monitionem, filium punientis, eaſdem inuitus & velut cum lachrymis, infert, & quidem cum præuio nutu talium vel talium ſuppliciorum, vt eadem euadant; ideo enim antè declarat per Prophetas, Apoſtolos, vt exoretur, atque hac ratione miſericordiam concedat. Vnde Dauid Pſalm. 59. 6. *Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus.* Et D. Chryſoſt. ſuper Matth. *Deus triſtatur non de ſua iniuria, ſed de noſtra perditione. Sicut Rex benignus audiens criminoſas perſonas, lege quidem compellente, ipſe mortis ſententiam dictat aduerſus eas: tamen miſericordia inſtigante, lachrymas fundit*

Deus habet domum miſericordiæ, nō Iuſtitiæ.

Deus inuitus infert pœnas.

ſuper.

ſuper ipſas, & vult eas adiuuare, & non poteſt, contradicente ſibi iuſtitia, quoniam miſericordia tunc eſt verè miſericordia, ſi ſic facta ſit, vt iuſtitia per eam non contemnatur. Si autem contempta iuſtitia, miſericordia obſeruetur, ipſa miſericordia non eſt miſericordia, ſed fatuitas. Ita Chryſoſt. Chriſtianis ergò D. Iudam, optime hanc Dei miſericordiam per modum ſalutaris ſalutationis, apprecari, non eſt dubium, maxime ſi eiuſdem ſpectemus neceſſitatem, quam pulchrè deſcribit D. Bern. *Peccata*, inquit, *aliqua minima ſunt, alia magna, alia mediocria, & propterea triplici egent miſericordia, parua, mediocri & magna.* Quam ſibi cumulate impenſam eſſe ſerm. 88. oſtendit, dum ſeptem eius beneficia grato animo commemorat, dicens: *Septem in me video miſericordias* 9 *Domini, quas & vos ipſi facile inueneritis in vobis. Prima eſt, quod à multis peccatis adhuc in ſæculo poſitum cuſtodiuit. Prima quidem, non inter omnes quas mihi impendit, ſed prima inter has ſeptem. Quis enim non videat quòd ſicut in multa cecidi, ſic & in alia poteram cecidiſſe peccata, niſi omnipotens pietas me conſeruaſſet? fateor & fatebor, niſi quia Dominus adiuuit me, paulo minus cecidiſſet in omne peccatum anima mea. Secunda miſeratio quæ non poterit explicari ſermone, quàm benigna, quàm libera, quã gratuita: ego peccabam, & tu diſſimulabas; non continebam à ſceleribus, & tu abſtinebas à verberibus: prolongabam ego multo tempore iniquitatem, & tu Domine pietatem tuam. Tertia quòd viſitauit cor meum, & inuitauit vt amara fierent, quæ malè dulcia prius erant. Quarta quòd pænitentem miſericorditer ſuſcepiſti, vt in eorum numero inuenirer de quibus Pſal. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, &c. Quinta per quam mihi continendi deinceps, & emendatius viuendi præſtitiſti virtutẽ, ne recidiuũ paterer, & eſſet nouiſſimus*

Neceſſitas Miſericordiæ Diuinæ.

D. Bern. agnoſcit 7 beneficia Miſericordiæ Diuinæ, ſibi impenſa.

ſimus error peior priore. Poſtquam in his quinque miſerationibus à malo liberaueris, in 2 alijs bona largieris, hæ duæ ſunt, gratia promouendi, qua videlicet munus bonæ conuerſationis indulges; & ſpes obtinendi, qua donas homini indigno & peccatori de tua toties experta bonitate, vſque ad cæleſtia ſperanda præſumere. Hactenus de miſericordia Dei, cuiuspręuenientem, excitantem, cooperantem, ſpecialem, ſubſequentem &c. gratiam ſicut varij variè experiuntur, ita hæc D. Bern ſubinde applicare ſibi poſſunt verba, & Diuinam in ſe miſericordiam laudare, cum Pſalmiſta Pſal. 88. 3. *Miſericordias Domini in æternum cantabo.* & cum Ierem. Thren. 3. 22. *Miſericordiæ Domini, quia non ſumus conſumpti, quia non defecerunt miſerationes eius.*

DOGMA II.

De pace animi iuſtorum, non Impiorum.

10 ALiud Dei donũ eſt Pax. Sicut autem Miſericordia Patri. 2. Corinth. 1. 3. *Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis*; ita pax Filio in Diuinis appropriatur, *Ipſe enim eſt pax noſtra qui fecit vtraque vnum*, Epheſ. 2. 14. Cæterùm donum hoc quod à Sanctiſſima Trinitate, Sanctis & Deum timẽtibus petit adimpleri, eſt illa animi ſerenitas & tranquillitas, quam homo ex inhabitante Spiritu ſancto accipit à Deo, de qua Paulus Gal. 5. 22. *Fructus Spiritus, eſt charitas, gaudium, pax*, &c. & Coloſ. 3. 15. *Pax Chriſti exultet in cordibus veſtris*, id eſt, perpetua hilaritas cordis. Item Philippen. 4. 7. *Et*

Miſericordia appropriatur Patri in Diuinis.

Pax appropriatur filio.

Pax eſt animi ſerenitas gaudioſa.

Pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum, id eſt, ſecundùm Gloſſ. Deus qui eſt pax vel quies mentis, loquitur enim de quiete mentis & conſcientiæ quam Spiritus ſanctus affert, propter quam inter cætera, ipſe *Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quòd ſumus filij Dei*, Rom. 8. 16.

Stillæ dulciſſimæ hilaritatis animi. Huius verò dulcedinis atque hilaritatis animi tantæ aliquando ſunt ſtillæ, vt homo vix ſuſtinere eas valeat, Threnor. 1. 13. *Miſit ignem in oſſibus meis*: & Ierem. 20. 9. *Defeci ferre non ſuſtinens*. Sanè D. Bern. dum quadam die hanc gaudij ſpiritalis ſatietatem experiretur, magno animi conatu, & iubilo exclamauit; *ſufficit ſufficit Domine.* Nec mirum, quia tanquam manna ſpiritale, omne delectamentum ſuauitatis diuinæ in ſe comprehendit & ſaturat edentem, Prouerb. 15. 15. *Secura mens quaſi iuge conuiuium.* 11

D. Bernard. clamat, Sufficit ſufficit Domine.

Peccatores non habent pacē animi. Peccatores verò huius exhilarãtis Pacis nullo modo ſunt participes, ſed è contra intrinſecum corde premunt mœroris remorſum ac iugem conſcientiæ carnificinam, quocumque ſe verterint: Eſai. 48. 22. *Non eſt pax impijs, dicit Dominus.* Iob 26. 5. *Gigantes gemunt ſub aquis*: quamuis enim deliciarum fluuium ingredi videantur, tamen abſente Deo (à quo hæc animi ſerenitas procedit) in gemitus neceſſe eſt ruant conſcientiæ; vnde D. Auguſt. l. 9. confeſſio. *Eſt gaudium quod non datur impijs, ſed eis qui te gratis colunt, quorum gaudium tu ipſe es, & ipſa eſt beata vita, gaudere de te, propter te, ipſa eſt, & non eſt altera*. Et D. Greg. in Moral. *Dignum eſt itaque vt in ſe ſemper homo mœrorem inueniat, qui derelicto creatore, gaudium in ſe quærebat.* 12

Carnificina conſcientiæ Peccatorum.

Similitudo. Sicut enim is qui venenato confoſſus eſt telo, 13
nul-

nullum verum admittere gaudium poteſt, quādiu telum illud aut virus corpori inhæreſcit; ita impoſſibile eſt hominem aliquē, verum animæ gaudium haurire, quamdiu vermis & carnificina conſcientiæ, ratione peccati commiſſi, animæ ſolidam quietem turbant ac rodunt. Hinc tremulus Cain, vagam & profugam ſuper terram duxit vitam, vtique propria eum remordente, propter fratricidium, cordis laniena. Eadem de cauſa Iſcariotes laqueo ſe ſuſpendit. Sic Dominici cuſtodes ſepulchri, præ timore Angeli apparentis exterrentur; non enim neſciebant ſe agere contra eum quem verè ſciebant innocentem, atque à mortuis reſurrexiſſe: vnde tritum illud,

Lege Deûm ſtabili, ſemper metus angit iniquos.

Item

——Sequitur ſua pœna nocentem.

14 Quod nec ipſos latuit gentiles & quidem Pythagoricos Philoſophos, è quorum ſchola certus prodijt diſcipulus, qui dum par calceorū à ſutore quopiam creditò emiſſet, atq. ex condicto termino ſolutionem præſtiturus accurreret, eum mortuum intellexit. videns proinde ſibi fauere temporis & loci rationem, debitum ſilet, & promptas pecunias fraudulento animo refert. verùm exinde tanto conſcientiæ diſtringi cœpit tortore, vt eum amplius ferrè non valens, at propulſare volens, eandem ſummam in creditoris defuncti clanculùm iniecerit domum, cum hiſce verbis: *Tibi viuit qui alijs defunctus eſt.* *De Pythagorico diſcipulo*

15 Tanta enim diuinæ clementiæ excellentia eſt & ſapientia, vt etiam in ipſo peccato poſue- *Dei bonitas peccato atexuit ſemen Conuerſionis*

 rit

rit,eiſque annexuerit certũ conuerſionis ſemen, quo ſe peccatores ad Deum conuertant: loquor enim de hac animæ carnificina,quæ ipſos, dum malè agunt & rationis ſuperioris limites transgrediuntur,accuſat, atque ad hanc animæ euadendam anxietatem, eiuſdem delicti fugam perſuadet.

DOGMA III.

De charitate Dei & proximi.

16 Tertium donum eſt charitas, qua primò Deum ex toto corde,proximũ verò noſtrũ (ſicut noſipſos) etiam inimicos, ſyncerè diligamus,propter reuerentiam Dei. Appropriatur autem Spiritui S. Rom. 5. 5. *Charitas enim diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis*. Ratio eſt, quia charitas ſeu amor,notionaliter ac perſonaliter acceptus, pro amore producto,eſt nomen propriũ Spiritui Sancto; vnde ipſa qualitas habitualis charitatis, licet alioqui à tota SS. Trinit. infundatur, tamen Spiritui S. appropriatur, qui eſt terminus Amoris æterni atque infiniti actus amandi.

Quomodo Charitas appropietur Spiritui Sancto.

17 Hanc verò vltimo ponit loco, quia 2 præcedentia nihil abſque ea proſunt, quippe quæ eſſe dat actui meritorio atque honeſto; adeò vt ſine ea,nec fidei,ſpei,temperantiæ,fortitudinis, martyrij, eleemoſynę, caſtitatis, &c. actus,ſtatum habeant virtutis, ac meriti coram Deo,ſed tam illi quàm alij omnes,cenſeantur informes, teſte D. Paulo 1. Corinth. 13. 1. *Si linguis hominum loquar*

Charitas dat eſſe actui meritorio.

loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens, & ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & ſi habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt, videlicet ad æternam ſalutem: vnde D. Auguſt. in epiſtol. Ioan. c. 7. *Si non vultis in iſta eremo ſiti mori, bibite charitatem, fons eſt quem voluit Deus ponere, ne deficiamus, & abundantius eum bibamus quum ad patriam venerimus.* Et Caſſiod. in Pſal. *Charitas eſt mors criminum, virtus pugnantium, palma vitiorum, concordia mentium, ſocietas electorum, quam fides concipit, ad quam ſpes currit, quæ profectui omnium bonorum ſeruit.* Denique Gregor. l. 10. Moral. eius extenſionẽ & diuiſionem explanans; *Charitas*, inquit, *ad cuncta virtutum facta dilatatur, quæ à duobus præceptis incipit, ſed ſe ad innumera extendit. Huius charitatis initium eſt, dilectio Dei & proximi, quia per amorem Dei, amor proximi gignitur, & per amorem proximi, amor Dei nutritur: nam qui Deum amare negligit, profectò proximum diligere neſcit.*

Præſtantia & neceſſitas Charitatis.

Vt enim oleum aliis omnibus ſupernatat li-
17 quoribus; ita virtus charitatis aliis omnibus
virtutibus, vti benè Laurent. Iuſtinian. lib. de li-
gno vitæ cap. 3. Plura encomia & vtilitates cha-
ritatis vide apud D. Auguſt. variis locis, vt quòd
ipſa ſola diuidat inter filios Regni æterni & fi-
lios perditionis, de Trinit. l. 15. c. 17. ſub finem,
& in Ioan. Euangel. tract. 5. Quòd ſit pretioſa
margarita in parabola Euangelica à Chriſto
producta, ibidem. Quòd charitas magna, iuſti-

Encomia varia Charitatis.

tia magna; quòd charitas parua, parua ſit iuſtitia, de nat. & grat. c. 17. Quòd decedentibus fide & ſpe, augenda ſit in Patria charitas, de Doctr. Chriſt. l. 1. cap. 37. Quòd charitas Dei & proximi, vtriuſque Teſtamenti ſit ſcopus, præfat. in Pſal. 140. & tom. 9. de laudib. charitatis. Quòd item omnia præcepta leuia ſint charitati, cui vni Chriſti ſarcina leuis eſt, de nat. & grat. c. 69. & tom. 7. de perfectio. Iuſtitiæ. item de peccator. merit. & remiſſ. l. 2. c. 6. Ex quibus, prouidus concionator ea poterit depromere, quæ ſuæ ſubiectæ congruere nouerit materiæ. Et ne aliena videar ſcrinia compilare, vnum præ cæteris vide Ludo. Granaten. in Indice Sermon. verbo *Charitas*. Cui adiunge repertorium morale Petri Berchorij variis titulis, Amicitia, charitas, dilectio, dilectus, dilecta, ignis, calor, &c. Hi ſufficient, non enim decreui quæuis minuta proſequi, at concionatoribus materiam duntaxat ſubminiſtrare.

DOGMA IIII.

De variis ſalutandi Chriſtianorum generibus.

PRæpoſtera & impia eſt Iudæorum appreca- 19
tio, qua rabie in Chriſtianos acti, ter in die, mane, meridie & circa veſperam, iam inde ab exordio naſcentis Eccleſiæ, locò benedicentiæ Chriſtianis in Synagogis ſuis, maledicere conſueuerunt, vſurpantes eam, quam olim Tyranni, in Chriſti & Chriſtianorum contemptum, detorſerunt *Nazaræorum* vocem, teſtante id D. Hieron.

Iudæi ter in die maledicunt Chriſtianis.

Hiero .in Eſai.cap.49. *Ipſe bonus paſtor poſuit animam ſuam pro ouibus ſuis,& contempſit eam, qui abominationi eſt genti Iudæorum, cui ter in ſingulos dies ſub nomine Nazaræorum maledicunt in Synagogis ſuis.* Item narrat Epiphan. hæreſ.29. *Non ſolum Iudæi hos odio habent, ſed exſurgentes mane & meridie & circa veſperam, ter in die quando preces perficiunt in Synagogis ſuis, deteſtantur ipſos ac exſecrantur dicentes ; Maledic Deus Nazarenis.*

20 Mundanæ ſimiliter ſæcularium ſalutationes ve- *Contemptibiles Aulicorum ſalutationes.*
niunt proſcribendæ, aulicorũ maximè, qui in-
uicem ſibi manuum pedumque exoſculationẽ
dicto vel ſcripto inaniter promittunt, buccis
crepitantibus aſpirant, inſpirant, quum tamen
nihil minus (ſic leue plerumque id hominum
genus) præſtare ſoleant & velint. Nec minus *Salutationes terrenæ.*
culpa carent Chriſtiani, qui Neſtoreos annos,
vitam cõmodam, ſuauem, ſenſualitati gratam,
ac delitiis, non animæ in Deo exultantis, ſed
corporis ac carnis à Deo degenerantis, affluen-
tem apprecantur: facile in actu exercito innu-
entes, cùm ſuos, tum eorum quos ſalutant, ani-
mos, his rebus momentaneis, & bulla velocio-
ribus addictos eſſe. Quæ quam vilia ſint & fluxa
bona, omni exceptione maior dicat Eccleſ. 1.2.
Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Item Sapiens ca.
9.15. *Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam,
& terrena inhabitatio, deprimit ſenſum multa cogitantem.*
Fallimini ô Chriſtiani, fallimini, neque enim
hæc magiſter noſter Chriſtus magni fecit, non
21 hæc in ſuis ſalutationibus, ſed gratiam, ſed pa-
cem per ſe & Angelos eſt apprecatus, mundum
immundum, & mundana contempſit, quinimo
Regnum ſuum non eſſe de hoc mundo, diſerte & coram

iudice eſt conteſtatus: & vos homunciones regnum veſtrum hic ſtabilietis? Non ſic, inſtabiles homines, non ſic ô Terricolæ, pericula non mediocria vos manere denunciat D. Hier. dum ait: *Nil felicius Chriſtiano cui cælum promittitur, ſed nihil difficilius de cuius ſalute continuè certatur.* Nec mirum, quia vt D. Auguſt. ait; *tota vita Chriſtiani, ſi ſecundùm Euangelium viuit, crux eſt.* Quaſi dicat, Illa eſt regula tua, illa amuſſis, & tu ab ea deflectis: proinde iuſtus ac regulæ tuæ commenſus eſſe non potes, quamdiu hæc mundana pronus & tota mente ſectaris, aliiſque affricare pergis.

Vita hominis Chriſtiani.

22 Longè aliam Apoſtolorum & naſcentis Eccleſ. fidelium ſalutationem fuiſſe, Sacræ & Eccleſiaſticæ paginæ docent. Sic D. Paulus 2. ad Theſſalo. 3. 17. *Salutatio mea manu Pauli, quod eſt ſignū in omni epiſtola, ita ſcribo: Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis, Amen.* Quo modo vtitur ſæpe in alijs epiſt. Sic D. Greg. mag. l. 4. epiſt. 37. quēdam Epiſcopum, nomine Anaſtaſium Sinaitam, primo ſede ſua Epiſcopali Antiochena pulſum, at poſtmodum reſtitutum ſalutans, congratulatorias ei literas cum hoc exordio mittit. *Gloria in Excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, quia magnus ille fluuius, qui quondam arentia Antiochiæ ſaxa reliquerat, tandem ad proprium alueum reuerſus, & ſubiectas & iuxta poſitas valles rigat.* In fine autē ei hanc valedictionem impertit. *Amen Gratia; Quæ videlicet verba de ſcriptis veſtris accepta idcirco in meis Epiſtolis pono, vt de S. Ignatio veſtra Beatitudo cognoſcat, quia non ſolùm veſter eſt, ſed etiam noſter.* Videlicet quia eodem epiſtol. ſigillo, ſeu ſalutatione B. Ignatius in ſuis ſimiliter literis vti conſuerat, vt colli-

Modus ſalutandi D. Pauli.

Salutatio D. Grego. Magni.

colligit C.Baron.tom.8.anno Chriſti 595.num. 77. qui tom.9. anno 778.num.12. non abſimilē
23 citat ſancti Ludgeri Monaſterienſis Epiſcopi ad Xixfridum Epiſcopum Traiectenſem epiſtolam, in qua hæc, præter cætera, ponitur cuiuſdam diſcipuli Albini ad eundem Ludgerū ſalutatio. *Salutatio Albini impertita Sancto Ludgero.*

Frater amore Dei, cognato dulcior omni,
Et conſanguineis merito pretioſior ipſis,
Ludger amate mihi, Chriſti te gratia ſaluet.

24 Omnium verò optima & Sacratiſſima fuit illa ſalutatio, cuius meminit Euſeb. lib.5. hiſt. c. 24. quando Rom. Eccleſiæ Epiſcopi, omnibus Catholicæ communionis Coepiſcopis ad ſuam ciuitatem venientibus, Euchariſtiam, ſalutandi gratia obuiam mittebant; vide Franciſ. Suarez in 3.part. D.Tho. quæſt.75.art.1. diſput.46. ſect. 6. coniectur 6. *Epiſcopis loco ſalutationis mittitur obuiam S. Euchariſtia.*

25 Periculoſiſſimas denique iudico amicorū & conſanguineorū ſalutationes, quando proximū ſuum lethali morbo proſtratum, imo extremo ſubinde ſpiritu confligantem, à ſalubrioribus Confeſſionis, Sacroſ. Euchariſtiæ, Extremæ Vnctionis, Conſcientiæ indagandæ, domus ſuæ diſponendæ aliiſq; ſanctiſſimis cogitationibus, in ſuis viſitationibus ac ſalutationibus auertunt, atque omnem coram diſtricto iudice reddendæ rationis conceptum eclipſant, dum aiunt, nullū eſſe mortis periculum, facile morbū euaſuros, hilaritatem animi inſtillant, morbū per ſe grauem, non debere nouellis triſtitiarū animæ curis aggrauari; quibus & ſimilibus aſſentationū ſuarum nugamentis, proximum ſaluberrimo Sacramentorū vſu in extrema agonia ſubinde *Periculoſiſſimæ ſalutationes.*

priuant, animæ verò cùm ſuæ tum agonizantis, æternę damnationis reatum obducunt. O malá, ô fugacem, ô illachrymabilem ſalutationem! Fugite fugite Chriſtiani, atque ad miſericordiæ diuinæ, pacis, ac charitatis (quibus in illo maximè eget proximus conflictu) apprecationem, inuocationem, applicationem cum D. Bern. properate. Hæc ſtrenuè vrgeat Concionator.

Verſ. 3. Chariſſimi omnem ſollicitudinem faciens ſcribendi vobis de communi veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis, deprecans ſupercertari ſemel traditæ Sanctis fidei.

SECTIO PRIMA.

Chariſſimi omnem ſollicitudinem faciens ſcribendi vobis de communi veſtra ſalute.

S*Ecunda pars Epiſtol.* eſtque locus moralis pro 26 veri Paſtoris officio commonſtrando, quod eſt ſpiritalibus neceſſitatibus ſuorum inſtantibus, magna cum ſollicitudine occurrere & prouidere, niſi quis diſtrictæ illi D. Pauli 1. ad Timoth. 5. 8. velit ſubiacere ſententiæ, *Si quis autem ſuorum & maximè domeſticorum curam non habet: fidem negauit & eſt infidelis deterior.*

Quod

Quod hic facit Apoſtolus noſter, præuidens & maturè ſe obijciens peſtiferis rabidarum atque in ouile Chriſtianum iam ſuo tempore furtiuè irrepentium morſibus hæreſeon, quarum proinde deuaſtationi hunc antidotarium præmittit. Dico ergo poſt ſalutationem fratrum, & verbo *Chariſſimi*, captatam beneuolentiam, duplicem hic afferri ſcriptæ epiſtolæ cauſam, externam atque acceſſoriam, videlicet ſollicitudinem zeli atque affectus ſui erga ſalutem ipſorum. Secundò neceſſitatem officij atq. Apoſtolatus, ne decipiantur à ſubdolis hæreticis, quos hîc notat.

DOGMA.

Nimiam ſollicitudinem temporalem damnari, ſed ſpiritalem commendari.

27 D. Thomas 2. 2. quæſt. 55. art. 6. Sollicitudinem in genere definit, *Rationabile ſtudiũ ad alicuius rei conſecutionem aßumptum*, quod maius eſt, vbi timor, minus, vbi eſt ſecuritas. *Sollicitudo autem temporalium futurorum, eſt irrationabile ſtudium quo quæruntur futura tanquam fines & vltra neceßitatem vitæ.* vnde illicita eſt & damnata à Chriſto. Primo quũ temporalia quærimus tanquam finem. 2 quum ita venamur hæc fluxa, vt negligamus ſpiritalia, quibus maximè vacare debemus. 3 dum quis faciens quod debet, timet ne ſibi vitæ neceſſaria deſint; de qua Chriſtus Matth. 6. 31. *Nolite ſolliciti eſſe dicentes; Quid manducabimus aut quid bibemus,*

Definitio Sollicitudinis.

Damnatur nimia Sollicitudo temporalis.

aut

aut quo operiemur? vnde & tales eodem loco vocat homines modicæ fidei & prouidentiæ diffidentes Diuinæ; quos SS. Patres acriter perſtringũt. 28
D. Greg. in moral. hanc damnabilis ſollicitudinis acerbitatem porris comparat, ac cepis, dicens, *Quid per porros & cepas exprimitur (quæ plerumque qui comedunt, lachrymas emittunt) niſi difficultas vitæ præſentis, quæ à dilectoribus ſuis, etſi non ſine luctu agatur, tamen cum lachrymis agitur? Manna ſibi deferentes cum peponibus ac carnibus, porros cepaſque quæſierunt, quia videlicet peruerſæ mentes dulcia per gratiam quietis dona deſpiciunt, & pro carnalibus voluptatibus, laborioſa huius mũdi itinera, etiam lachrymis plena concupiſcunt, contemnũt habere vbi ſpiritualiter gaudeant, & deſideranter appetunt vbi carnaliter gemant.* D. Bern. in quodam ſermo. *Præoccupatum quippe ſæcularibus deſiderijs animum, delectatio ſancta declinat, nec miſceri poterunt vana veris, æterna caducis, ſpiritualia corporalibus, ſumma imis, vt pariter ſapiat quæ ſurſum ſunt & quæ ſuper terram.* Item Chryſ. in cap. 6. Matth. *Nequaquam vlterioris cura diei te conterat: cuius enim diei ſpacium te viſurũ neſcis, quam ob cauſam illius ſollicitudine torqueris?*

Sollicitudo temporalis comparatur porris & cepis.

Abſurditas verò nimiæ illius ſollicitudinis, 29
ex eo pateſcit, quòd Deus hominem ad altiorẽ finem videlicet ſupernaturaliter beatificum ordinârit, in cuius proinde conſecutionem, cõpetentia & ſufficientia eiuſdem Ordinis media deſtinauit; in quorum iugi ſubminiſtratione quum non deſit, in minoribus nobiſque cum brutis communibus auxilijs, parum eius prouidentia dignè, credemus defuturum? Quare non abs re D. Aug. hac bene ponderata ratione; *Creauit Deus* (inquit) *hominem, vt ſummum bonum intellige-*

ret, intelligendo amaret, amando poßideret, poßidendo frueretur; Et Seneca: *Maior ſum & ad maiora natus, quàm vt vile mancipium ſim ſenſuum meorum*. Moueat & illud Pſal. 146. 9. *Et pullis coruorum*, (videlicet dat eſcã) *inuocantibus eum*. Adeo quippe illimitata eſt Prouidentia Diuina, vt etiam viliſſimis coruorum pullis ac beſtiolis non deſit: dum enim à parẽtibus reiecti neceſſaria deſtituuntur eſca, tum Deus illis ſubuenire ſolet, vel rorem (iuxta Euthymium) vel certa quædam, eaque paruula animalcula, in nidis eorundem naſci ſolita, proinde ſubminiſtrando. **Pulli coruorum quemodo à Deo paſcantur.**

31 Menſam verò Propoſitionis olim apud Iudæos ſemper habuiſſe panes, conſtat, non vt ijs Deus ſuſtẽtetur, verùm vt per hoc ſignificetur, abſque intermiſſione Deum de victu humano ſollicitum eſſe, quaſi videat neceſſitatem noſtram quæ pane ſopitur. Vnde & in text. Hebręo, dicuntur Panes facierum. **Panes propoſitionis cur ſemper in menſa.**

Concludamus ergo cum Chryſ. in c. 13. Matt. homil 31. *Sicut viator in via nihil ſollicitus eſt, niſi quod neceſſariũ habet ad vſum. Ita & homo in hoc tranſitu mũdi, nihil debet eſſe ſollicitus, niſi quod opus habet ad vſum*. Et cum communi Adagio: μὴ φορεῖν ϛενὸν δακτύλιον: hoc eſt, *Arctum annulum ne geſtato*; ſiue, vt exponit D. Hiero. *Nè vixeris anxiè*. **Adagium.**

Alia eaque meritoria Sollicitudo eſt, quæ ad ſalutis cùm ſuæ tum proximi, maximè verò ſubditi, ſpiritalem aſſumitur promotionem, de qua hic loquitur Iudas: *De Communi* (inquit) *veſtra ſalute*. nõ de honoribus, opibus, commodis tẽporalibus, &c. Ea ſalubriter animarum directioni præſidenti ſummopere eſt neceſſaria, & gratiæ Diui- **Sollicitudo ſpiritalis.**

næ miſeratione, paſtoribus impertitur Rom. 12. 8. *Qui præeſt in ſollicitudine.* Quamobrem D. Bern. licet pauculas haberet oues, eaſque bonas & ouili clauſtrali benè munitas; munus tamen ſuũ paſtorale vocat: *Cumulum ſollicitudinis, & pondus timoris.* de quo B. Thomas noſter à Villanoua Homil. in Dom. 3. Aduent. vnde qui hanc curam muneri ſuo non adſciſcit, magno ſe damnationis periculo ingerat eſt neceſſe, iuxta illud D. Chryſoſt. diſt. 40. Cap. Multi; *Quicumque deſiderauerit Primatum in terra, inueniet confuſionem in cælis.* Proinde D. Pauli ſano conſilio pareat omnis Chriſtianus, ſi animæ ſuæ conſultum velit; *Nemo* (inquit Hebr. 5. 4.) *ſumat ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* is enim honorabilem Sacerdotij ſtatum illicitis vijs & medijs non ambiuit, verùm à Deo virgæ florentis indicio eſt electus, Num. 17. Nec mirum, quia Deus cũ omni Prælato tanquam Domino gregis hanc ſtrictam inijt rationem, & ſedulæ curæ implicitum pactum 3. Regum 20. 39. *Cuſtodi virum iſtum, qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima eius.* Item tanquam cum Speculatore, Ezechiel. 3. 17. *Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impium, Morte morieris, non annuntiaueris ei, neque locutus fueris vt auertatur à via ſua impia, & viuat; Ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram.*

Mira ſollicitud. paſtoralis exempla. Miris huiuſmodi ſollicitudinis ſpiritalis ex- 32
emplis plena eſt Pagina Sacra: primò, Exod. 32. 32. Num. 11. &c. Moyſes ſemel atque iterũ magna cum inſtantia deprecatur Pop. Iſraeliti-

ci

ti ſibi commiſſi offenſam : *Dimitte eis hanc noxam , aut ſi non facis , dele me de libro quem ſcripſiſti:* Item. *Cur impoſuiſti pondus vniuerſi Pop. huius ſuper me? nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem , vel genui eam, vt dicas mihi, Porta eos in ſinu tuo , ſicut portare ſolet nutrix infantulum, & defer in terram pro qua iurâſti Patribus eorum.*

Secundò eandem videre eſt in D. Paulo varijs locis, maximè Galat. 4 19. vbi mirè angitur & laborat, quatenus in ipſis tota de Chriſto fides perficiatur: *Filioli mei quos iterũ parturio, donec formetur Chriſtus in vobis: vellem autem eſſe apud vos modo , & mutare vocem meam, quia cõfundor in vobis*, hoc eſt de leuitate veſtra.

Tertiò, eadem fuit ſollicitudo matris 7. Machabæorum fratrum, quos in ſupplicijs cohortata ad conſtantiam martyrij, nouiſſimè & ipſa
33 cõſumpta fuit, de quo 2. Macha. c. 7. Cuius feliciſſimis beata Felicitas, teſte D. Greg. homil. 3. inſtitit veſtigiis. Nam ſeptem quos enixa fuit filios, ſic timebat viuos poſt ſe in carne relinquere, ſicut ſtultæ matres nimio percelluntur timore, ne viuos præmittant. Vndè tempore perſecutionis filiorũ corda prædicando roborabat, animabat , & ita ſpe ſupernæ gloriæ erigebat, vt prædicatione pepererit Deo, quos fallaci & periculoſo, carne ſua, pepererat mũdo; vide D. Aug. ſerm. 110. de diuerſis, vbi eam vocat *fæcundiorem virtutibus quàm fœtibus: videns enim certantes, in omnibus & ipſa certabat; & in omnibus vincentibus , etiam ipſa vincebat.*

B. Felicitatis laudabilis felicitudo.

34 Conſimile & mirum paſtoralis curæ exemplum de S. Dunſtano, impudicum Angliæ Regem

gem Eduinum à luto actualis peccati,auellente refert Oſbertus in vita Dunſtani. Mulier ſcilicet quædam nobili progenie nata, filiam adultam habebat; vtramque ſanè,quantum ad corpus attinet, formoſa ſpecies,ſed quæ plerumq; periculoſa,decorabat. At (quod pudicis mentibus non paruæ erat offenſioni) libidinoſus animus & habitus,qui iuxta in eis operabantur, eandem ſpeciem valde decolorabant. Hæ ergo præfato Regi Eduino indefeſſis blanditiis ac nutibus illecebroſis adhæreſcentes, eius tædas deperibant iugales. Ad quas & in quarū fœdam libidinē Rex exardeſcens, indecenti amplexu, nunc hanc nunc illam,neutrius ad aſpectum in hoc erubeſcens, diſtringebat. Quid plura? Ipſo die quo in Regem conſecratus eſt Eduinus, à loco conuiuij,in quo cum Archiepiſcopis,Epiſcopis, Abbatibus, totiuſque Regni Principibus ſedebat, iam pranſus exilijt, tamque honorato Primorum Regni conſeſſu fœdè relicto,in cameram vbi præfata ſcortilla hærebant, ſolus ſecedit, capitique corona ſublata, ſe inter illa medium iecit. Quod Optimates ſubolentes,reique indignitati iure indignati, Odonē Cantua- 35
rienſē Archiepiſcopum,au&oritate cæteris præſtantem vnanimiter hortantur,quatenus miſſis internuncijs, Regem ſiue volentem ſiue nolentem reduci curaret. Ad quod agendum,quū hi & illi regiam metuentes iram, ſe excuſarent, tandem ſuper Dunſtanum eiuſque conſanguineum Kinſinum, Epiſcoporum lata eſt ſententia. Quiproinde Pontificis eminentioris aliorumque omnium præcepto parentes, Regem ad-

Eduinus Rex Angliæ libidinoſus.

S. Dunſtanus & Kinſinus arguūt Eduinum

adeunt, quem in medio præfatarum fœminarũ reperiũt decubantem. Dunſtanus ergo vti verũ decuit caſtitatis amatorem, nõ cedens ignominiæ mulierum heroicarũ, nõ inſulæ Regali, quinimo audentiùs inſtans, primũ in earũ laſciuiã, aſperrima increpationis vultu ac voce cõtorquet verba. Regem deinde vt ſe tanti opprobrij faceret exortem, compellat, voceque ſummiſſa precatur, quatenus ad proceres redire, eoſq́. præſentia ſua exhilarare dignetur: qui tamen animi ſui furore, vultus autem rubore
36 perfuſus, rediturum ſe negat. Dunſtanus ergo (ô mirum & vero paſtore dignum zelũ!) manum arripiens regis, à loco decubationis abſtrahit violenter, impoſitoq́. capiti eius diademate, ad conuiuantes, magno totius conſeſſus gaudio, introduxit. Quod iniquiùs libidinoſæ bertæ ferentes, ſæuis verborum fulminibus in Dei virũ debacchari cœperunt; at quas tanti ac ſancti viri omnimoda innocentia vicit. Vide Surium die 19 Maij.

S. Dunſtanus abſtrahit Eduinũ à lateribus ſcortillorum

Ex quo facile patet, quanta ſollicitudine ſubditorum vitijs & malis obuiare conueniat Prælato, Epiſcopo, & maximè quidem Pontifici Romano, cui omnium totius orbis Eccleſiarum cura eſt demandata. Si enim Angelus coram ſummo numine iugiter ſe ſiſtens, vnicam ſibi cuſtodiendam ouem ſufficere arbitratur, quam non circumferent ſollicitudinem ij, qui 100. qui 1000, qui 2000, qui 60000, qui 100000, ouiũ curam ſuſceperunt?

Vt mirum ſit & contra rectam militet rationem, tanta ſibi homines extrinſecus officia

euocare, onera accerſire, adeoque damnationis cauſam donis anhelare.

Vera ſalus eſt communis.

Quomodo autem vera ſalus & media, ſignanter fi- 37 des, debeant eſſe communia, non particularia Simonis Magi, Carpocratis, Gnoſticorũ, Martini Lutheri, Ioan. Caluini, Mennonis, Bezæ, (quorum omnium Religiones ſunt diſcrepantes & ſingulares) quomodo vniuerſalitas requiratur doctrinæ, ſatis patet ex his verbis; *De communi veſtra ſalute,* & nos latiùs diſcutiemus infrà verſ. 19 ſect. 2. num. 27. vbi expenditur vniuerſalitas Eccleſiæ Catholicæ.

SECTIO II.

Neceſſe habui ſcribere vobis.

HActenus de vna externa ſcripti epiſtolij 38 ſui cauſa, nunc agendum de altera, videlicet de neceſſitate ex falſorum fratrum & Pſeudomagiſtrorum clanculario ſubintroitu reſultante. Contra quorum proinde & venenoſa dogmata & vitam impuram, calamum exacuit Iudas, dicens:

Neceſſe habui ſcribere vobis: q. d. Ratione officij & Apoſtolatus mei, noua conſtringor neceſſitate hunc vobis antidotarium exarare, monens vt in accepta fide perſeuerantes nullis cedatis Adiaphoritarum, Borboritarum, & ſimilium impoſtorum peruerſis dogmatibus, contra Chriſtum & vitæ Chriſtianæ puritatem militantibus: ipſi enim Dei gratiam transferunt in luxuriam, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negant,

Lo-

39 Loquitur autem de neceſſitate, non in malum aut liberi arbitrij prçiudicium vergẽte, ſed ex malis occaſionaliter, maius fidei bonum morumq́. ſaniorẽ reformationẽ ſubinde cauſante, de qua D. Bern. tract. de diſpenſatione, *Felix neceſſitas quæ cogit in melius*. hac conſtrictus filius prodigus Luc. 15. 18. ad meliorem redijt mentem, dicens, *Pater peccaui in cælum & coram te: iam non ſum dignus vocari filius tuus, &c.* Hac varij peccatores conſtricti, nec vlterius aſperrimam remordentis conſcientiæ carnificinam perpeti valentes, adeoque ad extremam bonorum ſupernaturalium, & corporalium aliquando, inopiam redacti, ad Deum in toto corde ſuo reuertuntur.

Neceſſitas ex malo occaſionaliter orta quomodo bonum operetur.

40 Eadem ex peccati Originalis reatu, prolapſi generis humani neceſſitas, fuit etiam ratio mouens & inclinans Diuin. voluntatem ad Incarnationem, non ſolum quoad aliquas conditiones eius, ſed etiam abſolute & ſimpliciter quoad Subſtantiam infiniti, increati, adeoque ſummi vnionis Hypoſt. Boni. Quamuis Franciſ. Suarez nolit hanc fuiſſe primam, ſed ſecundã rationem, ordine rationis, vt docet 3. part. Sum. D. Thom. quæſtio. 1. art. 4. & 5. diſput. 5. ſectio. 5. fol. 154. colum. 1. editionis Moguntinæ.

Neceſſitas Redẽptionis, mouit etiam D. voluntatem ad Incarnationẽ.

Vnde Athan. l. de Incarn. Verbi. *Vt ſcias ex cauſa noſtra Aduentus ad nos occaſionem, rationemque ſuiſſe, noſtramq́ȝ præuaricationem accerſiuiſſe Verbi clementiam, vt ad nos deſcenderet & appareret inter homines Deus.* Hactenus Athan.

41 Sanè *oportere & hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt manifeſti fiant in nobis*, docet Apoſtolus 1. Corint.

11.19. Tanta quippe eſt D. Sapientiæ & Bonitatis immenſitas, vt ſchiſmata, errores & hæreſes in Eccleſiam perrumpere, eamque oppugnare non permitteret, niſi maius terſioris fidei, & diſciplinatioris vitæ emolumentum, inde ſponſam ſuam deducere præſciret: quoties enim noua aliqua hæreſis repullulauit, toties explicatiorem certi articuli, vt SS. Trinitatis, Filij & Spiritus Sancti in Diuinis æqualitatis & Conſubſtantialitatis, veræ Chriſti humanitatis, Diuinitatis, Deiparæ cùm Virginitatis, tum Maternitatis, gratiæ D. neceſſitatis, virium humanarum in ord. ad Iuſtificationem inſufficientiæ, bonorum operum neceſſitatis, efficaciæ Sacramentorum, proceſſion. Spiritus S. à Filio, realis corporis & ſang. Chriſti in Euchariſtia exiſtentiæ &c. intellectum, vitæ autem propter aduerſariorum calumnias, cumulatiorem nitorem atque obſeruantiam, ex hæreſi non per ſe, ſed per accidens eſt aſſecuta: iuxta illud tritum Philoſophor. Axioma, *Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcũt.*

Hæreſis cauſatur explicatiorem articulorum fidei intellectum.

Axioma.

Teſtis huius rei locuples vnus nobis ſuffecerit Aug. in Pſal. 67. ad illum verſ. 31. *Congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos qui probati ſunt argento.* Vbi per tauros, deceptionũ hæreticos intelligit magiſtros; ſicut enim tauri, excuſſo iugo quaquauerſum effrænes feruntur: ita Pſeudoeuangelici hereſiarchæ, ſacrilegè excuſſo Rom. Pontif. Chriſti in terris vicarij ſuauiori iugo, in incertum opinionum, errorum ac vitiorum Labyrinthum feruntur. Hi ergo tauri verſantur in vaccis populorum, id eſt, inter vulgus indoctum & mulierculas inconſtantes, 42

Explicatio illius Verſ. Congregatio Taurorum, &c.

Heretici ſũt Tauri.

quas

quas quarumq́ue miniſterium ſibi ad ſuum intentum aſciſcere ſolent. At non permittuntur hi tauri in vaccis Populorum, ſine euidente Eccleſię vtilitate; nam excluduntur, ſiue eminent, immo ipſi occaſionaliter eminere faciunt viros doctos qui probati ſunt, ſiue excellunt Diuino eloquio ſimili argento. Pſal. 11.7. Sic e-
43 nim ait D. Aug. *Tauros vocans, propter ſuperbiam duræ indomitæq́ue ceruicis: ſignificat enim hæreticos; vaccas autẽ pop. ſeducibiles animas intelligendas puto, quia facile hos tauros ſequuntur. Non enim Pop. vniuerſos ſeducunt in quibus ſunt graues & ſtabiles, vnde ſcriptum eſt, In Pop. graui laudabo te: ſed in his pop. quos inuenerint vaccas. Ex his enim ſunt qui penetrant domos & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs deſiderijs erroris, ſemper diſcentes & ad veritatis ſcientiam nunquam peruenientes. Quod autem ait idem Apoſt. Oportet & hæreſes eſſe, vt probati manifeſti fiant in vobis, hoc etiam hic ſequitur: vt excludantur ij qui probati ſunt argento, id eſt, qui probati ſunt eloquiis Domini; eloquia quippe Domini, eloquia caſta, argentum igne probatum terræ: nam excludantur* (legit ipſe, *vt excludantur ij*) *dictum eſt, appareant, emineãt; quod ait ille: manifeſti fiant; vnde & in arte argentaria, excluſores vocantur; qui de confuſione maſſæ, nouerunt formam*
44 *vaſis exprimere. Multi enim ſenſus Scripturarum Sanctarum latent, & paucis intelligentioribus noti ſunt, nec aſſerũtur commodiùs & acceptabiliùs, niſi cùm reſpondendi hæreticis cura compellit. Tunc etiam qui negligunt ſtudia doctrinæ, ſopore diſcuſſo, ad audiendi excitantur diligentiam, vt aduerſarij refellantur. Denique quàm multi Scripturarũ Sanctarum ſenſus de Chriſto Deo aſſerti ſunt contra Photinum? quàm multi de homine Chriſto contra Manichæum? quàm multi de Trinitate contra Sabellium? quàm*

Hæretici faciunt eminere viros doctos.

Vaccæ ſunt Pop. ſeducibiles.

Hæretici ſũt cauſa cur aperiantur Senſus Scripturarum.

multi de vnitate Trinitatis contra Arianos , Eunomianos, Macedonianos? Et poſt pauca. *Quorum tamen ſenſuum probati aſſertores aut prorſus latêrent, aut non ita eminerent, vt eos eminere fecerunt ſuperborum contradictiones.*

Idem tom.1. de vera Relig. c.8. *Ex his omnibus hæretici ſiunt, qui etiamſi eſſent in Eccleſia, nihilominus errarent: quum autem foris ſunt, multum proficiunt, non veritatem docendo, quod neſciunt, ſed ad veritatē quærendā, carnales, & ad aperiendam, ſpiritales excitando.* Ibidem, *Vtamur igitur etiam hæreticis, non vt eorum approbemus errores, ſed vt Catholicam diſciplinam aduerſus eorum inſidias aſſerentes, vigilantiores & cautiores ſimus; etiamſi eos ad ſalutem reuocare non poßimus.* Item de Ciuit. Dei 45
l.18.c.51. *Inimici omnes Eccleſiæ quolibet errore cæcentur, vel malitia deprauentur, ſi accipiunt poteſtatem corporaliter affligendi, exercent eius patientiam: ſi tantummodo malè ſentiendo auerſantur, exercent eius ſapientiam Vt autem etiam inimici diligantur, exercent eius beneuolentiam aut etiam beneficentiam, ſiue ſuaſibili diſciplina cum eis agatur, ſiue terribili diſciplina.* Idē docet l.7. Conf. c.19. Item in Pſal. 54. prope finem. De Geneſ. contr. Manich. l.1. c.1. epiſt. 105. ad Sixtū. De ciu. Dei l.16. c.2. de vera Relig. c.6. & alijs plurimis locis. vide etiam Iſidor. l.1. de Summo bono c.19.

Heretici excitant ad maiorem diſciplinam.

Heretici exercent Eccleſiæ patientiam Sapientiam & beneficentiā.

Eandem certè neceſſitatis felicitatem, varia 46
nos docent noui Teſtamenti inſtrumenta, quibus ego Eccleſiam cariturā crediderim, niſi hæreticorum vel præſentes vel preuiſæ technæ, Apoſtolos & Euangeliſtas, ad dogmatū Sacrorum Antidota præſcribenda induxiſſent. An non Ebion & Cherinthus, D. Ioanni Euangelium, D. Paulo, Iacobo, Ioanni, Petro & tandem Iudæ noſtro, diuerſiſſimi Pſeudoapoſtoli, ſuas

Multa Noui Teſtamenti inſtrumenta ſcripta pro. pter hæreticos

Cathol.

Cathol. epiſtolas exarandi occaſionem dedêre? Quid memorem S. Apocalypſin, quæ teſte D. Hieron. ad Paulinum, *tot habet Sacramenta quot verba*, an non eam edicere iuſſus à Deo Ioannes, propter nouiſſimorũ temporum Pſeudoeuangelicos ſeductores, maximè Antichriſtum, cuius omnes & ſinguli hæretici ſunt præcurſores? contra quorũ perículoſiores impreſſiones diuina hęc Apocalypſis vmbonis loco deſeruit.

47 Laudo proinde laudo Ioannem Chryſoſt. qui ad æmulatiónem conuentuum & Hymnorum Arianorum, in contemptum Catholicorum ſeu Conſubſtantialium compoſitorum, alias inſtituit reſponſorias cantiones. Quũ enim Ariani, (referentibus Socrate l. 6. c. 8. & Sozomeno l. 8. c. 8.) Theodoſio imperante, vrbanis eccleſijs, in ciuitate Conſtantinopolitana priuati, nocturna conuenticula ſua, intra portas vrbis, circiter porticus celebrarent, alternantibus choris animoſe canebant, atque ad Arianam opinionem reſpondebant. Donec illuceſcente die, per mediã ciuitatem, publice eaſdem cantilenas reſumentes, portis egrediuntur, & ad loca, in quibus conuenire ſolebãt, contendũt; contumelioſas, ſchiſmaticas ac litigioſas cãtilenas, in deſpectũ conſubſtantialiũ, in hunc modũ adijcientes: *D. Chryſoſt. ad æmulationem Arianorum nocturnas inſtituit modulationes.*

48 *Vbi ſunt hi qui tria numina vnam dicunt eſſe Poteſtatem?*

Quamobrem D. Chryſoſt. veritus ne quis ex Eccleſiæ ſuæ corpore, ad eorum cœtum, his cantionum illecebris pellectus deficeret, neceſſariũ duxit Pop. ſuũ ad conſimilem canendi modum exſuſcitare; vnde certos deſignauit qui nocturnis hymnis decantandis ſtrenuam re- *Contumelia Arianorum.*

reciprocè operam nauarent, Arianorum ea in re conatum reprimerent, ſuos verò in auita fide confirmarent. Quod & factum eſt: nam Conſubſtantiales ſeu Catholici, breui tempore illuſtriores facti, Arianos cùm frequentia ſuperabant, tum apparatu; crucis quippe argenteæ ſigna quibus cerei imponebantur, eos præcedebant, ſumptus ſuppeditante Eudoxia Imperatrice. Quod ferre non valentes Ariani, de noctu excitato tumultu Briſonem Imperatricis Eunuchum (qui partes canentium hymnos ad commendationem fidei Conſubſtantialis tuebatur) lapide in fronte percutiunt. Catholici verò ex huiuſmodi cauſa, canere prædicto modo exorſi, in præſentem vſque diem ita perſeuerârunt, inquit Sozomenus.

Catholici in Germania cur certas cantilenas lingua vernacula canūt in Templo.

Conſimili planè modo, quo ad æmulationē 49
Lutheranorū aliorūq. hæreticorū, lingua vulgari in cœtibus ſuis Pſalmos modulantiū, vidi in Archiepiſcopatu Treuirenſi (idē intellige de Bauaria & alijs pluribus German. Cathol. Prouincijs) in tēplis ſub auguſtiſſimo Miſſæ Sacrificio, itē cōcione, promiſcui ſexus & ætatis Catholicos, hymnos eccleſiaſticos, Aduētuales, Natalitios, Paſchales, Pentecoſtales, atq. adeò tēpori & feſto cōgruētes, ſūma deuotione, mentiſq; piæ iubilo, ſed lingua Germanica, cātillare; quo & conatui Luther. nō cedant, & ſe intra Cathol. fidei limites, hac etiam ratione contineant.

Poſtremò vt finem imponamus, & ad ea quæ ſo oculis noſtris in Germania partim ſuperiore, partim inferiore, conſpicati ſumus, conuertamus intellectū, an non Lutheranæ, Caluinianæ,

iiſque

iiſque affinium hereſeon miſeranda neceſſitas, maioris boni, reformatioris Catholicorũ vitæ, perfectioris ſcientiæ cùm Scholaſt. tum poſitiuæ, explicatiorum fidei, vtputà de Iuſtificat. lib. arbitrio, bonorum operum merito ac neceſſitate, efficacia Sacramentorum, charactere ac numero, Sanctorum Inuocatione, Indulgentiarum virtute, vſu ac veneratione imaginum & Reliquiarum, de Autore peccati, de Tranſſubſtãtiatione reali panis & vini, in Corpus & Sanguinem Chriſti, de Illegitima ac furtiua miſſione omnium Geuſicolarum hæreticorum ſeu magiſtellorum Eccleſiæ Pſeudoreformatæ, de Primatu Rom. Pontif. aliorumq́ue plurium articulorum, occaſionem ſubminiſtrauit?

Hæreſes M. Lutheri & Io. Caluini, vitæ reformatioris & maioris ſcientiæ occaſionem dedeꝛunt.

Quamobrem ſi D. Auguſt. in Pſal. 54. dicere
51 licuit, non eſſe perfectè tractatum de Trinitate, antequam oblatrarent Ariani; non de Pænitentia, antequam obſiſterent Nouatiani; non de Baptiſ. antequam foris contradicerent Rebaptizatores: certè idem proportionaliter de Luthero, Caluino, Stancaro, Swenckfeldio, Carolſtadio, aliiſque interminatis eorundem contubernalibus, inferre licebit: Tantarum homines iſti, Controuerſiarũ, Apolog. Indaginum, Tract. Diſputat. Reſolutionum, Quæſtio. Libror. Demonſtrat. Commentariorum (quibus mirificè fides & Theologia illuſtrata) Catholicis, ſicut olim Iudæ, anſam dedêre. Plura vide apud Arnald. Sorbin. hîc, Staniſl. Hoſium in Confutat. Prolegom. Brentij, l. 3. de auctorit. S. Scripturæ, prope initium, & Greg. Nunnium Coronel l. 6. de optimo Reip. ſtatu, cap. 12.

SECTIO III.

Deprecans ſupercertari ſemel traditæ Sanctis fidei.

CLaſſicum iam canit Iudas, deprecatoriè, 52
monens fideles, vt fide non mutata, ſed ſemel, hoc eſt primùm & perfectè Apoſtolis à Chriſto tradita, grauiter vſque ad externā profeſſionem, etiam mortem ipſam incluſiue, pro ea decertent. Quod facile totius epiſtol. eſt argumentum.

Paſtorum eſt modeſtè agere cum ſubditis.

Deprecans, ſcilicet vos, non iubens, non imperans, ſed ſicut D. Paulus 2. ad Timoth. 4. 2. Apoſtolica & humilitate plena moderatione, *obſecrans in omni patientia & doctrina.* Paſtorum quippe eſt mediante modeſtia & ſpiritus longanimitate, aditum ſibi ad corda ſubditorum præparare, monente Eccleſiaſtico cap. 4. 35. *Noli eſſe ſicut leo in domo tua, euertens domeſticos tuos, & opprimens ſubiectos tibi.* Vnde Sanctus quidam licet vtrumque extremum declinaret, rigorem ſcilicet atque officij remiſſionem, ſæpiùs tamen dicere ſolebat, ſe malle nimiæ clementiæ, quàm auſteritatis, in tribunali Dei opt. max. incuſari.

Supercertari, ſcilicet à vobis. Oecumenius 53
legit: *vt rurſum certetis pro fide ſemel tradita Sanctis.* Quæ lectio ſatis conſonat Textui Græco, vbi ponitur ἐπαγωνίζεσθαι; neque enim ponit ἀγωνίζεσθαι, ab ἀγωνίζειν, quod ſignificat certare, deriuatum; ſed ἐπαγωνίζεσθαι, ab ἐπαγωνίζειν, quod ſignificat magno conatu reluctari, & reſumptis viribus iteratò atq; audentiùs inſtare.

Ἐπαγωνίζεσθαι.

Hugo

Hugo Cardinal. ſic exponit;primò vt ſignificetur ſuper fidem & opera, certamen paſſionum per patientiam, ab Apoſtolo requiri, de quo Hebr. 10. 32. *Rememoramini autem priſtinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen ſuſtinuiſtis paſsionum.* Vel ſecundo, vt *Supercertari*, non pro temporalibus & terrenis, ſed ſupernis ſignificet certare, de quo Eccleſiaſt. 4. 33. *Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſque ad mortem certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos*; & Luc. 13. 24. *Contendite intrare per anguſtam portam, quia multi, dico vobis, quærent intrare & non poterunt.* Verùm prior ſenſus Patrum lectioni & text. Græco conformior euadit.

Supercertare quid ſignificet.

54 *Semel tradita Sanctis fidei.* Conſtructio eſt; Vt ſupercertetis fidei traditę ſemel Sanctis, ita vt Datiuus (*Sanctis*) non à ly *Supercertari*, ſed à ly, *Tradita*, regatur. Eraſmus quidem in Annotatio. id ſentit, aſſerens τοῖς ἁγίοις, hoc eſt Sanctis, referri ad ἐπαγωνίζεσθαι. Verùm Ioan. Gagneius in Scholijs, annotat opinioni Eraſmi repugnare, quod τοῖς ἁγίοις, mediat inter τῇ παραδοθείσῃ, & τῇ πίστει. Sic enim habet lectio Græca: παρακαλῶν ἐπαγωνίζεσθαι ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει. Iam verò ἐπαγωνίζεσθαι, ad viciniorem datiuū, ſcilicet τῇ παραδοθείσῃ πίστει, referri debet, quaſi dicat, Vt laboretis & decertetis pro fide quæ ſemel tradita eſt Sanctis, neq. n. alia vera quærēda eſt, præter eam quæ Sanctis tradita eſt à Deo.

55 Cæterùm illud (*Semel*) ſignificat primò fidei puritatem & perfectionem quæ Apoſtolis deſuper eſt data, quando eis aperuit ſenſum vt intelligerent Scripturas, Luc. vlt. 45. *Tunc aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas.* Secundò accipitur pro

Significatio vocula, Semel.

pro(immutabiliter) ita vt deſignetur ſempiterna fidei conſtantia. Quo ſenſu Deus dicitur ſemel loqui, Iob. 33. 14. *Semel loquitur Deus & ſecundò idipſum non repetit.* Et Pſal. 61. 12. *Semel locutus eſt Deus.* hoc eſt firmiter & certò, ita vt irritum reddi nō poſſit: vnde Matth. 24. 35. *Cælum & terra tranſibūt, verba autem mea non præteribunt.* & Eſai. 46. 10. *Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet.* 3. denique, *Semel*, propter vnitatem veræ fidei & Auctoris, inquit Lyranus, neque enim plures ſunt fides quæ poſſint ſaluare, ſed vna duntaxat, ſcilicet vera, Epheſ. 4. 5. *Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptiſma.* Sicut vna duntaxat eſt Eccleſia vera Chriſti Sponſa, quam Catholicam ſeu vniuerſalem appellat Scriptura, per totum orbem terrarum diffuſam; *Quæcunque enim* (ait D. Aug. l. 4. de Symbolo cap. 10. *congregatio cuiuſlibet hæreſis, in angulis ſedet, concubina eſt, non Matrona.* Ad eundem prorſus modum, omnis fides à Chriſto & Apoſtolis non deriuata; non fides, ſed infidelitas eſt dicenda.

Quomodo Deus ſemel loquatur.

Vna tantum eſt fides Vna Eccleſia in qua ſalus.

Congregatio hæretica Concubina eſt, non matrona.

Duo hîc occurrunt Dubia moralia ratione verborum præcedentium.

DV-

DVBIVM I. MORALE.

Vtr. ſic obligemur ad externā fidei Catholicæ Profeſſionem, vt nullo caſu, etiam propoſitæ mortis, liceat eam exteriùs verbis aut ſignis negare, modò interim corde firmiter retineatur?

56 EVſeb.l.6.c.31.ex Origene,refert Helceſaitas hæreticos aſſeruiſſe, fidei negationem indifferens quiddam eſſe. Qui enim interiore mentis iudicio,rectè de fide ſentit,tametſi ore, quum neceſſitas illum eò detruſerit,fidem perneget,eum tamen animo firmiter illi adhæſurum. Eundem errorem tenuere Samſæi & Priſcillianiſtæ,teſte D.Aug.li.de hæreſ.c.70. Item Bogomiles,teſte Zonara in vita Alexij Imperatoris. Denique noſtro ſæculo Anabaptiſtæ, referente Staphylo in epitom.Theol. Lutheri, part.3.& Libertini,quos Cal.l.1.Inſtitut.c.9.§.1 *vertiginoſos vocat & Spiritus magiſterium faſtuoſiſſimè obtendentes*. Cæterùm ſalubriori D.Iudæ monitioni de neceſſaria ſupercertatione, inſiſtendo ,pro veritate

Helceſaitæ Hæretici.

Samſæi.

Priſcillianiſtæ.

Borgomiles.

Anabaptiſtæ. Libertini.

57 *Dico primo*: Nunquam etiam propoſito mortis metu,licere exteriùs fidem negare, quantumcumque mente dicatur retineri.

Nunquam licet exteriùs fidem negare

Probatur 1. Matth.10. 33. *Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo qui in cælis eſt*. vbi Dominus loquitur etiam de ijs qui metu mortis negant,vt patet ex An-

tecedent. verſ. 28. *Nolite timere eos qui occiduntcorpus, animam autem non poſſunt occidere*. 2 probatur conſtantia martyrum, qui nullis tormentis induci potuerunt, vt aliquid verbo, ſigno vel facto, in fidei præiudicium committerent, ipſam potiùs parati mortem ſubire.

Quod expendens D. Gregor. Naz. Orat. in nouam Dominicam, docet, *in fide non eſſe vtroque poplite claudicandũ, nec diſpenſatione vtendũ.* Et D. Aug. l. de fide & Symbol. c. 1. *Fides officiũ à nobis exigit & cordis & linguæ. Ait enim Apoſt. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Oportet nos eſſe & iuſtitiæ memores & ſalutis, quandoquidem in ſempiterna iuſtitia regnaturi, à præſenti ſæculo maligno, ſalui fieri non poſſumus, niſi & nos ad ſalutem proximorum nitentes, ore etiam profiteamur fidem quam corde geſtamus*

Negare fidẽ eſt mendacium pernicioſum.

Nec ratio deeſt propoſit. quum negare fidẽ 58
exteriùs, ſit mendacium pernicioſum, irrogat enim iniuriam ſummæ veritati, cuius teſtimoniũ expreſſe vel implicitè negauit; qui enim dicit ſe eſſe Geuſicolam, Caluiniſtam, aut non eſſe Catholicum, implicitè dicit Chriſtianam fidem non eſſe veram, proinde Deum mentiri, qui eam ſuo teſtimonio confirmauit.

Patres reprehendunt Libellaticos.

Vnde grauiter à Sanctiſſimis Patribus olim, 59
maximè D. Cypr. ſermon. de lapſis, reprehenſi fuere quidam Chriſtiani, *Libellatici* dicti, qui licet idolis non ſacrificaſſent, tamen pecunijs à iudice obtinebant libellos, quibus continebatur eos Imperatorum mandatis feciſſe ſatis. Nõ ſic ſimulauit Eleazarus, vir ætate prouectus, & vultu decorus, 2. Machab. 6. 24. qui ne ſimulatè quidem contra legem Diuinam carnibus porcinis

cinis voluit veſci, *non enim* (ait) *ætati noſtræ dignum eſt fingere, vt multi adoleſcentes arbitrantes Eleazarum 90 annorum, tranſiſſe ad vitam alienigenarum, & ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus, decipiãtur, & per hoc maculam atque exſecrationẽ meæ ſenectuti conquiram.* Non ſic Diuinus ille Sabas, qui ex abditis Eremi penetralibus exiliens, quũ vidiſſet quibuſdam non immolatas carnes obtrudi, vt edicto Imperatoris de comedendis Idolothytis ſatisfeciſſe viderentur, alta voce & zelo ardentiſſimo exclamauit : *Qui has comederit, Chriſtianus eſſe non poterit*, de quo Metaphraſtes.

Zelus Eleazari.

Vox zeloſa S. Sabæ.

60 Libet hîc adijcere eam fidei zeloſam confeſſionem, quam creberrimis acclamationibus populus Conſtantinop. publicè & magna animi contentione edit in Iuſtini Imperatoris inaugurati, ſolemni ad templum deductione, de quo acta publica Synodi Conſtantinop. contra Anthimum celebratæ, apud Baron. tom. 7. anno Chriſti 518. num. 4.5.6.7.8. &c. Quum enim Iuſtinus Imperatoria purpura veſtiretur, atque à militibus prætorianis Imperator declararetur, Populus ſummo gaudio perfuſus, vt ſciebat Ioannem Patriarcham ſuum ſemper quidem fuiſſe Catholicum, verùm ſub Anaſtaſio perſecutore, timore correptũ, ad tempus ſilentio obriguiſſe; eum in Eccleſia cum venerab. Clero & Imperatore, circa ambonem conſiſtentem, his verbis compellat & acclamando vrget:

Confeſſio fidei zeloſa Populi Conſtantinopolitani.

Vel exeas vel prædicabis, multi anni Imperatoris, Iuſtine Auguſte tu vincis. Synodum Chalcedonenſem modò prædica, quia Iuſtinus regnat. Quem times? Seuerum Manichæum foras eijce. Synodum Chalcedonenſem modò prædica.

dica. Qui non anathematizat Seuerum, Manichæus eſt. Eÿce foras Seuerum; nouum Iudam eÿce foras. Inſidiatorem Trinitatis eÿce foras. S. Synodum modò prædica. Heus obteſtor, vel prædicabis vel exies.

Iidem paulo antè in hæreticos, ſonoris ad rythmum & muſicos modos attemperatis vocibus conclamârant.

Multi ſint anni Imperatoris, multi anni Auguſtæ, Seue- 61
rum Manichæum eÿce. Qui non loquitur, Manichæus eſt. Effodiantur oſſa Manichæorum; S. Synodum modò prædica. Multi ſint anni Imperatoris. Multi ſint anni Patriarchæ digni Trinitate. S. Synodus modò prædicetur digna Trinitate. Maria Θεοτόκος (id eſt, Dei genitrix) *eſt digna throno. Sancta Maria Dei genitrix eſt.*

D. Virgo Θεοτόκος *prædicatur.*

Quibus acclamationibus tandem Seueri cõdemnationem atque anathematizationem à Ioan. Patriarcha obtinuerunt.

Ambigue vel ignoranter reſpondẽtes circa fidẽ peccant,

Dico 2: peccat etiam contra præceptum fi- 62
dei, qui à iudice vel priuato interrogatus de certitudine aut veritate Relig. Cathol. vel Papiſticæ; aut dicit ſe neſcire, aut ambiguè reſpondet, aut tacet, ita vt Tyrannus & alij putent ipſũ non eſſe talem. Prior pars patet, hoc ipſo enim quòd ſe reſpondet neſcire, oſtendit ſibi dubiam eſſe fidei doctrinam, vnde ei & veritati Diuinæ cognitæ iniuriam facit. Poſterior probatur, quia tunc explicitè non profiteri, & ita ſe gerere vt alij probabiliter exiſtiment eum non eſſe Catholicum, ſecundũ prudentem æſtimationem, eſt fidem negare. Quamuis enim tyranni præceptum ex ſe non poſſit me ad fidei profeſſionem obligare, tamen in ea me conſtituit temporis ac loci oportunitate, vt tunc tace-

re,

re vel ſimulatione vti, ſit interpretatiuè negare, vnde in tali circumſtantia tenetur poſitiuam Relig. ac fidei depromere confeſſionem: aliàs mortaliter peccat, ſicut & is qui blaſphemiam euomit fidei repugnantem, vt ſi dicat, Nego Deum, per ventrem Dei, &c. *Blaſphemia horrenda.*

63 *Dico* 3. nunquam licitum eſt, etiam propoſita morte, ſeriò ſimulare falſam Relig. aut fidem, vllo ſigno aut facto, quod vel natura ſua, vel lege vel communi gentium vſu, propriè ſit inſtitutum ad ſignificandam vel profitendam falſã fidem, ita vt non habeat vllum alium vſum commodum humanæ vitę: verbigratia, flectere genua vel adolere thus idolo, ſumere cænam Lutheranam vel Caluinianam, circumcidere puerum Iudaico ritu. ſic in Belgio Anno 1566. geſtare ad galerum paruas ſcutellas vel caudas vulpinas, erat ſignum Geuſiſmi ſeu Lutheraniſmi, quando confœderati Hæretici per Belgium paſſim clamabãt & velut Pæana canebãt; *Viue les Geux:* viuant Geuſij Lutherani, Calu. &c. Dixi ſeriò, ſi enim repręſentatiuè duntaxat fiat, extra controuerſiam eſt, non eſſe illicitum, vt in Comœdijs. *Illicita ſigna infidelitatis.* *Signa Geuſiſmi.* *Vox Geuſiorum in Belgio: Viue les Geux.*

64 Hanc propoſition. docent D. Anton. 2. part. Theol. tit. 12. cap. 6. Summa Angelica, verb. Infidelitas, num. 9. Armilla verbo fides n. 9. Syluest. eodẽ verb. quæſt. 5. Caiet. & Dom. Bannes 2.2. quęſt. 3. art. 2. Nauar. Manual. cap. 11. 25. Alex. Halen. 3. part. quæſt. 183. memb. 2. & Greg. à Valentia 2.2. diſput. 1. q. 3. punct. 2. Probatur primò, quia 2. Machab. 6. improbatur tanquã iniquum conſilium, quod quidam dabant Eleaza-

ro, vt ſimulans ſe comedere de carnibus Sacrificij gentilium, euaderet mortem. Nec quicquam hîc valet moderati Adria. in 4. quæſt. 1. de Baptiſ. reſponſ. ad 5. licet enim poſſit quis incenſionem thuris ante idolum, abſolute referre, in honorem veri Dei vbique præſentis, tamen ſecundùm æſtimationem moralem, cum talibus circumſtantijs, non poteſt id fieri, abſque delicto idololatriæ rationabiliter à circumſtantibus præſumptæ. Secundò probatur ex PP. Tertull. libr. de idololatria, damnans omnem communionem cum infidelibus in externo ritu Religionis, *Hoc loco* (inquit) *retractari oportet de feſtis diebus & alijs extraordinarijs ſolennitatibus, quas interdum laſciuiæ, interdum timiditati noſtræ ſubſcribimus, aduerſus fidei diſciplinam, communicantes nationibus in idolicis rebus*. Idem docet Iren. l. 1. c. 1. Origen. l. 8. contra Celſum. Cypr. ſermo. de lapſis, & D. Auguſt. l. 2. contr. mendac. c. 2. Item de bono coniugali c. 16. vbi ait, *Satius eſſe mori quàm idolothytis veſci.*

Quare non liceat ſignis vti quæ ſignificent falſam Religionem.

Suadet hoc tertio loco ratio ipſa, non enim 65
quis ideò poteſt negare fidem verbis, quia verba apud homines non habent vſum alium quã ſignificandi, ergo ſimiliter quando hæc ſigna non habent alium vſum quàm ſignificandi, ſaltem primarium, qui his vtitur, ob ſignificationem vti cenſetur. Proinde quum falſam ſignificet Religionem, qui ea vſurpat, falſæ Religionis profeſſionem edit. Et hæc ratione *Supercertationis*, quam Apoſtolus noſter requirit, de externa fidei vſque ad mortem profeſſione ſufficiant.

DV-

DVBIVM II. MORALE.

Vtrùm in Repub. Chriſtiana benè ordinata, præter eam fidem & Religionem, quæ ſemel ab Apoſtolis tradita & in ſola Rom. Eccleſia eſt conſeruata, plures aliæ per Martinum Lutherum, Huldericum Zwinglium, Ioan. Caluinũ, Libertinos, Geuſicolas, alioſq; Cacangelicos prætenſè ac nomine tenus reformatæ religiones, à Chriſtianis principibus debeant aut poſſint admitti?

66 S*Vppono primò* : In quouis Imperio & Repub. bene ordinata, Relig. velut vnicum diuerſorum & ſæpe diſſectorũ hominum vinculum, eſſe neceſſariam, hac enim velut Superioris Numinis (quod nec falli poteſt, nec vitari) ſalubriore tum cogitatione tum veneratione ſublata, magnam neceſſe eſt in vulgo conſequi vitæ diſſolutionem, in principibus verò immanitatem, intolerabile iugum, acerbiſſima mandata, adeò vt ſub his abſque Dei metu, tyrannicè imperantibus, miſerrima ſit Pop. vita oppreſſioque bonorum. Quamobrem Diuinus Plato l.6. de leg. id inter cætera cauit, vt Templa regum domibus eſſent vicina, quatenus ex iugi eorum inſpectione, ſummi numinis recordatio illis incuteret metum, metus verò ad D. cultum

Opus eſt Religione in Repub. benè ordinata.

Plato vult templa domibus Regum eſſe vicina.

ſeu Religionē, inde verò ad æqui iuris præſcriptionem, ac vitæ duceret integritatem; quippe qui certò ſibi perſuaderent, maioris imperio ſe eſſe ſubiectos.

Laus piorū Imperatorū. Sane piorum Imperatorum recens ad Imperij faſtigium ſubuectorum, illud præcipuum ſtudium fuit & debitus conatus, vt veram fidem tutarentur, Pop. diſſectum conciliarent, falſam verò diſſiparent, vel ex eo capite ſperantes, ſibi cælitus auguſtius ac diuturnius imperium dari, ſubditorū pacem, è cælo ſalubritatem, ex terra vbertatem; ex irreligione verò improſpera cuncta; vnde illa apud Euſeb. l. 2. de vita Conſtantini, eiuſdem Imperatoris ſumma cura, cap. 63. *Deum teſtem adhibeo, iſtarum rerum quas mihi reipſa obeundas ſuſcepi, duplicem cauſam extitiſſe: Primum enim vt omnium gentium de Numinis cultu, opinionem, ad vnius habitudinis rituſque formam traducerem, &c.* Idem filiis ſuis Honorio & Arcadio moriens, teſtamenti loco legauit, Theodoſius Maior apud Niceph. l. 13. cap. 31. Vide Greg. Nunnium Coronel l. 1. de opt. Reip. ſtatu, c. 8. & 9. & Claudium de Sainctes, præfat. ad edicta veterum Principum, de Licentia Sectarum in Religione Chriſtiana. 67

Laus Conſtantini.

Suppono 2: loqui nos hîc de Chriſtianis Cathol. 68
fidem ſemel profeſſis, adeoque Eccleſiæ Chriſtianæ per Baptiſmum incorporatis (de qua Baptiſmali incorporatione, pulchrè tractat Ioan. Vacquerius in certa Orat. quam habuit in Sacramentali ablutione duorum puerorum terræ Americæ ab Anthropophagia ſeruatorū opera Illuſtr. Herois Vilgaignonij.) Secus eſt de infidelibus nunquam Chriſtianam fidem amplexis,

plexis, quales ſunt Iudæi & Pagani, ij enim directè cogi non poſſunt ad fidem noſtram, vt docent Bonauentura, Durandus, Paludanus in 4.d.4.& Sotus d.5. Illi enim abſolutè ſunt foris, Eccleſiam verò in tales ſeu infideles, nullam habere poteſtatem, aſſerit D. Paulus 1. ad Corinth. 5. 12. *Quid enim mihi de ijs qui foris ſunt iudicare? nonne de ijs qui intus ſunt vos iudicatis? nam eos qui foris ſunt, Deus iudicabit.* quaſi dicat, Tales liberi ſũt ab obligatione iuris quidem humani, non tamen Diuini, ideoque Deus puniet, ſed homines cogere non poſſunt, quaſi foro noſtro nõ ſubiectos: ex tali enim coactione grauiſſima incõmoda reſultant, vt ſimulatio Catholicæ Relig. Odium in illam, iniuria Sacramentis illata, &c.

Iudæi & Pagani non poſſunt directè ad fidem cogi.

69 Malè proinde audiuit Siſebutus Gothorũ Rex, qui certis Rom. militiæ vrbibus expugnatis, 90. millia Iudæorum ſibi ſubditorũ ad fidem Chriſti, mediante Baptiſmo perduxit, ſed adhibita violentia, quam Concilium Tolet. 4. can. 75. damnat, etſi zelũ Religioſiſſimi Principis laudet. Similem eamque recentem Hiſtoriam Olyſſiponenſem tradit Lauren. Surius in Comment. Rerum orbis, anno 1506.

Siſebutus Rex male cogit Iudæos ad Baptiſmum.

70 Præiactis hiſce fundamentis, ſciendum Gentiles, Romanos maximè, omnes Religiones indifferenter approbâſſe, & in Reipub. ſuę gremiũ admiſiſſe, teſte D. Leone ſermon. de SS. Apoſt. Petro & Paulo; *Omnium Gentium ſeruiebat erroribus,* inquit. Loquitur autem de Roma. Eundem errorem amplexus eſt Iulianus Apoſtata, teſte D. Auguſt. tom. 2. epiſt. 166. ad Donatiſt. *Supplicantibus* (ait) *veſtris Rogatiano & Pontio, libertatem perditioni*

Gentiles, Iulianus, Caſſander & Genſii ſectarum licentiam admiſerunt.

partis Donati permiſit. Denique tunc reddidit Baſilicas hæreticis, quando Templa dæmonijs; eo modo putans Chriſtianum nomen poſſe perire de terris, ſi vnitati Eccleſiæ, de qua lapſus fuerat, inuideret, & ſacrilegas diſſenſiones liberas eſſe permitteret.

Iulianum ſecutus eſt Caſſander & quidã Lutherolatræ Germaniæ Principes, qui hanc ſibi 78
anno 1526. concedi licentiam fidei petiuerunt atque obtinuerunt, cuius rei gratia ediderunt certum, *Interim*, vnde dicti Interimiſtæ vel Interamnenſes, quos pulchro Antidoto ſuppreſſit Robertus Epiſcopus Abrincatenſis, & Hoſius l. 1. contr. Prolego. Brentij.

Interim Germanicũ, vnde Interimiſtæ.

Poſtremò in Belgio abhinc 44. circiter annis, tempore Duciſſæ Parmenſis, inuocârunt eandem fidei licentiam, vulgò Religions vrede, quos Senior Comes Barlaimontius ſub id ferè tempus Geuſios nominabat. Contra quos omnes hæc vnica ſtatuitur

Geuſij in Belgio petunt Religio. libertatem. Religionsvrede.

Propoſitio: Noxia & illicita eſt Reipub. Chri- 7
ſtianæ bene ordinatæ fidei ac Relig. diuerſitas; vnde tenentur Principes Catholici eam Prouinciis & limitibus ſuis, ſi poſſint, profligare, nec aliam concedere præter eam quam retinendã ſanciuerit Eccleſiæ caput Pontifex Rom. Dixi, ſi poſſint, ſi enim non poſſint, non ligantur; vnde non eſt quod quiſquam Religioſiſſimo Imperatori Carolo 5. Piæ Memor. indulgentioris negligentiæ obiecerit crimẽ; promptus ſiquidem ille fuit voluntate magis quàm facultate, ad Sectarũ licentiam è Germania proſcribendam. At peccatis noſtris, (ait Staniſl. Hoſius in Confutat. Prolegom. Brentij l. 2.) factum eſt, vt per

Illicita eſt & noxia licentia Sectarum.

Caroli 5 in profliganda libertate conatus.

per quos minime oportebat, ſanctæ cogitationes illius, quo minus ad effectum perduci poſſent, impedirentur.

73 Nunc probatur primò, quia Script. veteris Teſtam. interdicit & ſeuerè punit diuerſæ fidei ſatores, idque ob periculum, Deutero: 13.6. *Si tibi voluerit perſuadere frater tuus filius matris tuæ, &c. clam dicens; Eamus & ſeruiamus Dijs alienis, quos ignoras tu & Patres tui, cunctarum in circuitu gentium, quæ iuxta vel procul ſunt, ab initio vſque ad finem terræ, non acquieſcas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus vt miſerearis & occultes eum, ſed ſtatim interficies.* Rurſum in libris Reg. illi Reges laudantur qui ſuſtulerunt omnia quibus falſa Religio abutitur, lucos, templa Idolorum, &c. vti Ezechias & Ioſias Principes Deo gratiſſimi: è contra verò Ioſaphat, Ioas, Ioathan, & alij reprobantur, quia excelſa non abſtulerunt (de quo Emanuel Sa. 3. Regum 3. verſ. 2. & cap. 15. verſ. 14.) ſed Pop. adhuc immolabat & prophanos ritus frequentabat. Item Deut. 18. iubetur occidi propheta qui vel falſo vult loqui in nomine Dei, quę ipſe non præcepit ei vt diceret, aut ex nomine alienorum Deorum. Quibus præmiſſis, ſic argumen-

Vituperium Regum Iudæ permittentium diuerſitatem Religio.

74 tor: Dum floreret Religio Iudaica, non potuerunt in grege ſuo Reges, vrgente eos Diuino præcepto, admittere nouos Pſeudoprophetas eorumque doctrinas, ergo nec in Eccleſ. Chriſtiana. Patet ſequela, à paritate mali & periculi. Deinde non minùs ordinata debet eſſe Eccleſia noſtra quàm Synagoga, quum ſit perfectior. Proinde ſi tum noluerit Deus fidei ac Relig. tolerari licentiam, multo minùs nunc, vt

Olim nō permiſit Deus Religionis diuerſitatē, proinde nec nunc permittenda.

bene Cypr. l. de exhortat. martyr. *Si hoc* (ait) *in teſtamento veteri fiebat, nunc magis faciendum eſſe*. vide Robert. Bellarm. 1. tom. 5. Controuerſ. Genera- li. l. 3. cap. 18. Accedit quòd in nouo Teſtam. à Diuo Paulo varijs locis, iubeamur fugere eos qui quærunt offenſiones & offendicula (Rom. 16. 17. præter eam quam didicimus ſanam do- ctrinam; prohibeamur dicere Aue, aut in domũ noſtram recipere. Pergami Epiſcopo grauiter minatur D. Ioannes Apocalyp. ca. 2. 15. quòd in grege ſuo admitteret tenentes doctrinam Ni- colaitarum: ſic v. 20. Thyatiræ Epiſcopo, quia Iezabelem Dei ſeruos ſeducentem. Quibus lo- cis diſcoloris fidei ac Religionis Babylonem, grege ſuo arcet Deus.

Patres non ferunt Religionum libertatem.

Pro 2. Aſſertionis confirmatione expendan- tur Patres, quorum ea conſtantiſſima eſt ſentẽ- 75
tia. verùm ne res abeat in infinitum, duos vel tres duntaxat producam. D. Aug. contra Cre- ſcon. Grammat. l. 3 c. 51. *In hoc enim Reges, ſicut eis Diuinitus præcipitur, Deo ſeruiunt inquantum Reges ſunt, ſi in ſuo Regno bona iubeant, mala prohibeant, non ſolùm quæ pertinent ad humanam ſocietatem, verumetiam quæ perti- nent ad Diuinam Religionem. Fruſtra dicis, Relinquas libe- ro arbitrio. Cur enim non in homicidijs & in ſtupris & in quibuſcumque alijs facinoribus & flagitiis, libero te arbitrio dimittendum eſſe proclamas? Quæ tamen omnia iuſtis legi- bus comprimi vtiliſſimum ac ſaluberrimum eſt. Dedit qui- dem Deus homini liberam voluntatem, ſed nec bonam in- fructuoſam, nec malam voluit eſſe impunitam.*

Quomodo Deus dederit homini lib. arbitriũ.

Item con- 76
tra 2. epiſt. Gaudent. l. 2. c. 11. *O dolor! fraudata ſunt tali magiſterio tempora antiqua, quoniam nondum eras na- tus, quando S. Moyſes iniurias ſuas leniſſimè pertulit, Dei verò*

verò ſeueriſſimè vindicauit. Tu autẽ doctor hæretica præſũptione inuidioſiſſimè clamas: fecit Deus hominẽ, & dimiſit eũ in manu arbitrij ſui. Et tom. 2. epiſt. 161. ad Donatiſt. & alibi. D. Hiero. in illud ad Galat. 5. 9 *Modicum fermentum totam maſſam corrumpit*, ex perfidia Arij in Eccleſia graſſata & non ſufficienter repreſſa, multa colligit mala: *Arius, inquit, vna ſcintilla fuit, ſed quia non ſtatim oppreſſa eſt, totum orbem eius flamma populata eſt.* D. Bernar. ſerm. 66. in Cant. *Melius proculdubiò gladio coercentur, illius videlicet, qui non ſine cauſa gladium portat, quum in ſuum errorem multos traijcere permittantur.* D. Leo epiſt. 91. ad Turbium cap. 1. *Meritò Patres noſtri, ſub quorum temporibus hæreſis hæc nefanda prorupit, per totum mundum inſtanter egere, vt impius furor ab vniuerſa Eccleſia pelleretur*; & alij plures.

Patres indicant gladio coercendos eſſe hæreticos.

77 Tertiò, validæ rationes aſtipulantur veritati, primo quia vna tantùm eſt vera fides, quæ ſit baſis ac radix iuſtificationis & æternæ ſalutis, adeò vt quicquid præter illam vnam & veram fidẽ eſt, perfidiam eſſe, non fidẽ Hilarius dicat, Epheſ. 4. 5. *Vna fides, vnum baptiſma*; ergo fidei diuerſitatem Chriſtiani Principes admittere non poſſunt; patet conſequentia, aliàs enim in re maximi momenti (qualis fides) ſubditis ſuis proximam darent periculoſiſſimi erroris occaſionem; libertas ſiquidem in momento fidei opinandi eſt libertas errandi. Suppono autem & fidem Chriſtianam ſeu Cathol. eſſe duntaxat veram, & Principes Chriſtianos, maximè Imperatorem (qui eſt generalis Eccleſiæ defenſor, & brachium Pontif. Romani) eandem protegere debere.

Vna tantũ eſt vera fides qua ſaluet.

Libertas credendi libertas errandi.

Imperator eſt generalis Eccleſiæ defenſor.

78 Quamobrem laicis vtiliter atque

Laici non diſputent cum hæreticis.

ordinariè illicitũ eſt cum hæreticis aut infideli-
bus diſputare, niſi neceſſitas aut prægnans vtili-
tas ſuadeat contrariũ; id enim expreſſe ſub pæ- 79
na excommunicat. ferendæ, vetitũ eſt in Sext.
Decret. communiter enim laici ſunt rerũ Theo-
log. & Script. Sacræ imperiti, eaque verbalis
defenſandæ fidei ratio, Doctoribus Eccleſiæ eſt
commiſſa. Sic ſane iudicabant Theodoſius Ma-
ior, Valentinianus & Arcadius, quorum Palatia,
fora & cœtus, quum diſputationibus, hæretico
tempore, perſtreperent; ad eas compeſcendas,
Leg. 2. codic. Theodoſ. ita decernunt: *Nulli egreſ-
ſo ad publicum, vel diſceptandi de Religione, vel tractandi
vel conſilij aliquid deferendi, pateſcat occaſio.* vnde pul-
chrè D. Baſ. cuidam illiterato Demoſtheni cu-
linæ Imperatoriæ præfecto Ariano reſpondit ad
rem: *Tuum eſt de pulmentis cogitare, non dogmata di-
uina decoquere.*

Diſputationes laicorum vetant Imperatores.

Pulchre cuidam coquo Ariano reſpondet D. Baſ.

Licentia ſectarum pernicioſa.

Secundò: Nouæ ſectæ proprium eſt virus ſuũ
& venenũ alijs afficare, affricãdo verò inficere:
eſt enim in Script. fermentũ quod totã maſſam
corrumpit, eſt cancer qui ſerpit, eſt vulpes quæ
clanculùm ſubintroeundo irrepit, & vineam
Eccleſiæ demolitur, eſt peſtis quæ inficit, eſt
denique lupus qui deuorat oues: hæc autẽ noxia
vitanda & communitate arcenda eſſe, nemo ne-
gauerit niſi qui nihil nouit, maxime quum ea
lolij ſuccreſcentis infelicior ſit natura, vt ſege-
tem quantumuis florentem, niſi euellatur, op-
primere non ceſſet.

Licentia fidei parit ſeditiones.

Tertiò Religionis & fidei libertas, perpetuas 80
& publicæ paci inimicas parit ſeditiones, quæ
ſedari, perpetuas animorum diſſenſiones, quæ
con-

conciliari non poſſunt omne autem Regnum in ſe diuiſum extremæ ſubiacere ruinæ, certiſſimæ deſolationi prima aſſerit Veritas Matth. 12. 25. & Lucæ 11. 17. Iam verò publicæ pacis procuratoribus (qui Principes ſunt viri) huius eliminandæ diſſenſionis incumbit onus, Rom. 13. 4. *Non enim ſine cauſa gladium portat*. Et quidem ſi de ſeditionibus, animorumque diſſenſionibus agitur, nihil mirum vbi ad Sacram paginam conuerterimus auditum, 2. ad Corinth. 6. 14. *Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem conſenſus templo Dei cum idolis?*

31 Antiquum nimis eſt antiquum præfati & irreconciliabilis conflictus malum, quod in cælo à Lucifero eiuſque ſatellitibus ſuſtinuerunt Angeli boni dum ſuum ſeruant principatum, quod ab origine mundi, à ſemine Serpentis mali, accepit mulieris, id eſt, Eccleſiæ Chriſti ſemen. Nonne Iſmael legitimum afflixit hæredem Iſaacum, quandiu iiſdem ædibus ſe continuerunt? Nonne Eſau perſecutus eſt Patriarcham Iacob? non Saul Dauidem? Nonne ipſum Caput noſtrum Chriſtum Tartareus ille coluber, ſemel, iterum, & tertiò eſt adorſus? An non vicarium eiuſdem vt triticum cribrare tentauit? An non ſemper malos in rectos, infernalis illa ſanguiſuga humanæ damnationis auidiſſima, inſtigauit? An non ab exordio naſcentis Eccleſiæ, perſecutores & hæreſiarchas vſque in præſentem diem ſuſcitauit? Quis verò hęc diſſidia conſociauit? Quis ſeditiones

Bonorum & malorum antiqua pugnantia.

Politici vocantur frigidæ Salamandræ.

nes compoſuit? Certè nullus. An ergo vos ô Po-
liticæ & frigidæ Salamandræ, aliquam nobis pa-
cem cum hæreticis, Schiſmaticis , licentioſis
Sectarijs, adeoque recentis Pſeudoeuangelij mi-
niſtris Lutheranis, Zwinglianis, Caluiniſt. Geu-
ſijs & Hugonotticis repromittetis , quam nec
prima veritas repromiſit? Fallimini.

Mæcenas Gentilis reijcit ſectarũ licentiam.

Parum me moueret Mæcenatis apud Dionem
lib. 52. conſilium, quo Cæſarem Octauianũ mo-
net, quatenus ad eundem Dei cultum moribus 82
patriæ receptum cunctos compellat: peregrina-
rum verò auctores Religionum odio & ſuppli-
cijs proſequatur; quòd nouorum Numinum in-
ductores, multos ad peregrinis legibus vtendũ
alliciant, vnde coniurationes, coitiones, conci-
liabula & ſimiles factiones Principatui minùs
conſonantes enaſcantur. Nihil inquam huius
gentilis morarer ſententiam, niſi tot ſæculorũ,
etiam huius nouiſſimi (quo excluſi M. Lutherus,
Zwinglius, Oecolampadius, Ioannes Caluinus,
cum ſuis contentioſiſſimis gregalibus) per
Germaniam, Galliam, Hungariam, Polo-
niam, Angliam, Belgium, &c. certa eaque re-
cens experientia , præſentem veritatem de-
monſtrâſſet . Quot Belgium noſtrum affli-
ctum , cum huiuſmodi licentioſis confœdera-
tiones, quot Pacificationes , etiam iuramento 83
firmatas , inijt Bredæ , Antuerpiæ, Gandaui,
alijſque locis ; quarum tamen nulla , poſt-
quam rerum ſunt potiti , ſteterunt , ſed laica
partim , partim eccleſiaſtica dignitate præ-
eminentes viros Catholicos , adinſtar victima-
rum holocauſtis deſtinatarum , ad lanienam
dedu-

Seditiones per licentiã ſectarum in Europa excitatæ.

Seditiones Geuſiorum in Belgio.

deduxerunt! Teſtantur id Gorcomium, Brielia, Enchuſia, &c. Teſtantur fœdifragæ Amſtelredamenſis, Harlemienſis, Goezanæ, Vltraiectinæ, aliarumq; ciuitatũ confœderatarũ compoſitiones, quibus circa annũ Domini 1577. 1578. &c. (ſaluo Cathol. Romanæ Eccleſiæ exercitio ſemper iurato) Geuſij, Lutherani, Caluiniſtæ poſt deditionem pacificam potiti, vix menſe elapſo, Sacra omnia turbârunt, peſſundederunt, Catholicæ Relig. exercitium ferro & igne exterminârunt. Recens eſt huius memoria, nec ipſi negare poſſunt aut volunt. *Fœdifraga Cathol. Religionis abolitio per Geuſios in Holland. Zeland. &c.*

34 Quàm effrons & audax elapſo anno 1611. (quo hęc ſcribo) per eoſdẽ Caluiniſtas, Lutheranos, atque Anabaptiſticos inſtitores, in vrbe Aquenſi, vrbe Imperiali, contra Catholicos ſuſcitata impreſſio, quàm ſacrilega templi prophanatio, quàm furax Collegij Societatis Ieſu expilatio, quàm execranda in venerandos atq. innocuos illos Patres, manuum perduellium iniectio, legitimi Magiſtratus expulſio, quę minæ, quæ militarium ſignorum, tormentorum, nocturnarum, diurnarum vigiliarum, bellicorum apparatuum, facies truculenta, metus, ſtrepitus, horror! *Seditio hæreticor. Aquiſgrani, Anno 1611*

Et hæc quidem dum faciunt, Euangelici, Reformati, Reformantes, Proteſtantes, Meliuſilluminati volunt haberi, pacem Religionis ſe aiunt fouere, quum nihil minùs præſtent; *ſed intrantes vt vulpes, regnant vt leones.* In ſumma, hoc volunt quod Iudicum vlt. dum non eſſet Rex in Iſrael, fiebat, nempe *vnuſquiſque quod rectum ſibi videbatur, id faciebat.* Verbo tenus Regibus ac Prin-

Principibus concedunt poteſtatem, at reipſa adimunt, dum liberiùs per ſuam ſeditioſam fidei licentiam, graſſandi volunt concedi libertatem.

Libertas ſectarum ruina eſt Regnorum.

De Regnorum & Rerumpub. euerſione ac tranſlatione, nullus relinquitur ambigendi locus, ex comminatione Dei Opt. Max. in Regem Salomonem, ob veram ab ipſo turbatam Religionem, atque introductam Idololatriæ libertatem, 3. Reg. 11. 11. *Quia habuiſti hoc apud te* (inquit) *& non cuſtodiſti pactum meum, & præcepta mea quæ mandaui tibi, diſrumpens ſcindam regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo.* Quibus malis eruditi Chriſtianiſſimi Imperatores Conſtantinus, Theodoſius, Gratianus, &c. eam quam hæreticis initio Imperij, Religionis conceſſerant libertatem, ademerūt, eos proſcripſerunt, & Conuenticulorum ædes ac loca è medio ſuſtulerunt, teſtibus Euſeb. l. 3. in vita Conſtant. c. 62. Athanaſ. in Apol. 2. Sozomen. l. 7. c. 4. Niceph. l. 12. c. 9. & Theod. l. 5. c. 2. Quoſdam enim fefellerat ingenua bonitas qua excellebant, quoſdam imprudentia, exiſtimantes hæreſes ſua ſponte, aut piorū, maximè Principum, exemplo, in nihilum abituras. Quoſdam denique effera prædeceſſorū ſuorum in Catholicos crudelitas, à qua vt longiſſimè abeſſent, in diſſolutam & noxiam clementiam ſunt progreſſi, etiam hoſtibus hæreticis nonnihil parcentes.

Imperatores abrogant licentiam ſectarum.

Conſtātinus cōtra Nouatianos, &c.

Verùm ad vnū omnes poſtmodum, conceſſæ ſemper ſi libertatis, eam reuocârunt: *Toleramuſne* (ait Conſtantin. apud Euſeb. ſup.) *ò Nouatiani, Valentiniani, Marcioniſtæ, Pauliani, & qui Cataphrygæ vocamini,*

mini, poſthac eiuſmodi mala? An longa expectatio facit vt etiam ſani quaſi peſtifero quodam morbo inficiantur? Qua ergo ratione, radices, vt ita dicam, huiuſmodi nequitiæ, publica animaduerſione non amputamus? Igitur quoniam impoſſibile eſt vt amplius perniciei veſtræ exitium feratur, per hanc legem interdicimus, ne qui veſtrum poſthac congregari audeant. Quapropter cunctas etiam domos in quibus conuenitis, è medio tolli præcipimus, cura hac noſtra eouſque progrediente, vt non modò non in publico, verùm neque in priuatis ædibus aut locis quibuſdam ſeparatis, ſuperſtitioſæ veſtræ dementiæ cœtus concurrere liceat; ſed quod multo eſt honeſtius, quotquot veræ ac puræ Religioni ſtudetis, ad Cathol. Eccleſiam accedatis & ſanctitati illius communicetis, per quam & veritatem conſequi poteritis. vide Sainteſium tract. ad Edicta Principum de Licentia Sectarũ, & Greg. Nunnium Coronel, de optimo Reip. ſtatu l. 1. c. 5.

Conſtantin. tollit omnia hæreticorum conuẽticula.

17 Quartò, quotquot noui Sectarii ſubintroierũt, fures ſunt & latrones, clanculum, non per rectum oſtium, ſed aliunde ad furandum atq. infidelitatis ſica mactandum oues Chriſti, illapſi Ioan. 10. cap. Fures autẽ & latrones, medio ſupplicio, è Repub. proſcribunt Principum leges. Quibus tamen parum deferens *Ioannes Piſcator* Theol. Calu. in Gymnaſio Herbornẽſi profeſſor, diſputando obtinuit, vt nullus in Comitatu Naſſouico, fur valeat ſuſpendi, referente Doctiſſ. Domino *Petro Cudſemio*, in Sua *Deſperata Caluini cauſa*, c. 7. §. 4. At male. Certè ſicut indulgentia Senatus, ab inueterato furandi habitu fures non curat, ita nec fidei libertas, ab hæreſi Sectarios reuocat: certa enim eſt D. Pauli 2. ad Timoth. 3. 13 ſententia. *Seductores proficient*

Omnes ſectarij ſunt fures.

Ioan. Piſcator Caluiniſta docet fures non eſſe ſuſpendẽdos.

in peius; errantes & in errorem mittentes.

Licentia ſectarum finis eſt Atheiſmus vel Turciſmus.

Quintò: quia libertatis Religionis finis eſt Atheiſmus, vel Turciſmus: plurimi enim variarum ſectarum pertæſi, omnem prorſus Religionem Chriſtianam reſpuerunt, eorumque anima, poſt variorum anfractus errorum, tandem dixit: *Non eſt Deus*, adeò vt dum plures fides aſſeruntur, liberæ Religiones accerſuntur; nulla fides vera conſeruetur, omnis Religio, teſte Hilario, explodatur. 88

Hæretici multi facti Turcæ.

Huc deuenerunt Adamus Neuſerus, Petrus Sartorius, Frãciſcus Liſmannus, Georgius Paulus, Georgius Blandrata, Lęlius Socinus, & alij plures, qui poſt multam fidei fluctuationẽ, & ex vna in aliam ſæpe variatam ſectam, tandem in turpiſſimũ Mahometiſmum ſunt deuoluti, teſte Guilhel. Reginaldo Caluino-turciſmi l. 1. c. 1. vbi doctiſſimis demõſtrationibus cõuincit Caluiniſmum & Mahometiſmum, moliri exterminationem fidei Chriſtianæ, vtrunque ſanctiſſimam & diuiniſſimam tollere Trinitatem, vtrũque abnegationem Chriſti Dei & hominis continere; denique Caluini Pſeudoeuangeliũ velut Genus Generaliſſimũ in varias ſpecies ſubdiuiſũ Alcorano Mahometis in nullo eſſe melius, in plurimis autem blaſphemiis multo horrendius. Ex hac Schola Libertina prodiêrunt Athei illi Chriſtomaſtiges, qui libros *de tribus mundi impoſtoribus, Chriſto, Mahumete & Moyſe*, ſcribere & luce donare non verentur, teſte eodem Reginald. ſup. Teſtatur & ille Caluinolatra (nomini parco) qui ſub id tempus, quo nouæ Induciæ inter Potentiſſimum Regem Hiſpaniarum 89

Mahometiſmo peior eſt Caluiniſmus.

Intolerab. blaſphemia hæreticorũ.

atque

atque Archiduces noſtros Albertũ & Iſabellã, ex vna parte; & Prouinciarũ Hollandię, Zeelãdiæ, Friſlandiæ, &c. vnitarum Ordines, ex altera, in ciuitate Antuerpiana Anno 1609. concluderẽtur, ingenue aſſeruit, id ſibi omnino perſuadere, Geuſicæ ſeu Caluiniſticæ in Prouincijs Confœderatis tumultuationis filum, ſi ad 20 annos adhuc protrahatur, in certiſſimum Atheiſmum deſiturum. Quibus ſimiles multos hodie habet Gallia & inferior Germania, qui licet Catholici haberi velint, iuuant tamen omni bellici neruigenere, hæreticorum ſeu Hugonottarum in ſtabilienda tyrannide, aduerſus Sanctiſſimam ſedem & Eccleſiam vere Catholicam, impientiſſimos conatus, vt multis plorat Franciſ. Feuardentius Comment. in Heſter.

Licentia ſectarum in Hollãd Zeeland. &c. tendit ad Atheiſmũ.

Gallia & Belgiũ multos habet Libertines.

90 *Sexto*, cur bone Deus in noſtris Catholicis Reſpub. Sectarios admittimus, quum illud quod prætendunt ius, nemini noſtrum in ſuis, vbi rerum potiuntur, conceſſerint vel concedant locis? An non Apoſtata Iulianus, omnibus Sectarũ impietatibus aperuit portas, ſolis Catholicis excluſis? An non eiuſdem factionis conſortem, ſucceſſorem habuit Valentem? An non Arianorum iudicum eadem erat ſententia, *Aut ſubſcribite, aut ab Eccleſijs recedite?*

Hæretici non concedunt Catholicis libertatem ſuæ Religionis.

Teſtantur etiam hoc D. Aug. & Theod. cum Athanaſio. An Geneuæ, in Anglia, Scotia, Hibernia, Palatinatu, Haſsia, Ducatu Wittenbergenſi, Dania, Suedia, Pomerania, item confœderatis Holland, Zeelandiæ, Friſlandiæ, alijſque Prouincijs, omnium pene Sectarum, Nëoarianorum, Iudæorum & quantumuis infideliũ

receptaculis , vlla hactenus conceſſa fidei ac Religionis Romanæ libertas? minime gentium.

Proinde eoſdem meritiſſimo iure finibus noſtris arcendos reor; quum Deus vti eſt ſanctus, ita à nobis eum receſſurum credam ; ſi vllum cum impietate Schiſmatica atque infidelitate habeamus commercium; quod in Dathan, Core, & Abiron abunde docuit Num. 16. 27. *Recedite* (inquit) *à tabernaculis hominum impiorum , & nolite tangere quæ ad eos pertinent , ne inuoluamini in peccatis eorum.*

Obiectiones hæreticorum & Politicorum pro libertate Sectarum.

PRimo opponunt. Matth. 13. 30. Serui Patrisfamilias, hoc eſt miniſtri Iuſtitiæ & Paſtores Eccleſiarum, videntes ſupercreuiſſe Zizania , ea volunt eradicare, ſed prohibentur ab eo , ergo nihil abſurdi ſi hæretici ac Sectarij, bonis permiſceantur. *Sinite* (ait) *vtraque creſcere vſque ad meſſem,* quæ eſt generalis iudicij dies. 91

R. per Zizania, non tantum intelligi hæreticos, ſed etiam peccatores ſeu filios nequã, vt Chriſtus explicat infra verſ. 38. *Bonum autem ſemen hi ſunt filij regni, zizania autem ſunt filij nequam.* Iam vero ſiquid valeret argumentum, nullos malos occidi poſſe euinceret, quod eſt hęreticum, & contra Script. Rom. 13. 4. Vbi *non ſine cauſa miniſtrum, iuſtitiæ gladiũ portare* Apoſtolus affirmat. Senſus ergo eſt, nec

nec hæreticos nec vllos alios peccatores, fures, adulteros, latrones, ſeditioſos eſſe extirpandos, quando id fieri nequit ſine præiudicio & noxa Catholicorum atque Bonorum: *ne forte*, inquit, *eradicetis & triticū*. vt putà ſi non ſint ſatis noti, ita vt innocentes pro nocentibus punirentur; item ſi bonis & Catholicis ſint fortiores viribus & armis, vnde plures boni caderent, quam mali vel hæretici. Cæterum quando tale nullum ſubeſt periculum, omnino proſcribendi ſunt, ob rationes præallegatas.

Quomodo Zizania hæretic. non euellenda.

92 *Secundo obijc.* Nemo cogendus eſt ad fidem, fides enim debet libera eſſe, ergo, &c.

At ſalua pace veſtra *Reſpond. primo,* Mahometē ſectamini, qui initio quidem cuiuſuis libertati fidem relinquendam intonuit, at maiori poſtmodum potentia fretus, nullum non Chriſtianum coëgit aut iugulauit; huic noſtræ ætatis ô hæretici aſſimilamini, qui intratis vt vulpes, at poſtmodum regnatis vt lupi atque leones, teſtibus præ cæteris Anglia & Belgio noſtro, apud Thom. Stapleton. Dom. 7. poſt Pent. Promptuar. Cathol. §. 3. veſtimento 8. Secundo quæro, amabo vos, demonſtretis quo loco, hæc Maxima veſtra, in S. Pagina indigitata; ego certè hactenus non reperi.

Hæretici & Geuſij imitantur Mahometum.

Vide Theatrum Crudelitatis hæreticorum.

93 *Dico* 3. fidem liberam eſſe, antequā eam quis profiteatur; at poſtquā eam eſt profeſſus, non relinquitur libera, ſed eam quantum in ſe eſt, tutari ac retinere debet. Quod patet in matrimonio, militia, votis, Sacerdotio, &c. quæ antequam de facto ſuſcipiantur, libera ſunt, at non poſt acceptationem; adeo vt ſi poſtea eum

Fides libera eſt ante eius profeſſionē, non poſt.

M 2 contin-

contingat à profeſſionis obſeruantia reſilire, ad anteriorem, etiam adhibita coactione, poſſit & debeat reuocari incudem; vt enim eruditè D. Aug. tom. 7. contra Creſcon. Grammat. l. 3. c. 51. *Dedit quidem Deus homini liberam voluntatem, ſed nec bonam infructuoſam, nec malã eſſe voluit impunitã.*

Apoſtrophe Parænetica ad Potentiſſ. Chriſtianũ Imperatorẽ Matthiam.

Coronidis loco, liceat mihi, Potentiſſime 94 Chriſtianiſmi Imperator Matthia Auſtriace, *Serenitat. Tuam*, ſupplex obteſtor, ea veneratione, ijs verbis compellare, quibus Inuictiſſimum Poloniæ Regem ſuum Sigiſmundum, l. 2. in Brent. R.mus Cardinalis Staniſlaus Hoſius affatur: Etiam atque etiam obſecramus, vt diligenter *Serenit. ũs tua* reputet, quorſum ſpectent hominum conatus qui ad libertatem ſectas vocãt & impellunt Aquiſgrani atque Mulhemij, &c. Nihil enim eſt aliud in quo omnis eorum cura conſumitur, quam vt ordinem perturbent, quam vt auctoritatem legitimorum Principum ac magiſtratuum labefactent atque conuellant.

Erras erras Potentiſsime Imperator, ſi de ſola Pontificia, aut Eccleſiaſtica iuriſdictione ac potentia abroganda, ſollicitos eſſe arbitreris; etiam Imperatoriam, Regiam & Ducalem ſublatam cupiunt, vt talis ſit rerum ſtatus, qualem Iudicum vlti. legimus fuiſſe, vbi hiſce ſcriptum eſt verbis: *In diebus illis non erat Rex in Iſrael, ſed vnuſquiſque quod rectum ſibi videbatur, hoc faciebat.* In ſumma, hoc volunt, vt quod cuique rectum videtur, hoc credere, hoc ſentire, hoc facere, cathedram nouam contra cathedram ſedendo, altare contra altare erigendo, cuiuis im-

impune ſit licitum. Proinde ſi ad licentiæ Sectarum tranſactionem (quod non reor) cum iiſdem vel alijs ſimilibus deſcenderis, verbo quidem (vti hactenus in Belgio diſerte nobis proteſtati ſunt) *Serenit. Tuæ* concedent poteſtatem; at quam de facto, & opinione veſtra citius, adimere non tardabunt, quippe qui, liberius in ouile tibi Diuina prouidentia nuper in vrbe Francfordienſi commiſſum, & ſub fidelis cuſtodiæ ac ſedulæ protectionis iuramento acceptatum, graſſandi licentiam concedi ſubdole volunt.

95 Ad omnes ergo me dyſcolæ fidei conſortes conuertens, finio hoc Hilarianæ Paræneſeos ad Imperatorem Conſtantium tenore, vbi mutatæ ſæpiſſime fidei eum arguens; *Recognoſce* (inquit) *fidem quam olim optime ac Religioſiſſime Imperator, ab Epiſcopis optas audire & non audis. Dum enim à quibus ea res quæritur, ſua ſcribunt, non ea quæ Dei ſunt prædicant, orbem terrarum erroris & redeuntis in ſe ſemper certaminis circumtulerunt. Oportuerat enim humanæ cognitionis modeſtia, omne cognitionis Diuinæ Sacramentum, illis tantum conſcientiæ ſuæ finibus contineri, quibus credidit: neque poſt confeſſam & iuratam in Baptiſ. fidem in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, quicquam aliud vel ambigere vel innouare.* *Hilarij ad Conſtantiū Paræneſi.*

96 *Sed quorundam aut præſumptio aut facilitas aut error, Apoſtolicæ doctrinæ indemutabilem conſtitutionem partim fraudulenter confeſſa eſt, partim audacter egreſſa; dum in confeſſione Patris & Filij & Spiritus S. veritatem naturalis ſignificationis eludit, ne id maneret in ſenſu, quod in regenerationis Sacramento eſt confitendum. Ob hoc penes quorundam conſcientiam nec Pater Pater, nec Filius Filius, nec*

 Spiritus

Spiritus S. Spiritus S. eſt. Sub cuius neceßitatis tanquam improbabili occaſione, ſcribendæ atque innouandæ fidei exinde vſus inoleuit. Qui poſtquam noua potius cœpit condere, quam accepta retinere, nec veterata defendit, nec innouata firmauit, & facta eſt fides temporum potius quam Euangeliorum, dum & ſecundum annos ſcribitur, & ſecundum confeßionem Baptiſmi non tenetur. Periculoſum nobis admodum atque etiam miſerabile eſt, tot nunc fides exiſtere, quot voluntates; & tot nobis doctrinas eſſe, quot mores; & tot cauſas blaſphemiarum poſtulare, quot vitia ſunt; dum aut ita fides deſcribitur, vt volumus, aut ita vt volumus, intelligitur. Hactenus ad Conſtantium Hilarius.

Verſ.

1 *Verſ.* 4. Subintroiêrunt enim quidã homines (qui olim prӕſcripti ſunt in hoc iudicium) impij, Dei noſtri gratiam transferẽtes in luxuriam, & ſolum dominatorem & Dominum noſtrum IeſumChriſtum negantes.

SECTIO PRIMA.

Subintroiêrunt enim quidam homines.

CAuſam reddit inculcatæ ſupercertationis fidei. quaſi dicat, Nolite admirari quòd vos ad ſingularem fidei conſtantiam ac profeſſionẽ ſim cohortatus; ratio eſt, quia clanculum & fraudulenter ſe intruſerunt quidam homines impoſtores, hæretici, & ſcelerati, à quibus facile per ſimplicitatem poſſetis circumueniri, niſi caute attenderitis; idcirco præſentes depromo ſermones, tanquam notans eos & manifeſtos reddens ignorantibus, per reuelationem ſeu detectionem peruerſæ fidei & laſciuæ eorum vitæ. Loquitur autem de Simone mago, Carpocrate, Nicolaitis, Valentinianis, & aliis, de quibus ſup. quæſt. 3. procemial.

Ponit autẽ tum hic tum in ſequentibus quinque Hæreticorum Notas.

Prima nota hæreticorũ, non mitti legitime à Deo

Prima nota Hæreticorum, ex primitur verbo *Subintroiêrunt*:

troierunt: quo ſignificatur eorum, primò clancularis & furtiua, adinſtar vulpiũ & luporum, non per oſtium rectum, ſed aliunde, ad docendum ſurrepentiũ, miniſterij verbi Diuini vſurpatio. Quotquot enim præcedentibus ſæculis & hoc nouiſſimo noſtro, fidei Catholicæ Rom. contrariam doctrinam ſubuexerunt, Chriſto aſſertore fures, latrones & verbi Diuini Pſeudominiſtri fuerunt, abſolute loquendo; quippe qui ad Euangelicæ prædicationis & Sacramentalis pabuli adminiſtrationem, nec immediate, nec mediate à Deo miſſi aut vocati fuerunt, benè autem Spiritus proprij vertigine, & Satanici Pſeudomagiſtri ſuggeſtione excitati, prout latius explicuimus in certo Tract. ratione horum verborum nuper à nobis, luce donato, cuius titulus eſt, *Pſeudominiſterium Pſeudoreformantium; hoc eſt de Illegitima, prætenſa & ſubreptitia Miſſione ſeu vocatione Miniſtrorum Pſeudoreformatæ Eccleſiæ Lutheranorum, Zwinglianorum, Anabaptiſtarum, Caluiniſtarũ, &c. Diſſertatio Theologica. Antuerpiæ apud Hieronymum Verduſſen, Anno* 1611. Eo Lectorem duximus remittendum, vti & ad Laurentium Surium, Commentar. rerum in orbe geſtarũ, ad annũ 1566. vbi Sectarios Geuſicolas, ſua per agros, noctis & tenebrarum habuiſſe in Belgio conuenticula, euocatis ad hoc (vah popularem & illegitimam vocationẽ!) à lippis & tonſoribus, è Germania, Saxoniæ oppidis maritimis, Gallia, Anglia, Emda, &c. Spangenbergio, Illyrico, Hermanno, Martino Sinetio, alijſq; pluribus Quinti Euangelij buccinatoribus, fuſius refert.

Hæretici nec mediate nec immediate mittuntur à Deo.

Noui Euangelij Buccinatores irruunt in Belgium.

3 Secundo ſignificatur eorũ pernicioſa fraudulentia,

dulẽtia,dum primo ſubingreſſi non aperto ore hæreſes & blaſphemias euomunt,ſcripturas pro libito expungunt,Patres,Concilia, Eccleſiam damnant; at certis Reformatæ Relig. Euangelicæ libertatis,terſioris verbi Diuini, aliјſque per Neminiſtica ſcripta, ſuperinductis fucis, atque ouium ſimulatis veſtimentis,in occulto, adinſtar viperarum,mordent, donec maiori Principum ac popelli potentia freti, in Chriſti inuolant ouile,mactando,furando,Sanctiſſimã Trinitatem tollendo, Sacramenta conculcando,Patres totaliter proſcribendo, Concilia & Rom.Pontificis Primatum aperto Marte oppugnando,&c. *Et quæ ſunt*(ait Tertull.de præſcript. hæret.)*iſta pelles ouium,niſi nominis Chriſtiani extrinſeca facies? qui ſunt lupi rapaces,niſi ſenſus ſubdoli & Spiritus ad infeſtandum gregem Chriſti?* De hoc fuco & tecta fraudulentia, vide Mathurinum Quadratũ Ebroicium in Malachiam homil.1.circa finem & Thom.Stapletõ Promptuar.Cathol.Dom.7. poſt Pent. §. 3.vbi triginta,noſtri temporis hæreticorum, Lutheranorum & Caluiniſtarum, adducit veſtimenta ſeu pelles ouinas,quibus rabiem ſuam contegunt lupinam.Quod vt omnes intelligant,operæ pretium eſt,ne dicam neceſſarium,propter fideiintegritatem,qua amiſſa, omnia opera noſtra bona,neceſſe eſt putreſcere,neceſſe concidere. Sicut enim ex Iſidoro,referente Bartholomæo Anglico, de Proprietat.rerum,lib.18.qui eſt de Animalibus, §. lupus,ea eſt natura morſus lupini, vt lanam ouis,cui impactus,inficiat,adeoque veſtem ex ea contextam,pediculoſam reddat; ita hæreſeos infi-

Hæretici primo dulces, poſtea mordent.

30 pelles ouinæ Lutheranorum & Caluiniſtarum.

Morſus lupinus reddit veſtem pediculoſam.

infidelitas,omnia opera meritoria inficit,&næuos æruginoſos imprimit.

De eadem fraudulentia hæreticorum vide etiam Maximum Tyrium ſermon. 19. *Quis finis Philoſophiæ*,apud Staniſ.Hoſium,Confeſſion. Cathol.c.77.vbi refert hæreticum quendam, Pſaphonē nomine, Diuinitatis affectatorem, dexterrima fraude, plurimas aues vocales atque humani idiomatis taliter qualiter dociles, hæc verba: *Magnus Deus Pſaphon*,ſonare docuiſſe. Ita autem doctas,in vicinos Libyæ montes emiſiſſe:cęterum illas,quę didicerant, & cantillâſſe, & alias auiculas,ſignanter garrulas,ſuo pręcentu ſonare docuiſſe. Quod audientes Libes &Libyſſæ, ſed totius factionis nugamentum ignorantes,rem nouam cælitus dimitti arbitrabantur,vnde Pſaphoni rem Diuinam fecerunt,atque in numerum Deorum retulerunt.

Fraudulentia Pſaphonis.

Simile de Timotheo Æluro hęretico Eutychiano narrat Theodor. libro 1. Collectaneorum, is enim quum Epiſcopatum inordinatè venaretur, de nocte Monachorum cubicula, veſte nigra amictus,peruagari ſolebat, quibus nomine Dei,velut Angelus,nunciabat, ne cuidam viro Sancto & Alexandriæ Epiſcopo Catholico adhærerent,videlicet Proterio: ipſum vero Ælurum in Epiſcopum deſignarent. Quæ omnia in eum finem faciebat, vt Eutychianorum hæreſimvelut ſigillo cæleſti confirmaret, vti & alius quidam Iconoclaſtarum hęreſim 6 nititur propugnare apud Paulum Diaconum libr. vlt. rer. Roman. dum in ſepulchro quaſi exſanguis deliteſcens Conſtantinū Iconomachum

Fraudulentia Timothei Æluri.

Impoſtura cuiuſdam Iconoclaſtæ.

machum laudibus in cælũ ſubuehere non ceſſat, quaſi ad huius erroris aſſertionem, mortuorum reſponſa deſeruirent, de quo Robert. Bellarm. Tom. 1. Quart. Controuerſ. General. l. 4. c. 14. vide Mathurinum Quadratum ſup. in Malachiam homil. 1. fol. 4.

SECTIO II.

(Qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium.)

2. nota hæreticos eſſe tales à Deo præuiſos & per Apoſtolicos præcones, prædictos.

SEcundam notam aperit hæreticorum. Ea vero eſt,
7 quod Deus ab æterno hæreticos non tantũ præuiderit, ſed etiam in tempore, per Prophetas & Apoſtolos ſuos, immo Chriſtum, tales futuros, Eccleſiã falſis erroribus oppugnaturos, ac tandem in damnationis ſuæ barathrum, iuſtiſſimumque iudicium ruituros reuelarit. quaſi dicat, Non turbet vos hæc res & deceptio velut quid nouum; non, non, iam dudum eſt præfigurata.

προγεγραμμένοι.

Cæterùm verbum Græcum προγεγραμμένοι, non eodem modo ab omnibus exponitur. moderni hæretici putant eo prædici aduentũ Papę & Papiſtarũ. At quos nugatores præterlegamus. Oecumenius vero qui legit, *Deſcripti ſunt*, prædictionem magis vrget, quia Paulus, inquit, & Petrus, 2. ad Timoth. 3. & 2. Petri 3. de ipſis dixerunt, quod in nouiſſimis temporibus venturi ſint huiuſmodi ſeductores, immo Chriſtus ipſe Luc. 17. multos venturos in nomine ſuo, longè ante prænunciauit. Oecumenium ſequitur Ioannes

annes Bernardus Felicianus, & ex parte, Ioannes Gagnæius. Alij verò de æterna & infallibili Dei præuiſione loqui arbitrantur. Ita Hugo Cardinalis, Claudius Guilliaudus, Gloſſa, Franciſ. Feuard. Thom. Staplet. denique Ioan. Gagnæius, qui magis per prędeſtinationem æternam exponit, ſicut & Beda iudicium, per Damnationem. Senſus ergo perfectus erit,

Perfectus ſenſus prædictorum verborum.

Qui ab æterno præuiſi ſunt à Deo, & abſoluta eius volũtate permiſſi, quod hoc iuſtum eius iudicium deceptionis, hanc damnationem, hãc in reprobum ſenſum traditionem (quæ eſt illis præcedentium peccatorum maxime ſuperbiæ pœna) in ſe & in alios exercerent: at quam Dei permiſſionem, prius ratione in mente Diuina, obiectiue præcedit peccatum. Poſtquam autem tales ab æterno præuiſi ſunt, tales identidem vt vitarentur, à Chriſto & Apoſtolis, Paulo ac Petro, prædicti ac reuelati in tempore fuerunt.

DVBI-

DVBIVM CATHOLICVM.

Vtrùm æterna futurorum Contingentium Præſcientia Dei, cùm abſoluta voluntate Hæreticos excæcandi, indurandi, in reprobum ſenſum dandi, ſuis deceptorijs deſiderijs relinquendi, præiudicet aut humani arbitrij libertati, aut Diuinæ Clementiæ infinitæ bonitati?

9 PRæſuppono de fide eſſe, Deum certò atque infallibiliter cognoſcere futura contingentia antequam ſint in rerum natura, Pſal. 138. 3. *Intellexiſti cogitationes meas de longè. 4. Et omnes vias meas præuidiſti*, Eſai. 45. 11. *Hæc dicit Dominus ſanctus Plaſtes eius, Ventura interrogate me*. Idem docet D. Paulus, dum Rom. 8. 29. eos dicit Dominum in tempore vocâſſe, iuſtificâſſe, glorificâſſe, *quos ab æterno præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imagini filij ſui.* Petrus Act. 2. 23. intonat Chriſtum, *Definito conſilio & præſcientia traditum*. Idem conſtat ex prædictionibus & prophetijs rerum contingentiũ. Exod. 3. prædicitur obduratio Pharaonis. Matth. 26. trina Petri negatio. Luc. 18. tota Chriſti Paſſio. Immo omnis penitus Prophetia & pars maxima perit Scripturarũ, ſi Deus non habeat ſimplicem futurorum Contingentium prænotionem. vnde pulchre Tertul. l. 2 aduerſ. Marcion. *Præſcientia Dei tot habet teſtes, quot fecit Prophetas.*

Deus cognoſcit ab æterno futura contingẽtia.

Gra-

Error Ciceronis.

Grauiter proinde hallucinatus M.Tull.Cicero, 1 l.2.de diuination. vbi Deo hanc adimẽs præſcientiam, à D.Aug.l.2.de Ciuit.c.9. refutatur, *Cicero*, ait, *dum nos vult facere liberos, facit ſacrilegos*, quia videlicet hanc Deo adimit prẹſcientiam Diuinam. Pro veritate

Æterna Dei præſcientia nõ tollit rerũ contingentiam aut libertatem.

Dico primo: Æternam & infallibilem Dei Præſcientiam, non tollere humani arbitrij libertatem, nec rerum in tempore contingentiam, ita vt non minus res omnes prẹuiſæ, libere & contingenter decurrant, quam ſi nunquam ſub ſcientiam Dei ab æterno cecidiſſent. Propoſitio hẹc eſt fidei, & definitur in Concil. Trid. ſeſſio. 6. cano. 5. Idem omnes pene docent P P. & D D. contra ſui temporis varios hæreticos, vtputa Bardeſanem, Manichẹum, Petrum Abailardum, Ioannem Wicleff, Albanenſes, Mart. Lutherum, Ioannem Oecolampadium, & Philipp. Melanchthonem, de quibus Guido in ſumma & Alphonſ. à Caſtro, aduerſ. hẹreſ. l. 9. tit. libertas. Quibus omnibus ſubſcribit, ſaltem poſt lapſum hominis, Kemnitius in Exam. Concil. Trid. cum Ioan. Cal. vnde l. 2. Inſtitut. c. 2. §. 7. *Liberi arbitrij hoc modo*, inquit, *dicetur homo, non quia liberam habeat boni æque ac mali electionem, ſed quia male voluntate agit, non coactione.*

Probatio ex Patribus.

Sed Patres & rationes attendamus. Orig. l. 7. 11 in epiſt. ad Roman. ad illa verb. *Quos præſciuit*; *Non propterea erit aliquid, quia id ſcit Deus futurum, ſed quia futurum eſt, ſcitur à Deo, antequam fiat* Iuſtinus Martyr quæſtion. 58. *Non cauſa eius quod futurum eſt prænotio, ſed quod futurum, eſt prænotionis: neque enim prænotionem ſequitur quod futurum eſt, ſed*

quod

quod futurum eſt, prænotio; ita fit vt non Chriſtus proditionis cauſa ſit, ſed proditio cauſa eſt Domini prænotionis. Quod idem aſſerit habere locum in præſcientia peccati Angelorum & primorum parentum. Ex quo mani eſte colligitur eum loqui de præſcientia Chriſti, non qua homo eſt (hæc enim non præuenit peccata Angelorum,&c.) ſed abſolute qua Deus eſt. D. Aug. de prædeſt. & grat. c. 15. *Si dicitur Pharaonem non potuiſſe mutari, quia eum præſciuerat Deus non eſſe mutandum. Reſpondetur, Dei præſcientiam non cogere hominem vt talis ſit qualem præſciuit Deus: ſed præſcire talem futurum qualis futurus eſt, quamuis eum non ſic fecerit Deus.* Itẽ de lib. arbitr. *Præſcientia Dei non cogit hominem vt talis ſit.*

121 l. 3. c. 4. *Sicut itaque non ſibi aduerſantur hæc duo, vt tu præſcientia tua noueris, quod alius ſua voluntate facturus eſt: ita Deus neminem ad peccandum cogens, præuidet tamen eos qui propria voluntate peccabunt.* Item eodem loco, *Non eſt conſequens, vt ſi Deo certus eſt omnium ordo cauſarum, ideo nihil ſit in noſtræ voluntatis arbitrio: & ipſæ quippe noſtræ voluntates in cauſarum ordine ſunt, qui certus eſt Deo, eiuſque præſcientia continetur, quoniam & humanæ voluntates humanorum operum cauſæ ſunt.* Vide eundem libro 5. de Ciuitate Dei capite 9. De bono perſeuerantiæ, cap. 17. Denique Tom. 7. ad articulos ſibi falſo impoſitos, articulo 13. *Nefas eſt Deo aſcribere cauſas talium ruinarum, qui etſi ex æterna ſcientia præcognitum habet, quid vniuſcuiuſque meritis retributurus ſit; nemini tamen per hoc quod falli non poteſt, aut neceſſitatem aut voluntatem intulit delinquendi. Si ergo à iuſtitia & pietate quis deficit, ſuo in præceps fertur arbitrio, ſua concupiſcentia trahitur, ſua perſuaſione decipitur. Nihil ibi Pater, nihil Filius, nihil Spiritus S. nec in tali negotio quicquam Diuinæ volun-*

tatis interuenit, cuius ope ſcimus multos ne laberentur, retentos, nullos autem vt laberentur, impulſos. vide Hieron. in c.26. Ierem. ad illa verba; *Si forte audiant:* Cyrill. l.9. in Ioan. c.10. Leon. ſerm. 16. Bedam tom. 8. in lib. quæſt. q.13. & Theophyl. in c.3. ad Epheſ. ad illud verſ. 11. *Secundum præfinitionem ſæculorum.*

Præſcientia Dei libera nihil operatur circa futura.

Tertio accedat ratio; Præſcientia Dei libera ſeu viſionis atque intuitiua, vt vocat D. Tho. in 4. diſt. 49. quæſt. 2. art. 5. nihil operatur circa lib. arbitrium, aut aliam quampiam rem in tempore futuram, immo ipſa res futura, terminat obiectiue actum præſcientiæ Diuinæ certæ, ergo 13 nullam ei imponit neceſſitatem: patet ſequela; quia neceſſitas eſt conditio rei intrinſeca, quæ proinde non niſi media aliqua actione, alicui rei imprimi poteſt. Antecedens etiã probatur, quia præſcientia illa ſeu ſcientia intuitiua, præſupponit rem eſſe futuram, ab eaque poſterius ordine & ratione dependet; adeo vt ſi in tempore lib. arbitrium, talem vel talem actum non fuiſſet eliciturum, eius tanquam obiecti viſio ſeu prænotio, nunquã in Deo præceſſiſſet. Quare ſicut viſio illa qua te video ſcribentem, non eſt cauſa tuæ ſcriptionis neceſſaria (eo enim

Comparatio.

momento quo ſcribis, tuæ ſcriptionis abrumpere potes filum) quinimo à tua ſcriptione poſterius ordine dependet, adeo vt illa poſita vel ablata & ſuſpenſa, mea identidem ponatur, vel tollatur & ſuſpendatur actio viſiua; Ita ſimiliter in Diuina contingit præſcientia reſpectu Contingentium futurorum, maxime arbitrij humani operationis, quam viſio Diuina ſupponit. Idem confirmat D. Aug. l. 3. de Arbitr. c. 3. & 4.

14 & 4. ſup. Si enim Diuina præſcientia aufert humano arbitrio libertatem, vel id facit qua præſcientia, vel qua Diuina: non qua præſcientia, nam homo homini eriperet libertatem, ſi foret præſcius actionum eius, quod falſum eſt. Si vero dixeris, qua Diuina, ergo ſibi ipſi Deus eripit libertatem, quippe qui ſuarũ præſcius ſit actionum. Ad quod & pulchram affert ſimilitudinem. Sicut enim tu memoria tua non cogis facta eſſe quæ præterierunt: ſic Deus præſcientia ſua non cogit facienda quæ ſunt futura. Quæ doctrina, eſt baſis conciliandi libertatem humani arbitrij vel Angelici, cum pręſcientia Diuina. *Bonum argumentum D. Auguſtini.* *Similitudo.*

15 Cæterum quando Patres, maxime D. Aug. de Geneſ. c. 17. & D. Anſelm. l. de Concord. præſcientię & liberi arbitrij, & alij dicunt, id quod Deus præſciuit, neceſſariò euenturum, &c. intelligendi ſunt loqui de neceſſitate ex hypotheſi & in ſenſu compoſito, quod alij dicunt, neceſſario euenturum, ſi Deus tale vel tale præuiderit, ſcilicet neceſſitate conſequentiæ, non conſequentis, quippe quod in ſe liberum eſt, & à libera voluntate profecturum in tempore. *Neceſſitas conſequentia & Conſequentis.*

16 *Dico 2*: Quum peccata Prouidentiæ ſubijciantur Diuinæ, hæreticos & Pſeudoprophetas non quidẽ Dei iuſſu & efficaci excitatione prodire, ſed ob certas cauſas & ad ordinatos fines, eos qui propria voluntate mali ſunt, à Deo permitti, obdurari, excæcari, atque adeo in deſideria deceptoria cordis eorum, cum propter propria, tum propter Pop. delicta, iuſto Dei iudicio tradi; in quo tamen Diuinę Bonitati nihil cenſetur *Hæreſiarchæ non excitantur à Deo ſed permittũtur*

derogari. Propoſitio eſt certa & contrariam hęreſæos damnat Philaſter apud Alphonſ. à Caſtro, l. 10. contr. hæreſ. §. Malum & Malitia. Primam igitur partem probo ex D. Aug. Enchirid. cap. 11. *Neque enim (inquit) omnipotens Deus, cui ſumma eſt poteſtas, vt infideles etiam fatentur, quum ſummè bonus ſit, vllo modo ſineret mali aliquid eſſe in ſuis operibus, niſi vſque adeo eſſet omnipotens & bonus, vt bene faceret etiam de malo.* Cui conſonat illud Rom. 8. 28. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.*

Peccata quomodo ſubijciantur D. Prouidentiæ.

Nota interim peccata non ea ratione Diuinę 17 ſubijci prouidentię, quaſi effectus ſint à Diuina prouidentia intenti & voliti, ſicut aliæ res bonæ, (hoc enim erroneum eſt) ſed quia ad bonum finem à Deo eiuſue prouidentia permiſſi; de quibus plura apud Doct. 1. part. Sum. Theol. D. Tho. quæſt. 22. de Prouident. art. 2.

Secunda pars, hæreticos à Deo directe ad ſeductionem non excitari, ſed permitti, eſt contra Ioan. Cal. l. 1. Inſtitut. c. 18. §. 1. vbi poſtquam docuiſſet Deum reprobos omnes, atque adeo Satanam ipſum, ſuo flectere vel trahere arbitrio, vt nimirum eorum malitiam in quemcumque finem dirigat, & ſceleribus ad exſequenda ſua iudicia vtatur, obiectionem Catholicorum, his verbis refellit: *Tergiuerſando itaque effugiunt* (nempe Papiſtæ) *Dei tantum permiſſu, non etiam voluntate hoc fieri; ipſe vero ſe facere pronuncians effugium illud repudiat. Quod autem nihil efficiant homines, niſi arcano Dei nutu, nec quicquam deliberando agitent, niſi quod ipſe iam apud ſe decreuerit, & arcana ſua directione conſtituat, innumeris & claris teſtimonijs probatur.* Et poſt pauca eodem §. *Ergo quicquid agitent homines, vel Satan ipſe, Deus tamen*

Blaſpemia Caluini aſſerentis malos certa Dei deſtinatione impelli.

men

men clauum tenet, vt ad exſequenda ſua iudicia, conuertat eorum conatus. Vult Deus perfidum Regem Achab decipi, operam ſuam offert Diabolus ad eam rem; mittitur cum certo mandato vt ſit ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarũ. Denique §. 2. ſequente, *Vnde apparet certa deſtinatione Dei fuiſſe impulſos*, videlicet impios Aſſyrios, de quibus ibi loquitur. *O ſcelus.*

19 Blaſphemum hactenus audiuiſti, nunc refutationem eiuſdem accipe. Primo ex Pagina ſacra, Ierem. 27. 14. *Nolite audire verba Prophetarum dicentium vobis; Nõ ſeruietis Regi Babylonis, quia mendacium ipſi loquuntur vobis, quia non miſi eos, ait Dominus, & ipſi prophetant in nomine meo mendaciter, vt eijciant vos, & pereatis tam vos quam Prophetæ qui vaticinantur vobis.* Quæ verba clariſſima ſunt, vbi dicit Dominus ſe eos non miſiſſe, videlicet Pſeudoprophetas, ac proinde iuſſu Dei non excitantur vel mittuntur hęretici vt tales. Deinde Iacob. 1. 13. *Deus autem neminem tentat*, hoc eſt, ad malum excitat; immo 1. Corinth. 10. 13. dicitur Deus non permittere *nos tentari ſupra id quod poſſumus.* vnde nec auxilium ſufficiens ad non peccandũ, tempore & loco negat. A qua proinde bonitate multum abeſſet, ſi malos & impios ad tentandum inſtrueret, vel directe incitaret. Iterum Eccli. 15. 12. Non dicas: *Deus me implanauit*, hoc eſt, errare fecit. *Non enim neceſſarij ſunt ei homines impij.* Falſum proinde ex Script. euadit, Deum, Satanam vel Pſeudoprophetas ſuo flectere arbitrio, eorumque malitiam in certum finem excitare. *Refutatur Caluin. ex Script.* *Deus non mittit vel excitat prophetas mendaces.*

20 2. Probatur ex Concil. Arauſ. 2. c. 25. vbi Anathema pronunciatur iis qui aſſerunt aliquos diuina poteſtate prædeſtinatos ad malum. Cui *Refutat. ex Concil.*

examuſſim cōſonat Cōc. Trid. ſeſſ. 6. can. 6. *Siquis dixerit non eſſe in poteſtate hominis, vias ſuas malas facere, ſed mala opera ita vt bona Deum operari, non permiſſiue ſolum, ſed etiam proprie & per ſe, adeo vt ſit proprium eius opus non minus proditio Iudæ quam vocatio Pauli, Anathema ſit.*

Refutat. ex Patribus.

3. Idem docent omnes Patres qui de hac materia loquuntur, è quibus 2 nobis ſuffecerint, 21
Græcus vnus, Latinus alter. Naz. orat. 1. in Iulian. ante medium ſic ait: *A quibus conſilijs*, (videlicet Diuinæ Prouidentiæ) *non ille ad malū excitatus eſt, Deus enim nullo modo eſt cauſa peccati & mali, quippe natura bonus.* Idē pœne infinitis locis docet D. Aug. Vnde præter 3 libros, quos de lib. arbitrio contra hunc errorem ſcripſit, lib. de ſpirit. & lit. c. 31. ſic ait: *Nuſquam legimus, non eſt voluntas niſi à Domino. Et recte ſcriptum non eſt, quia verum non eſt: alioqui peccatorum, quod abſit, Deus auctor eſſet.*

Eiuſdem rationis ſunt velle peccatum & ad illud incitare.

4. Nec ratio deeſt quæ propoſitum conclu- 22
dat, quia eiuſdem rationis ſunt, velle malitiam peccatorum, & mouere ſeu efficaciter ad illam incitare, atqui Deus non vult malitiam impiorum vel hæreticorum, (Sapient. 14. 4. *Odio ſunt Deo impius & impietas eius*) hoc enim eſt peccare, ergo nec eoſdem excitat vt ſint tales. Huc faciunt omnia argumenta quibus Theologi 1. 2. queſt. 79. a. 1. cauſalitatem peccati remouent à Deo, atque in humani arbitrij conferunt libertatem.

Ex quibus omnibus ſatis manet confirmata pars illa Propoſitionis, qua dicitur Deus hæreticos non excitare. Corollarie vero alia conſequitur, quæ de Permiſſione Diuina fidem facit; 23

quum

quum enim ſint in rerum natura, atque ob altiſſimas cauſas (de quibus ſup. verſ. 3. ſect. 2.) à Diuina Prouidentia non impediantur, certum eſt permitti, & hoc varia ſonant Script. loca, teſte Damaſc. l. 4. de fid. cap. 20. *Hæc omnia* (inquit) *non vt Deo agente accipienda ſunt, ſed vt Deo permittente.* Et infra, *Permiſſionem igitur eius vt actionem & operationem eius dicere, conſuetum eſt S. Scripturæ.* *Deus permittit peccatores.*

Tertia pars quæ eſt de hæreticorum excæcatione, obduratione & in reprobum ſenſum traditione, ex argumentorum diſſolutione pateſcet.

Obiectiones Aduerſariorum pro ſtatuendo Deo velut malorũ, hæreſiarcharũ, excitatore, impulſore; vbi de Induratione, excæcatione, in reprobum ſenſum traditione, &c.

24 OBijciunt Aduerſarij, 1. illud Ezechiel. 14. 9. *Et Propheta cum errauerit, & locutus fuerit verbum, ego Dominus decepi prophetam illum*, ergo Deus malos prophetas & hæreticos incitat ad malum, decipiendo & errores ingerendo. *Argumenta Aduerſariorum. 1.*

Secundo. 3. Reg. 22. 21. *Egreſſus eſt autem ſpiritus* (ſcilicet malus) *& ſtetit coram Domino & ait: ego decipiam illum. Cui locutus eſt Dominus, In quo? Et ille ait: egrediar & ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius. Et dixit Dominus: Decipies & praualebis, egredere & fac ita*: ergo Deus præcipit & trahit arbitrium diaboli ac ſatellitum eius, vt malitiam eorum in fi- *2 Argum.*

 nem

nem deceptionis pop. conuertat, vnde verſ. 23. *Nunc igitur, ecce dedit Dominus ſpiritum mendacij in ore omnium Prophetarum tuorum.*

3 *Argum.* Tertio, Pſalm. 104. 15. *Conuertit cor eorum vt odirent Pop. eius & dolumfacerent in ſeruos eius,* ergo Deus Ægyptios incitauit ad dolum & deceptionem.

4 *Argum.* *Quarto,* Actor. 2. 23. *Hunc* (Ieſum Nazarenum) *definito conſilio & præſcientia Dei traditum, per manus iniquorum affigentes, interemiſtis.*

5 *Argum.* *Quinto,* 2. ad Theſſalon. 2. 11. *Ideo mittet illis Deus operationem erroris vt credant mendacio,* ergo Deus excitabit falſos magiſtros, aptos & ad decipiendum efficaces.

6 *Argum.* *Sexto, ex conceſſis,* Deus in Scrip. dicitur per diabolum homines excæcare, 2. ad Corinth. 4. 4. *In quibus Deus huius ſæculi excæcauit mentes infidelium.* Item obdurare, Rom. 9. 18. *Ergo cuius vult miſeretur & quẽ vult indurat.* Et Ioan. 12. 39. *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Eſaias: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & non intelligãt corde.* Item Rom. 1. 24. *Tradi à Deo in deſideria cordis eorum.* Quæ omnia, vti & alia , videntur ſonare poſitiuam Dei operationem, excitationem, & (vt Caluin. ſupr.) efficacem impulſum in Pſeudomagiſtris, & in vniuerſum impijs excitandis, falſa proinde eſt ſecunda Propoſitio.

Reſponſa.

Solutiones Argumentũ

SAluâ tamen omnium pace *Reſp. ex* diametro Diuinæ bonitati reclamare neceſſitationẽ, coactionem, incitationem, operationem, excitationem, impulſum, inflexionem, tractionem, directionem, ſuſcitationem hæreſiarcharum & im-

impiorum qua tales,hi quippe abſoluti loquẽdi modi, phyſicam cauſalitatem quum inuoluant, ſicut moralem,conſilium vel præceptũ; ſi Deo attribuerentur,peccati identidem maculã affricarent,quod vti abſurdũ,ita eius bonitati infinitę cõtradicit.Secus eſt de excęcatione, obduratione,in deſideria cordis traditione,&alijs loquendi modis,qui permiſſionẽ potius diuinã,& gratiæ vberioris ſonant ſubtractionem.

Ad 1.ergo Reſp. non eſſe veriſimile aut vllo mo-
26 do credibile,Deum qui tam ſtrictedeceptiones & fallacias hominibus interdixit, ipſummet decipere voluiſſe. Quare malum Prophetam qui propter illius pop.iniquitatem datus eſt,in pænam illius qui conſulit illum, Deus decipi permiſit,nec voluit docere.Itaque non poſitiue,ſed permiſſiue Deus decepit.

Solutio 1 Argum.

Quomodo Deus malum Prophetam decipiat, nẽpe permiſſiue.

27 *Secundum argumentum* eodẽ modo exenteratur. Volens enim Deus punire Achab qui conſulebat Prophetas Baal, per quos Diabolus loquebatur, videnſque Diab. præparatum ad illum decipiendum,de induſtria permiſit ei vt deciperet Regem per Prophetas,ſic vtens Dæmonis improbitate ad Regem puniendum; atque ita ratione huius permiſſionis,dicitur Dominus dediſſe ſpiritum mendacem in ore omnium Prophetarum.Senſus ergo eſt;*Egredere & fac ita*, id eſt,permittitur tibi vt ita facias.More quippe ſcripturali,nuda permiſſio,per modum Imperatiui & præcepti exprimitur,Matth.23.32. *Implete menſuram patrum veſtrorum.* Ioan.2.19. *Soluite templum hoc.* Ioan.13.27.*Quod facis,fac citius.* Cuiuſmodi loquendi ignorantia,debiliori Ioan.Cal-

Solut.2 Argum.

Deus permittit Diab. male agere vt puniat Achabum.

Permiſſio in Script. modo imperatiuo explicatur

 uini

uini cerebello præfatam blaſphemiã extorſit.
Cæterum Alphonſ. à Caſtro l. 10. contra hæ- 28
reſ. §. Malum, hæreſ. 4. monet in quolibet malo
Propheta, duo eſſe conſideranda, primo pro-
priam illius nequitiam, & hæc nunquam à Deo
procedit. 2. eſt, quod quum ſua praua & propria
voluntate malus ſit, Deus illum mittat vt ille
prophetet alicui Pop. malo, propter peccata ſua.

Permiſſu mali Prophetæ malum Pop. punit Deus.

Ille autem ſic miſſus, non à Deo dirigitur vt
prophetando decipiat; ſed poſtquam illum ſuo
arbitrio malum factum, Deus mittit ad aliquod
bonum, ſinit illum iuxta malitiam ſuam agere,
vt hac ratione pop. caſtiget, quod verum eſt, vt
ait Iob c. 34. 30. *Qui regnare facit hominem hypocritam*
propter peccata Pop. Iuxta quem ſenſum, inquit à
Caſtro, non eſt hæreſis, dicere malos Reges aut
Prophetas à Dei voluntate pendere.

Quomodo mali Reges pendeant à voluntate Dei.

Solut. 3. Argum.

Ad 3. *Reſp* Deum vel permittẽdo conuertiſſe, 29
vel quum pop. ſuo maiorem quam Ægyptijs
proſperitatem daret, Aegyptios in eorum odiũ
concitatos fuiſſe. vnde Chald. vertit. *Conuerſum*
eſt.

Solut. 4. Argum.

Ad 4. *Reſp.* locum hunc valde ab hæreticis ex- 30
tolli, ex quo ſibi perſuadent impiorum malefa-
cta, non ſolum à Deo præſciente & permitten-
te, vel etiam ad certos laudabiles fines ordinã-
te, verumetiam actiue incitante, eaque ipſa vt
fiant decernente, perpetrari, vt videlicet hac
ratione actionibus humanis neceſſitatem im-
ponant & libertatem extorqueant. Nihilomi-
nus tamen clara eſt expoſitio, Chriſtum defini-
to conſilio & præſcientia Dei traditum, quia
traditio illa, totaque crucifixio Filij Dei, non
tantum

Quomodo Chriſtus definito conſilio fuerit traditus.

tantum fuit à Deo præcognita, ſed etiam decreta ac definita. Verum quia in hac Iudæ traditione & Iudæorum crucifixione aliud fuit ipſa actio tradentis Iudæ & crucifigentium Iudęorum, aliud verò ipſa Chriſti paſſio, qua traditus fuit ac crucifixus; actionem illam impiam & atrociſſimum ſcelus præſciuit, non definiuit Deus; at Paſſionem certo conſilio decreuit & velut maximum bonũ definiuit. Ita diſtinguit Leo Magnus ſerm.16. in Paſſion. Domini & D. Aug. de grat. & lib. arbitr. c. 20.

Eodem modo exponendum illud Act. 4. 27. *Conuenerunt enim verè in ciuitate iſta aduerſus ſanctum Puerum tuum Ieſum quem vnxiſti, Herodes & Pontius Pilatus, &c. facere quæ manus tua & conſilium tuum decreuerunt fieri.*

31 *Ad* 5. *Reſp.* ſenſum eſſe; Deum permiſſurum operationem Satanæ fieri ad ſeducendum aptã & efficacem, vnde de facto conſequetur, quod credant mendacio, & hoc non ſine cauſa Deus permittet, videlicet, *quia charitatem veritatis non receperunt vt ſalui fierent*, hoc eſt, quia in Chriſtum credere noluerũt, & eius fidem repulerunt, qui tamen nos dilexit in veritate. Cæterum ipſius Dei permittere, appellatur interdum agere, propter certitudinem effectus, & quia ſine præuia eius permiſſione nihil fieri poteſt. Sicut is qui leonem tenet ligatum, ſi illum permiſerit exire & quempiam deuorare, dicitur occidere hominem. Similí modo Deus dicitur vti malitia Diaboli & hominis, quando videlicet intendens punire vel exercere aliquos in virtute; in hunc finem permittit vt Dæmon vel homo

Solut. 5. Argum.

Quare permiſſio Dei vocetur Actio.

impius illos affligat, laxando illis manum qua illos continebat, de qua plura apud Theod. Ambroſ. Anſel. Theophyl. in illud Rom. 1. 24. *Tradidit illos Deus*, D. Aug. lib. de grat. & lib. arbitr. c. 23. & Chryſ. homil. 36. in Matth.

Solut. 6. Argum. *Homo propriè ſe indurat.*

32 *Ad 6. Reſp.* Hominem ſe propriè indurare, Deũ vero permiſſiuè tantum & indirectè indurare & excęcare, primo non agendo aliquid circa hominem, videlicet dum eum non punit, nec impedit, vel in pœnam præcedentium peccatorum non impertit auxilia illa, congrua, quibus nouit hominem conuertendum. vnde D. Aug. epiſt. 105. *Obdurat Deus non impertiendo malitiã, ſed non impertiendo miſericordiã.* Secundo quũ Deus aliquid facit bona intẽtione, ſed homo ex malitia inde accipit occaſionẽ ſeipſũ indurãdi, quũ potius deberet accipere occaſionẽ conuerſionis: quod varijs fit modis; 1. auferendo Prædicatores & alia externa ſalutis præſidia. 2 immittẽdo flagella; ſic indurauit Pharaonem. 3 tribuendo beneficia vel ipſis indurandis vel alijs, qui inde occaſionem odij accipiunt. 4 permittendo tentationes & occaſiones grauiores peccandi, cum quibus difficilior reddatur conuerſio ac propria malitia & durities ſumat incrementa. Quod ſolet facere Deus, maxime in pænam præcedentium delictorum. Tales autem 33

Quomodo Deus hominem induret.

non ſolum dicitur Deus obdurare & excæcare, (quod commune eſt illis primis) verum etiam *tradere in deſideria cordis eorum, derelinquere, deſpicere, tradere in reprobum ſenſum.* ita vt eorum impietas in Deum, pariat ipſis peruerſum iudicium de fide rebuſque Diuinis: tunc vnum peccatum eſt

Tradi in deſideria cordis, in reprobum ſenſum.

pœna alterius;, ſcilicet permiſſiue. Quod certe ſi in aliquo, maxime in hæreſiarchis, habet locum, quos Deus ſinit iuſta iudicia deceptionis in ſe & alios, mille offuſis errorum tenebris, exercere, in pœnam præcedentis malæ vitæ, ſignanter ſuperbię, quæ vnica hæreſeon mater, teſte D. Aug. lib. de Paſtoribus c. 8. *Diuerſis in locis ſunt diuerſæ, ſed vna mater ſuperbia genuit omnes*, ſupple hęreticos. Et ſic ad rem dicit Thaddæus noſter hic: Impoſtores illos *præſcriptos*, id eſt, præuiſos & merito à Deo, ob præcedentia crimina permiſſos, vt iuſtum deceptionis eius iudicium, in ſe & alios exerceant. Qua de re plura apud Thomam Stapleto. Prompt. Cathol. in feſto SS. Simonis & Iudæ, §. vnico, *Si ſermo-*

Vnum peccatum permiſſiue eſt pœna alterius.

34 *nem meum ſeruauerunt* &c. vbi vnicam Hæreſeon cauſam demonſtrat, vitæ præcedentis impietatem: patetque in omnibus fere Apoſtatis, fœdifragis monachis & clericis, qui hodie ab Eccleſia Catholica Rom. deficientes, Geneuam, Sedanum, Heidelbergam, in Angliam, Hollandiam, Zeelandiam, aliaque confœderata Apoſtatarum receptacula dilabuntur. Inter quos vnum eumque recentem exitium noui, quem non Superbum, ſed ipſam in Abſtracto *Superbiam*, merito iure quis appellet. Tanta eius Ambitio, elatio & ſuperbia intoleranda.

Impietas vitæ cauſa hæreſeon.

35 *Pro colophone* & peccatoris conſolatione, dico Deum quantumcumque obduret, excæcet atq. in reprobum ſenſum tradat, ſemper tamen relinquere auxilia ſufficientia, quibus ſi peccator pro virili cooperaretur, gratiam Dei & miſeri-cor-

Omnis peccator quantumcunque obduratus, habet ſufficiens auxiliũ cõuerſionis.

cordiam conſequi poſſet. Tota enim Script. plena eſt exhortationibus & præceptis; vnde quum Deus non præcipiat impoſſibilia, etiam dat eis auxilium vt poſſint conuerti. Nec aliud certe nobis innuit illud D. Pauli 1. ad Timoth. 2. 4. *Deus vult omnes homines ſaluos fieri*: quam, Deum nobis ſufficientia dare adminicula ſalutis, quæ res magnum peccatori ſolatium pariat eſt neceſſe; infinitam vero Diuinæ clementiæ Bonitatem maxime commendat, prout aſſerit vltima pars propoſition. 2.

SECTIO III.

Impij.

3 nota hæreſiarcharum, Impietas.

TErtiam indigitat Pſeudoapoſtolorum Notam, *Impietatem*, Græce eſt ἀσεβεῖς, Epithetum omnium peſſimum: quaſi dicat, Sine pietate & Religione. Cæterum quia pietas primario reſpicit Deum, ſecundario autem parentes & patriam, D. Iudas vnico, *Impietatis*, verbo optime declarat eos deſtitutos honore erga Deum, & parentes, amore vero erga patriam. 36

Ecqua imprimis hæreſiarcharum in Deum Religio, qui loco honoris & cultus Diuini, fætere fecerunt nominis Chriſtiani odorem coram Barbaris, Infidelibus & Mahometanis? vt enim antiquos Simonem Magum, Valentinum, Carpocratem, Ebionem, Cherinthum, Borboritas, Gnoſticos, Adiaphoritas, Coddianos, Naaſianos, Stratioticos, Zachæos, Barbelitas, Phibionitas,

onitas, &c. de quibus Epipha. hæreſ. 26. taceam; nonne impij æui noſtri Lutherus, Caluinus eorumque gregales, omnes pene actus à Religionis habitu elicitos & imperatos è cordibus fidelium proſcripſerunt? Ex principio ſiquidem Lutheri, quo omnia aſſerit fatali neceſſitate euenire, ita vt aliter quam fiunt, fieri non poſſint, noui repullulârunt Lutherolatræ, qui è caſtris ſuis, orationem velut prorſus inutilem, eiecerunt, teſte à Caſtro l. 11. §. Oratio, Si enim omnia (inquiunt) abſoluta proueniunt neceſſitate, fruſtra quis Deum orat pro ea re: ſi enim abſolute eſt futura, etiamſi non oret, eueniet: ſi vero futura non erat, etiamſi oret, nunquam eueniet. O blaſphemam doctrinam, quippe quę primum Religionis eripit actum, ſcilicet Orationem! eandem dogmatis impietatem expreſſis terminis, non eſſe videlicet orandum, olim docuit Prodicus, nefandiſſimus auctor Adamitarum, ſicut Antitactæ enormiter aſſerebant, peccatum non eſſe malum, ſed præmio dignū, de quo Clem. Alexand. Stromat. lib. 7. & 3.

Luther. & Caluin. proſcribunt omnes Actus Religionis.

Quidam Lutherani tollunt Orationem velut inutilem.

Oratio eſt actus Religionis præcipuus.

Prodicus auctor Adamitarum.

Si qui autem alij Caluiniani vel Lutherani, non eò deuoluti ſunt impietatis, vt orationem diſerte atque in actu ſignato proſcribant, nullus tamen in iis, Dei cultus, ſiue Deum colendi affectus, nullus guſtus, nulla ſolidæ deuotionis, meditationis, orationis, contritionis, dilectionis Dei ſuper omnia ſcintilla. Multa quidem de virtute efficaciaque orationis, buccis crepitantibus effutiunt, ſpirant, clamant; verū inter eos vix vnus qui vnicā de die vel hebdomadatim, horam precario exercitio impendat. Si ſubinde & pu-

Caluiniſtarum oratio nullius meriti vel momenti.

Iuſtitia Phariſaica hæreticarum cantionum.

& publice orandum ; ſedendo, affabulando cantillāt Pſalmulos, propria Quinteuangelicorum buccinatorum bucca in contemptum Eccleſ. Catholicæ compoſitos: & hic quidem externam duntaxat iuſtitiam Phariſaicam, nullā internam mentis aut voluntatis compoſitionem, nullam animi demiſſionem, nullum humilitatis eſt videre actum.

M. Lutherus maledicit votis Monaſticis.

Quid memorem ſacratiſſima & iuramento 39
firmata vitæ religioſæ vota? Quam ſcabioſe de ijs ſentiunt, loquuntur, quam blaſphemis dicteriis proſcindunt. *Vota Monaſtica* (ait Lutherus lib. de votis monaſt.) *ſunt impia, Gentilitia, Iudaica, ſacrilega, mendacia, erronea, dæmoniaca, hypocritica, Apoſtatica & Sanctorum exemplis aduerſantia.* Vlterius votifragus monachus pergit eodem lib. *Cupio eradicata, extincta & abolita eſſe omnia Monaſteria, quæ vtinam Dominus igne & ſulphure cæleſti, ad exemplum Sodomæ & Gomorrhæ demergat, adeo vt ne memoria quidem illorum ſuperſit, neque enim ſatis fuerit, illis Anathema imprecari.* Hæc exitiitius ille exoptat, ne vllum ſuæ Apoſtaſiæ remaneat teſtimonium.

Cal. maledicit Monaſt. votis.

Anteceſſori ſuccinit ſucceſſor Caluinus l. 4.
Inſtitut. c. 13. §. 17. *Primum*, inquit, *quia nouum &* 40
ſictitium cultum promerendi Dei cauſa inſtituere illis animus eſt, abominationi eſſe apud Deum quicquid voucnt, ex ſuperioribus concludo. Deinde quia nullo vocationis intuitu, nullaque eius approbatione, viuendi genus quale libet, comminiſcuntur, temerarium ideoque illicitum eſſe auſum dico. Item poſt pauca. *Præterea quum ad multos ſimul peruerſos atq. impios cultus, quos hodiernus monachatus ſub ſe continet, ſeipſos aſtringant, eos non Deo conſecrari, ſed dæmonio contendo.*

Hola Hola Caluine

Iiſdem

Iiſdem ſcommatibus Religioſa vota inſectatur Philippus Melanchthon in Cōfeſſ. Auguſtana art. 27. cum Martino Kemnitio, & nouiſſimorum Pſeudoprophetarum prodromus, at Religioſorum virorum exulceratus Zoilus Deſid. Eraſ. Rotterodamus, qui in vita D. Hiero. ab eo ſcripta, tempore eiuſdem Hieron. Monachos ſe votis aſtrinxiſſe, impudentiſſime negat. Quorum, vti & aliorum ſociorum laſciuis nutibus, plurimi exititij monachi pellecti, ſacrilegas nuptias contraxerunt, & ſacrorum votorum Deo datam fidem ruperunt.

Eraſ. Rotterodamus impie negat, olim vota emiſſa.

41 Venio ad Diuiniſſimū totius Euangelicæ Legis ac Relig. Chriſtianæ actum, tremendum, inquam, *Miſſæ Sacrificium*, quod tanto hagiomacho odio perſecutus eſt Lutherus, vt aduerſus Miſſā certum librum ex profeſſo conſcribere non ſit veritus, ſub hac epigraphe: *De abroganda Miſſa*. Vbi inter cætera ait: *Miſſæ quas Sacrificia vocant, ſumma ſunt idololatria & impietas; immo Miſſarum vſum, nomine Sacrificiorum & Sacerdotum titulo tenere, eſt negare Chriſtū.* Item lib. de Captiuit. Babylon. *Impijſſimus abuſus eſt, in Eccleſia perſuaderi, Miſſam eſſe opus bonum & Sacrificium.* Rurſus eodem lib. *Miſſa ſumma eſt peruerſitas.*

M. Lutherus deteſtatur Miſſam.

42 Impauide eandē aggreditur Cal. l. 4. Inſtitut. c. 18. §. 8. *Dico priuatas Miſſas cum Chriſti inſtitutione ex diametro pugnare, ideoq; impiā eſſe S. Cænæ profanationē.* Et poſt pauca, *In Miſſis ergo priuatis impius eſt abuſus.* Item, *Eant nunc & idololatriam eſſe negent, quod panem in ſuis Miſſis oſtendunt pro Chriſto adorandum.* Item §. 9. proxime inſequente. *Adde quod hac peruerſitas puriori Eccleſiæ incognita fuit.* §. 10. *Si de approbando Sacrificij*

Caluini impietas in Miſſæ Sacrificiū.

crificij commento, quale in Miſſa confixerunt Papiſtæ, agitur, eiuſmodi Sacrilegio veteres nequaquam patrocinari, breuiter ſit reſponſum. Sic §. 11. 12. 14. 15. &c.

Geuſius quidam hæreticus corpus Domini Pſittaco tradit edendũ.

Cuius ſcholæ nomen dederat Deo iniurius ille Geuſicola Belga, quem Anno 1566. menſe Septemb. ſcribit Laurentius Surius, Sacroſ. Euchariſtiam cum arcula argentea ablatam, Pſittaco ſuo tradidiſſe deuorandam. O horrendã Dei iniuriam! at quam ſuo tempore tartareæ viciſcentur aues, *deuoratura eum morſu amariſſimo*, Deut. 32. 24.

Eandem impietatem apud Cochlæum in Art. Lutheri An. 1525. ſapit cuiuſdam Lutherani, nomine Sapidi, Poëtæ Argentinenſis, ſacrilegum carmen, quo Miſſæ Sanctitatem & cultum Diuinum, his verbis proſcindit.

Sapidus Lutheranus Poëta contra Miſſæ Religionem.

Miſſa malum, peius quo ſacula nulla tulerunt,
Iſtud propudium, dedecus, exitium,
Fel, odium, ſacrilegium, monſtrum, ſcelus, vlcus,
Proſtibulum, virus, excidium, barathrum,
Spectrum, flagitium, tormentum, nauſea, labes,
Quiſquiliæ, tenebræ, carnificina, metus,
Naufragium, latrocinium, vis, præda, tyrannis,
Clades, pœna, dolor, mors, furor, horror, onus,
Nequitia, inſidiæ, impoſtura, infamia, terror,
Illuuies, ſanies, merda, cloaca, putor,
Larua, ſuperſtitio, impietas, iniuria, nullo
Miſſa vnquam inuiſo nomine nota ſatis.
Nec cruce, nec ferro, nec peſte, nec igne, nec vnda,
Sed ſola Chriſti voce perempta iacet.

At quæ impia atque irreligioſiſſima Sapidi carmina, in laudem ac victoriam Miſſæ, conuertit vir doctiſſimus ac 3 linguarũ peritiſſimus, Theo-

Theologus ac Philoſophus inſignis Coloniæ, Dominus Arnoldus Beſalienſis; hoc tenore.

45

Domini Arnoldi Beſalienſis carmina religioſa pro Miſſa.

Miſſa Bonum, melius quo ſecula nulla tulerunt,
Miſſa decus populi, vita, medela, ſalus.
Fellis homo plenus, nebulo, peculator & oſor,
Et meretrix Miſſam dilacerare ſolent.
Crimina Miſſa fugat, labem, tormenta repellit,
Quiſquilias, tenebras, diſijcit atque metus.
Hanc latro inſequitur, prædo fugit; atque Tyrannis,
Clades, pœna, dolor, mors, furor, horror abeſt.
Abſunt inſidiæ, impoſtura, infamia, terror:
Candor, munditiës, & decor omnis adeſt.
Relligio, pietas, veri cuſtodia & æqui,
Miſſa triumphanti nomine nota ſatis.
Quam crux, quã ferrum, quam peſtis & ignis & vnda,
Suſpiciunt, Chriſto quæ ſtabilita viget.

Hiſce & ſimilibus Principiis ſuis cõformiter
46 inſiſtentes præfati Lutherani & Caluiniani, incredibili furore, ſacrata Oratoria, Templa, Altaria, Tabernacula, in variis Belgij locis deſtruxerunt, prophanârunt, & meretriciis ſcortationibus, in Myſterij contemptum, polluerunt, vel ipſo æuo & oculis noſtris teſtibus certis. O ſcelus, ô cultus Diuini impiam deſolationem, & prophanam irreligionem! qua vix inferiorem dixerim iniuriam Theomachiam illam, quã catuli Caluini Antuerpiæ, in Summa æde *Deiparæ virgini* ſacra, ab annis circiter 45 excitârunt. Quũ enim Iconomachi illi auguſtius hoc Templum ſua exuerent ſupellectile, Imagines deturbarẽt, Sacra vaſa (ſunt enim ſelecti in hoc agendi genere Caluiniſtæ & Lutherani, nulli, credito, inferiores) ſpoliarent; ſacrilegas itidem manus

Deſolatio locorum ſacratiorum per Belgicos Geuſios.

ſuas,in imaginem ſeu grandiorem Chriſti Crucifixi ſtatuam,miro artificio fabrefactam,atque ad ingreſſum Chori alte prominentem,extenderunt, & in terram poſt multa ludibria deiectã, comminuerunt,vti & boni latronis,aliorumq; 47
Iconoclaſtæ Antuerpienſes parcunt malo Latroni. Sanctorum & Sanctarum ſtatuas venerandas. Sola tamen Improbi latronis qui Chriſtũ blaſphemauit,imago,à communi Iconomachiæ & confractionis lege eſt excepta. Adeo vt Chriſto,Sanctiſque omnibus ab impijs illis arbitris damnatis, latro iſte abſolutus, & priſtino loco fuerit donatus. In quo, meo iudicio, Chriſtũ latroni poſtponendũ eſſe, impie aſſerere conuincuntur. Si enim imagines Chriſti & Sanctorũ, Idola, ſi periculoſa ſigna, ſi idololatriæ cultu prophanata, ſi monſtra Diuino honori aduerſantia conclamârint; idem in mali latronis relicta ſtatua, & quidem potiori iure, periculum,idem abſurdum, eandẽ idololatricã excipiam monſtroſitatem;quum plerique Gentilium Deorum, non honeſti, non pij, ſed variis ſceleribus,etiam latrocinij fuerint contaminati,quos quorumque tamen ſtatuas latriæ cultu ethinici adorarunt.

48
Proinde nõ hic calcẽ veſtrũ calceus premit, aliud aliud eſt quod intẽditis;vt enim vno verbo quod ſentio dicam,& quod ſentire me factiones ac Scholæ veſtræ Geuſolatricæ per Belgiũ docuerunt & extorſerunt; *Vero Deo eiurato, ad optatum Atheiſmum aſpiratis.*

Conatus Geuſiſmi tẽdit ad Atheiſmum. Quæ,Sodes,ſupereſſe vobis poteſt Spes,fides & amor, quæ Sancta & vera Religio in illum Deum,quem Eccleſiam ſuam à tot ſæculis creditis

ditis deſeruiſſe, excæcâſſe, plurimos eius filios, ab æterno, abſque vllâ præuiſione demeritorũ, ſolum ad Iuſtitiæ ſuæ temporaneam oſtenſionem, reprobaſſe, & miſerrimæ damnationis maſſæ aſcripſiſſe? Quid in eo figetis ſpei, quem ipſummet in crucem actum, vna cum Caluino Primipilo veſtro in cap. 27. Matth. aſſeritis deſperâſſe & inferni pœnas tolerâſſe? Quo amore, qua oculorum æquanimitate eum aſpicietis, quem ad ſcelera atque peccata voluntates veſtras impellentem, trahentem, prædefinientẽ, inflectentem, adeoque abſoluta coactione conſtringentem, & ex conſequenti, ſaluti veſtræ admittitis inſidiantem? Niſi forſan dixeritis (quod dicendum) alium eſſe Deum Caluiniſtarum ac Lutheranorum, aliũ vero Papiſtarum.

Caluiniſtæ non poſſunt vera fide, ſpe vel amore colere Deum.

Chriſtus ſecundũ Caluinum, deſperauit.

Alius Deus Caluiniſtarum, alius Papiſtarum

49 Vt non mirum, quoſdam è veſtris, omne hęreſeon cœnum peruagatos, tandem dixiſſe: *Non eſt Deus.* Quo indubie reſpexit Ochinus, ſummus Triadoclaſta, quem nõ puduit iactitare, Lutherum Papatus duntaxat diſieciſſe tectum, Zwinglium parietes reſupinâſſe, ſe vero pro impauida animi magnitudine, ad ipſum Salutis noſtræ fundamentum, *SS. Trinitatem*, ſubuertendum, progreſſum. Iam vero ſi communi hominum elogio,

Ochinus ſubuertere nititur SS. Trinitatem.

Nulla fides pietaſque viris qui caſtra ſequuntur;

quam ab iſtis pietatem deſiderabitis militibus, qui SS. Trinitatis Triadoclaſtas rotunde, & non per ſinus, ſeſe profitentur? Fugite fugite impios hos Martis alumnos.

Taceo eorundem in Diuiniſſima Sacramenta (quorum venerando vſu Deus colitur & Pop.

ſanctificatur) contumelias abominandas; taceo ſacrilega eaq; quotidiana periuria; taceo Caluini in S. Confirmationis oleum (quod præfat. in Catechiſ. Geneuenſem *fætidum vocat*) effuſam inhonoratione: taceo primitiarũ oblationẽ ab ipſis nõ admiſſam; taceo Decimarũ Eccleſiaſticarũ Deo appropriatarũ, profanationem, & in ventris ingluuiem, præpoſterã conuerſionem.

Hæretici explodũt actus Religionis.

Taceo miraculorum Dei (quibus velut infallibili veritatis ſigillo Catholicam etiam hodie obſignat fidem) vel extenuationem, vel omnimodam, ideoque ignominioſam, ſuppreſſionem ab iis factam. Qua in re omnino ſilere nõ poſſum, quod ab oculato, omnique exceptione maiore teſte, viro ſene, in vrbe Haſſelenſi iampridem accepi, & refertur à Laurent. Surio Cõment. rerum in orbe geſtarum Anno 1567. Quum enim hortatu ſeditioſiſſimi hæreſiarchę Hermãni, vrbs illa Principi ſuo Epiſcopo Leodienſi, Gerardo à Groiſbeke rebellaret, atq; adeo iconoclaſtæ Geuſij, media nocte occuparentur deturbanda Crucifixi Saluatoris imagine, ecce ſemel, iterum & tertio, cerei omnes & Iconoclaſtarum faces, nullo vento flante, ita ſponte extinguuntur (ô miraculum!) vt totidẽ vicibus nouum lumen in Eccleſiam, forinſecus oportuerit inferre, ad videndum. Aderat quidem Hermannus Diuini prodigij ocularis inſpector, at qui iuſto Dei iudicio in reprobum ſenſũ datus, & hoc miraculo induratior redditus, ne quis factũ ſtupendũ, & Dei ſuper abominatione deſolationis, conteſtatorium ſigillum aliis reuelaret, omnes iuramẽto voluit aſtrictos.

50

51

Hermannus hæreticus ſupprimit euidens miraculum in vrbe Haſſelenſi.

Iam

Iam vero ſi in Deũ ita impij & irreligioſi, ſi in benedictum Chriſti corpus mortuum, nunquam tamen corruptum, nunquã vinculo vnionis Hypoſtat. exutum, ita inſaniat Beza, vt ad euadendum articulum limbi, Tract. in Caſtalionem, illud, *Charonge*, non vereatur nominare; quid de benedicta eius matre, de Diuis & Beatis clara Dei viſione per eſſentiã fruentibus, Dei amicis, Deocõregnantibus expectandũ? Nonne hos Idololatras, ſuperſtitioſos, damnatos effuſe clamant? nõne eos apud Summũ Numẽ intercedendi prærogatiua priuant? nonne auriculas lõgas & Aſininas ad terram vſque propendentes, vt preces noſtras percipiant, impie affingunt? An non Beza ſceleratum ſicarium, no-
52 mine Poltronum, pij Ducis Guiſij parricidam, quum iuſto ſupplicio propter hoc affectus eſſet, Sanctorum Martyrũ numero aſcribere eſt auſus, apud Staniſlaum, Tract. ſeu iudicio de Adoranda Trinitate? An non Sancti viri Athanaſij Symbolum, blaſphema lingua Satanaſij Symbolum appellant? Nonne Sanctos cum Deo regnantes creaturas, *Sanctitatis, vel Diuorum* nominatione, in vulgari colloquio, dedignantur?

Beza vocat mortuum Christi corpus, Charõge.

Impietas hæreticorum in Sanctos.

Beza canonizat Poltronum ſicariũ.

Hæretici vocant Symbolum ſatanaſij.

Anni fere ſeptem decurrere, ex quo in Franconiam per Palatinatum tendens, ad oppidum ducale Tſimmeren dictum, diuerterim, vbi certis contractibus forenſibus, ſolutionis terminum, Ioannis, Petri, Martini; non Diui Ioannis, D. Petri, D. Martini, &c. dies Natales, à Zwinglianis pręfigi vidi, audiui, & ſcribit eſtor; nec hoc in illo duntaxat oppido, verumetiam toto itineris Palatini decurſu; in quo etiam nul-

Hæretici non dignantur Beatos cognomine Sanctitatis.

Nam Crucifixi imaginem, vel Beatorum memoriam (vti apud Catholicos poſitum in more) per compita vel agros vidi, licet alia nugiuendula ſigna non deſint. Tam honoris Diuorum inuidæ ſunt ſoboles illæ Zwinglianæ.

Impietas hæret. in Patriam. Eorũ in Patriam impietatẽ graphice deſcribit ſup. Staniſlaus, afflictiſſimæ ſuę Poloniæ ocularis inſpector, producitque Synodum ipſorum *Pſeudoſynodi Cabillonenſis decreta.* Cabillonenſem, vbi decretum eſt, tres Orbis peſtes quantocyus eliminandas eſſe, ſcilicet Pontificiam Eccleſiam, Nobilitatem & Iuris diſciplinam. Eandem fidem perhibet Anglia, Germania, Gallia, & præ cæteris Belgium noſtrum, ad cuius extremam deſolationem, ruinã & ineluctabile fatum lectorem remittere malo, quam altiore multiloquij proſequi cothurno; ne dum multa dico, totum dixiſſe conuincar. 53

SECTIO IIII.

Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam.

4 Nota Pſeudoapoſtol. Transferre gratiam Domini in luxuriam. QVarta *Pſeudoapoſtolorum nota*, qua Nicolaitas, 54 Valentinianos, Marcionitas, &c. notat, eſt, quicquid ad carnis effrænem libidinem ſpectat, ſuadere vt licitum, ſiniſtro prætextu vel Religionis, vel Euangelicę libertatis, vel communis Chriſtianorum charitatis: putabant enim propter remiſſ. peccatorum per Euangelium annunciatam, omnia ſibi licere, ad cuius confirmationem, Sacrarum Script. vtebantur adminiculo. Ita exponunt Didymus & Oecumen. hic,

hic,& ex ijs Gloſſa, Feuardentius & Claud. Guilliaudus: quum enim gaſtrimargi eſſent & veri Borboritæ, ſeu libidinũ cœno immerſi, reuelatam tamẽ doctrinam ſimulabant, vt huius prętextu, latentem in domos nanciſcerentur ingreſſum, & mulierculas circumducerent peccatis onuſtas: in quem itidem finem nocturna myſteria affinxerunt, quo ſe ſecurius cubilibus & impudicitijs darent, ſemper enim malum odit lucem. *Nocturna myſteria ſimulabant hæretici.*

55 Cæterum Beda, Hugo Cardin. & Ioann. Gagnæius ſic exponunt Dei gratiam, vt ſignificetur maior Dei in lege Euangelica quam Moſaica, in puniendo clementia, quum enim hæc duriuſcule diceret; Siquis iſta vel illa fecerit, cõburatur, lapidibus obruatur &c. Dominus per Euangelij gratiam, dedit è contra licentiã peccata commiſſa purgandi & dignis eleemoſynæ fructibus redimendi. verum hanc gratiã transferunt in luxuriam, quippe qui tanto liberius peccant, quanto minus ſe vident à Diuinæ Iuſtitiæ rigore ſtatim examinari. At prior expoſitio textui videtur conſonantior.

Quia vero F. Feuardentius, omnium optime, hic proſequitur cum veterum tum recentium Hæreticorum impuriorem vitam, eo lectorem dirigimus, paucis duntaxat è pharetra noſtra notulis adiectis. *Franciſcus Feuardentius.*

56 *Primo igitur*, tanta fuit veterum hæreticorũ & quidem Manichæorum ſalacia, innaturalis, teſte D. Aug. ad Quoduult Deũ, hęreſ. 46. vt *ſemẽ*, ait, *humanum immiſcentes farinæ, dicerent; hoc eſt corpus Chriſti. Dictu horrendum.* Certè non minorem turpis o- *Spurcitia Manichæorum.*

Spurcitia Corpocratianorum ſeu Gnoſticorum.

perationis maleolentiam cœnoſam Gnoſticis ſeu Carpocratianis, his verbis aſcribit Epipha. hæreſ. 26. *Vbi compotârunt & venas (vt ita dicam) ſatietate impleuerunt, vir quidem concedens vxorem alteri, ad ipſam dicit: Surge, fac dilectionem cum fratre. Miſeri autem vbi illi inter ſe mixti fuerunt, &c. per ſcortationis affectum, inſuper blaſphemiam ſuam in cælum extendunt. Et ſuſcipit quidem muliercula itemque vir fluxum à maſculo in proprias ſuas manus, & ſtant in cælum intuentes, & immunditiam in manibus habentes, & dicunt: Offerimus tibi hoc donum, Corpus Chriſti, & ſic ipſum edunt: aſſumentes ſuas ipſorum immunditias & dicunt: hoc eſt corpus Chriſti, & hoc eſt Paſcha.* Quod idem de menſtruo mulierum profluuio, ſub hac forma verborum; *Hic eſt ſanguis Chriſti,* per eos dicit attentatum. Quid plura? Si aliquando mulierem contingeret impregnari, detractum fœtum in mortario, piſtillo tundebant, & pipere, melle, alijſque aromatibus, ad nauſeam pręcauendam, conditum, congregati in vnum, comedebant, ſicque participes cõtuſi pueri reddebãtur; qua anthropophagia peracta, preces ad Deum fundebant, & *Hoc perfectum* (inquit) *Paſcha dicunt*. Idem toto corpore nudi precari ſolent, tanquam per huiuſmodi operationem, inueniant maiorem dicendi apud Deum libertatem. Quos proxime Turrelupini vidẽtur imitati, hi quippe effrontiſſimi ſcurræ, omni ſequeſtrata erubeſcentia, verenda publicitus nudata geſtabant, & adinſtar canum ac iumentorum, in publicis compitis veneri aperte vacabant, teſte à Caſtro aduerſ. hæreſ. l. 14, §. *Verecundia.* quos egregie ibidem refutat, immo ab ipſa redargui natura demonſtrat.

Turrelupini ſcurriles.

Theo-

58 Theodoret. hæret. fabul. l. 4. ſub finem, certam producit ſectam, quæ ſcortationis actum non tantum licitum aſſerebat, verumetiam certæ communionis myſticæ encomio dignabatur. Quos, vti & alios plures, certum eſt Chriſti Domini gratiã, Chriſtianæ Charitatis legẽ, Myſteria, maxime Euchariſticum, in cœnoſiſſimam luxuriam tranſtuliſſe. Quod vltimum contra Caluinianos ἀρτολάτρας, grauiter vrget Arnaldus Sorbin. hic, vbi docet verbum Græcum χάριν, id eſt gratiam, gratiarum gratiam, hoc eſt Euchariſtiam denotare, probatque ex illo Hebr. 12.28. *Itaque regnum immobile ſuſcipientes, habemus gratiam, per quam ſeruiamus, placentes Deo cum metu & reuerentia,* vbi rurſum ponitur χάριν & λατρεύειν, quod cultum Religionis inuoluit. Quo item reſpexiſſe videtur Clem. Rom. Conſtitut. Apoſt. l. 2. c. 27. vbi mandat Populo, *vt omnes accedant ad myſticum cultum, cum metu & reuerentia, tanquam ad Regis corpus accedentes.* vbi per myſticum cultum, Euchariſticam intelligi vult Communionem, cui præuiam requirit Clemens reuerentiã & deuotionẽ. Quæ illuſio vti fundamento non caret, præſertim quia Gręci antiquiores, Sacram Communionem; tremenda myſteria vel μυστικὴν λατρείαν, appellârunt; ita Caluiniſtarum præpoſteram euincit tranſlationem, de quo poſtea latius: ridẽt enim dicentes: *Putain de Meſſe.*

Quædam Secta, commendat actũ ſcortationis.

Sent. Arnaldi Sorbini.

59 *Sciendum ſecundo:* Pſeudoeuangelicos, hæreſiarchas olim ad veneni ſui diffuſionem ſalacium mulierculárum opera caute fuiſſe abuſos, vt promptiorem fœminea hac conſuetudine atq. illecebroſa perſuaſiua, ad inſtabilium hominũ

Hæreſes habuerunt fæminas adiutrices.

corda, haberent acceſſum. *Mulier enim* (ſi Maximo Abbati Philoſopho & Martyri ſermon. 39. & Secundo Philoſ. in Centur. fidem damus) eſt *viri naufragium, domus tempeſtas, quietis impedimentum, vita captiuitas, quotidianum damnum, voluntaria pugna, ſumptuoſum bellum, bellua conuiua, ſollicitudo confidens, exornata Scylla, animal malitioſum, malum neceſſarium.*

Illecebroſa mulieris pericula.

In hunc proinde finem Simon Magus, vt eſt apud Iren. l. 16. cap. 20. Helenam quandam ſecum circunducebat, quam primam aſſerebat mentis ſuæ conceptionē, omniū Matrem, per quam initio mente concepiſſet Angelos facere & Archangelos. Vnde eius ſequaces Simoniani dicti, quum libidinoſe viuerent, atque amatoria & agogima exercerent, eiuſdem Helenæ imaginem, in figuram Mineruæ circumferebant.

Helena administra Simonianorū.

Sic Apocal. 2. Iezabel quædam nobilis & potens mulier, Nicolaitas defenſabat. Sic Arium vna cum ſuis, Virgines meretriculas circumduxiſſe, ex Alexandro Alexandriæ Epiſcopo, his verbis docet Theodoritus lib. 1. hiſtor. c. 4. *Seditiones porro in nos excitare, graues ciere perſecutiones, & interdum lites, per mulierculárum impurarum ſermones, quas ipſi in fraudem impulerunt, intendere. Nonnumquam Relig. Chriſtianam, ſuas tenellas meretriculas, per ſingulas plateas turpiter circumducentes, grauiſſimis contumelijs afficere, &c.* Quas vero Alexander hic vocat tenellas Arianorū meretriculas, erant 700 virgines profeſſæ Eccleſię Alexādrinæ, quas Arius ſeduxit & circūduxit, teſte Epipha. hęreſ. 69. 61

Iezabel administra Nicolaitarum.

Arius circumducit 700 ſcortillorum examen.

Inſanas huiuſmodi vates ſeu prophetiſſas Priſcillam & Maximillā (teſte Euſeb. in Chronico) ſibi aſciuit Montanus immundi Spiritus 62

Montani Priſcilla & Maximilla.

præ-

prædicator, quarum velut nobilium & opulentarum mulierũ opera abuſus, multas Eccleſias primum corrupit illecebris auri, at deinde polluit hæreſi, vt ſcribit D. Hieron. contra Pelag. ad Cteſiphontem; quum ante proprios deſeruiſſent maritos. Vnde falſitatis inſimulat eos Apollonius apud Euſeb. l. 5. cap. 17. qui Priſcillã virginem appellabant. At quorũ funeſtum interitũ ex Apollinare Epiſcopo Hierapolitano attingit idem Euſeb. l. 5. c. 15. *Quod ad Montanum* (inquit) *ipſum & Maximillam ſpectat, illi alio quodã & longe diuerſo mortis genere occubuiſſe dicuntur: nam iſtos, ferunt, Spiritus veſani & perditi impulſu, commotos, ſibi laqueo mortem conſciuiſſe.*

63 Certe Franciſcus de la Cruz, in Regno Peruano ante aliquot annos, doctiſſimus Theologus & Profeſſor, ex viro magni nominis & expectationis (nam velut orbis habebatur oraculum) in dementiſſimum abiit hæreſiarcham & Pſeudochriſtum, idque familiaritate mulierculæ cuiuſdam, quæ magna ſe ab Angelo myſteria doceri iactabat, quæque extra ſe interdũ, adinſtar Philumenæ, Apellis hæreſiarchæ adminiſtræ, rapi ſimulabat. Vnde eandem de ſummis Theol. quæſtionibus ſæpe conſulebat, in omnibus pro oraculo habebat, & profundiſſimis myſteriorũ ac dogmatum reuelationibus plenã iactitabat. Cuius proinde ſuaſu, in eam dilapſus eſt demẽtiam, vt ſibi oblatam eſſe *Vnionem Hypoſtaticam*, at non admiſſam, ſanctitatem Angelica maiorem conceſſam, datum ſe in mundi Redemptorem quoad efficaciã, omnem ſtatum Eccleſiaſticum abrogatarum, alias leges quibus Monogamia &

Franciſcus de la Cruz Theologus decipitur à muliercula.

Ecce meram Hæretici dementiam.

& Confeſſionis neceſſitas excluderetur, vxorum vero multitudo concederetur, ſe laturum, audaciſſime & ſtolidiſſime palam prædicaret. At quem Regem, Pontificem, Redemptorem & Pſeudochriſtum, vrgente Quitenſis Regni tribunali Vulcanus corripuit & in cineres redegit, ait R. Pater Ioſephus Acoſta, de Temporibus nouiſſimis l. 2. c. 12.

Plura in hanc rem vide apud D. Hiero. ſup. 64
ad Cteſiphontem, vbi nullam propemodum hæreſim meminit ſuſcitatam, quæ non habuerit fæminam adiutricem; adeo vt & ipſa Lutheri, votifragam Catharinam Borenſem, ſicut Caluini Secta, atque omnium retro enatarum horrendarum hæreſeon cloaca, Elizabetham Angliæ nuperrimam Reginam, habuerit vnicam Patronam, ac trucem defenſatricem. Quæ latius proſecutus ſum, cum vt praxim ſalacium hæreſiarcharum penitius diſpiciamus, tum gratiæ Dei in luxuriam tranſlationem, per mulieres inſtitui ſolitam, ſemper ſuſpectam habeamus & deuitemus.

Secta Caluiniana Elizabetham Angliæ Reginā habuit adminiſtram

Reſtat tertiò, vt quomodo moderni Pſeudo- 65
apoſtoli Lutherus, Caluinus, Beza, eorumque gregales Dei gratiā in luxuriam tranſtulerint, demonſtremus. Martinus igitur Lutherus Iouiniano in multis deterior, non veretur dicere, virginalem continentiam, malam eſſe, quinimo Dei præcepto contrariam. vnde in lib. de votis monaſt. *Cælibatus ille* (inquit) *virginitas, aureolæ, nugæ ſunt & mera Satanæ mendacia.* Item libro de coniugali vita; eam prorſus aſſerens impoſſibilem; *Sicut*, ait, *in poteſtate mea non eſt, quo minus ſim*

Lutherus cælibatum vt Dei mandato contrariū damnat.

mas;ita minime ſitum in me eſt, vt ſim ſine muliere. Fundamentum vero ſuum ex male intellecta depromit Script. Gen. 1. 28. *Creſcite & multiplicamini, non eſt præceptum, ſed plusquam præceptum, quod nos non poſſumus impedire, vel prætermittere, ſed perinde neceſſarium eſt & magis neceſſarium, quam edere & bibere, purgari, expuere, dormire & vigilare.* Transfert ergo Lutherus gratiam Christi in immunditiam, cũ prima veritas Matth. 19. 12. aſſerat *eſſe eunuchos qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum; qui poteſt capere, capiat.* Et D. Paulus 1. Corinth. 7. dicat melius illum facere qui Matrimonio non iungit virginẽ ſuam, quam qui iungit.

66 Cæterum Ioan. Cal. lib. 4. Inſtitut. c. 13. §. 17. licet fateatur bonum eſſe, petere à Deo auxiliũ continentiæ, affirmat tamen hanc Diuini auxilij inuocationem, non eſſe remediũ ſufficiens, ad eandẽ continentiam ſeruandam, & tum neceſſarium eſſe Matrimonium: *Non eſt*, inquit, *quil cauſentur* (ſcilicet Monachi) *ſe non niſi gratia Dei fretos, votum hoc nuncupare, nam quum ipſe non omnibus dari pronunciet, fiduciam ſpecialis doni concipere noſtrum non eſt. Qui habent, eo vtantur. Si quando ſe à carne ſua inquietari ſentiunt, confugiant ad eius opem cuius ſola virtute poſſunt reſiſtere. Si non proficiant, ne remediũ quod ipſis offertur, contemnant. Certa enim Dei voce citantur ad* *Caluinus vrget Coniugij neceſſitatem.*

67 *coniugium, quibus continendi facultas denegatur.* Sed & hic cœnoſus Borborita gratiam Chriſti, *per quam omnia poſſumus in eo qui nos confortat,* Philippen. 4. 13. quæ omnibus facientibus quod in ſe eſt, & eam inuocantibus datur affluenter, 1. Corinth. 10. *Fidelis eſt Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet cum tentatione prouentum,*

uentum, & Marci 11.24. *Omnia quacumque* (ergo & gratiam caſtitatis) *orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis*: hanc inquam Chriſti gratiam eiuſque eﬃcaciam, transfert in luxuriam, ſeu inceſtas Monachorum & Monacharum nuptias, ſpecioſi titulo coniugalis neceſſitatis palliatas.

Scholam eandem crediderim frequentâſſe 68
Hugonottã illum, qui (referente Claudio Guilliaudo) dum rogaret mutuum Chriſtianæ Charitatis obſequium, vtputà concederet in proximam noctem vxorem, eo quod ſpiritu admonitus eſſet vt cum ea dormiret; id reſponſi belle accepit à marito; *Ego reciproce ſpiritu meo commoueor, vt te hoc meo pugione confodiam*. His affines ſunt 69
Caluiniani illi, in quorum Academia (lib. Scuto fidei ſuæ, dial.) editiore tabella, hoc Axioma ſuſpenſum manet: *Homo aut femina quacunque, non poteſt vltra 4 aut 5 dies à re Venerea continere.*

Belle repreſſa Hugonotta cuinſdam ſpurcitia.

Turpe Axioma Caluiniſtarum.

Turpius his omnibus errârunt impudentiſſi- 70
mi Anabaptiſtæ, qui præter eam doctrinam, qua quamlibet mulierem aſſeruerunt obligatam ad coëundum cum quolibet viro eam expetente, & vice verſa; ignominioſiſſimam & in ſummum Chriſtianorum apud Gentiles dedecus, cedentem renouârunt Adamitarum abominationem & Florianorum, quibus teſte Philaſtro & D. Aug. de hæreſ. cap. 65. id in more poſitum erat, vt in eccleſia extinctis, poſt Solis occaſum, lucernis, promiſcuis concubitibus ſe cum mulieribus contaminarent. vnde dolore plena lamentatio illa Tertull. in Apol. c. 7. *Dicimur ſceleratiſſimi de Sacramento infanticidij, & pabulo inde &*

Anabaptiſtarum luxuria.

Adamitarũ & Florianorum promiſcui concubitus.

& poſt conniuium inceſto: quod euerſores luminum, canes, lenones ſcilicet tenebrarum & libidinum impiarum inuerecundia procuret. Hinc illa Gentilis Cæcilij in Octauium, apud Minutiū Felicem, ſumma in Chri-

71 ſtianos obiectio. *Ad epulas ſolemni die coëunt cum omnibus liberis, ſororibus, matribus: ſexus omnis homines & omnis ætatis. Illic poſt multas epulas, vbi conuiuium caluit, & inceſtæ libidinis ebrietate feruor exarſit, canis qui candelabro nexus eſt, iactu offulæ vltra ſpacium lineæ, qua vinctus eſt, ad impetum & ſaltum prouocatur: ſic euerſo & extincto conſcio lumine, impudentibus tenebris nexus infandæ cupiditatis inuoluunt per incertum ſortis: & ſi non omnes opera, cōſcientia tamen pariter inceſti, quoniam voto vniuerſorum appetitur, quicquid accidere poteſt in actu ſingulorum.*

Pabulum inceſtum.

Gentiles offenduntur ſpurcitia Pſeudochriſtianorum.

His proxime accedunt noui quidam in Bo-
72 hemia Adamitæ, quorum primipilus, fuit Picardus quidam ex Gallia Belgica, teſte Aenea Syl. lib. de orig. Bohemorum, oriundus. Is certis præſtigijs numeroſam virorum & mulierum multitudinem in ſuam naſſam pellexit, quos Adamitas vocauit, & nudos incedere iuſſit, ſe vero filium Dei & quidem Adamum nomine vēditauit. Eam verò tulit legem, vt ſine illius conſenſu, nulli fas eſſet mulierem cognoſcere promiſcuo concubitu; verum ſiquis vrente libidinis æſtu in aliquam exardeſcebat, eam manu apprehendebat, & adiens Principem, dicebat ſe illā appetere; quo audito, nebulo ille, Domini gratiā & Sacra Geneſeos verba, in luxuriā contorquens, reſpondebat; *Creſcite & multiplicamini:* de quo à Caſtro aduerſ. hæreſ. l. 4. titulo *Coitus.*

Noui Adamitæ auctore Picardo.

Omnes fere hæret. abutuntur illis verbis: Creſcite & multiplicamini.

Poſtremo his annumero Sectarios illos hircoſos; qui ſocietatē ſuam, verius dixeris, lupanar, ſpecio-

Domus immundi amoris in Belgio. ſpecioſo *Domus Amoris* ſtibio colorantes, in varias Hollandiæ oras, quin & in celeberrimum Antuerpienſe emporium, ſub initium Geuſicę tumultuationis, penetrârunt. His adde nudicorpores illos, qui Anno Domini 1535. Amſtelredami duce Theodoro Sartore ſuſcitati, veſtibus exuti, totamque vrbem percurrentes, & horriſonis vocibus, *væ, væ, væ*, *vltio Dei*, *vltio Dei*, *vltio Dei*, *&c.* complentes, meritas tandem dedêre pœnas: ſed qui prætactam & effrontem illam nuditatem (vnde & Belgico idiomate, *Hæreſis Nudicorporum, vulgo Naeckt-loopers.* Naecktloopers/denominati) Scriptura S. palliabant, quippe quæ affirmet Dei filios terrena non ſapere, terrena exuere debere: veritatem ſimplicem, nudam & apertam omne reſpuere velamen. At quorum impudentiſſimus furor, vna cum Domo amoris, iampridem eſt extinctus, & ſuppreſſus.

Luxuria Bezæ. De Theodori Bezæ ſpurcitia, & gratiæ Diuinæ, in turpiſſimum innaturalis luxuriæ genus 74 conuerſione, nihil dicam; dicat Hieron. Bolſecus in eius vita, eloquatur carmen illud ab eo compoſitum, quo velut penicillo propriæ manus, ne tantum & egregium ſcelus in obliuionem abiret, ſeſe depinxit, de quo, vti & aliis gratiæ Diuinæ luxurioſis abuſibus, per Pſeudo-reformatos verbi Miniſtros Lutheranos, Zwinglianos, Caluinianos, Knoxianos, Anglo-caluiniſticos, Puritanos, Geuſios alioſque ſubnatos hæreticos in varia Europæ regna, & Prouincias illapſis, videantur Guil. Reginal. Caluino-turciſ. l. 2. ca. 10. 11. 12. Thom. Stapleton. Promptuar. Cathol. in Feſto SS. Simonis & Iudæ,

Staniſl.

Staniſl. Hoſius, Alphonſus à Caſtro. Franciſ. Coſterus varijs locis. Denique omnium fere nouellorum Hæreſiarcharum Anteſignanus & Prodromus D. Eraſ. Rotterodamus epiſtol. in Pſeudoeuangelicos; item alia ad fratres Inferioris Germaniæ, quibus velut vnicis Aduerſarij noſtri teſtimonijs, ſæpe vtor tum hic tum in Tract. nuper edito & *Pſeudominiſterium Pſeudoreformantium* nuncupato: maxime ſection. 16. in refutat. Cal. & Brentii, extraordinariam ſui excipientium miſſionem. *Eraſmus taxat luxuriam Pſeudoeuangelicorum.*

DOGMA.

De luxuria Hæreticorum ab Eccleſiaſte propalanda.

75 PRimo exponet hic Cōcionator, qualiter ſuæ gentis hæreſiarchæ, per Germaniā, Galliā, Angliam, Poloniam, Scotiam, Belgium, &c. reſpectiue, Chriſti Domini gratiam tranſtulerint in luxuriam, quomodo eam Chriſtianæ Charitatis, Euangelicæ libertatis, &c. præpoſtero velamento palliârint, Monachos & Deo ſacras virgines traduxerint, dementârint: idque ea aurium honeſtate & pace, vt nullum offendat, nulli imbecilliori, carnalis piaculi petram ponat. Eum vero ſibi præſtituet finem, vt ab illorum Pſeudominiſtrorum vita, perfidia & Dogmatibus corda auellat. Ecquis enim benignis auribus, quis corde ſenſato, eorum amplectatur doctrinam, qui in cœno ſpurciſſimæ volutati luxuriæ, vel ipſi rationi & naturæ bellum indixerunt? *Spurcitia hæreticorum aperienda.*

Cur auctor enucleate luxuriam hæret. proſequatur.

xerunt? Hæc ſane intentio noſtra eſt & fuit, dum abominandas & naturæ aduerſarias, promiſcuas, inceſtas & inſatiabiles variorum Pſeudoapoſtolorũ hactenus enumerauimus immunditias vel immunditiarum inſanias; non vt quis eas comprobet vel imitetur, vt enim erudite Iuſtinus Martyr oratio. ad Zenam & Ser. *Prodeſt noſſe conuerſationes à ratione alienas, ne quis improuiſo ſtudio in eas incidat.* Et D. Ambro. loquens de ea quæ in Euangelio nota eſt, Apoſtolorum contentione; *Quod contenderunt* (inquit) *Apoſtoli, non excuſatio obtenditur, ſed cautio præponitur.* Vide Chryſ. in Pſal. 50. & Gregor. Papam l. 2. Moral. c. 1.

Impietas vitæ cauſa hæreſeon.

2. Docebit vitæ impietatem, hæreſeon cauſam eſſe atque radicem, 1. ad Timoth. 1. 19. *Et bonam conſcientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt.* Sic Chryſoſt. homil. 19. operis imperfect. in Matth. *Ergo quamdiu bona opera facimus, ipſum lumen iuſtitiæ ante oculos noſtros adaperit veritatẽ. Sic & peccata peccantium ſenſus tenebreſcere faciunt, vt non videntes mendacium, cadant in illud: nam & ab initio, non error Diabolicus fecit homines malos, ſed homines mali Diabolicum ſibi fecerunt errorem. Prius enim peccatis plurimis excæcatur homo, & ſic Diaboli ſeductione ſeducitur & cadit in mortem. Quemadmodum enim Sole manente, non praualet nox: ſic quamdiu lumen iuſtitiæ in homine fuerit, tenebræ erroris eum non apprehendunt.* Vnde qui ſe ab hæreſi decreuit ſeruare immunem, humilem, piam & immaculatam ducat vitam; ſic enim & lumen qua errores deprehendat, & gratiam qua deprehenſos fugiat, facile obtinebit. Humilitate vero & pietate deficientibus, permittit ſæpe Deus homines *tradi in deſideria cor-*

76

dis

dis eorum, in immunditiam, vt contumelijs aſſiciant corpora ſua in ſemetipſis, Rom. 1. 24. Quia videlicet propria Superbiæ pœna eſt carnale peccatum, docente Auguſt. ſermon. 3. de verb. Apoſt. & lib. 4. de Ciuit. c. 13. & 15. Item in Pſal. 57. *Pœna ſuperbiæ eſt peccatum carnale.*

77 Tertio zeloſe & prudenter inuehetur in certos Confeſſarios, quos Belgium quibuſdam in locis, magno animarum ſuſtinet diſpendio, & Cathol. Religionis ſcandalo non vulgari. Ii vero ſunt, qui à filiabus Confeſſionis Sacramẽtalis, per fas & nefas obedientię extorquent votum. Quo in manibus Confeſſariorum præſtito, ſtricte, ne cuipiam alteri, licet alias idoneo & approbato, peccatorum ſuorum faciant exomologeſin, cauent, & prohibent, corda earum medullitus ſibi demulcent, ſuas ipſorummet, non aliorũ vt conciones ac Miſſas audiant, vrgent; ſin minus, excõmunicationis vibrandæ gladio terrent. Quibus iam votis potiti, mille peccatorum laqueos conſcientiis illis iniiciunt, atque adeo gratiam Domini, gratiam Sacramentalem, gratiam Confeſſionis, gratiam caſtitatis, gratiam ſpiritalis inſtructionis; licet Catholici ſint, hæreticorum more, transferunt in luxuriam, immundis verbis, affectibus, literis, promiſſis, nutibus, conſolationibus, actibus conteſtatam.

Contra Confeſſarios votum obedientia à filiabus extorquẽtes.

O aſtutiam diabolicam

Quæ latius & vehementius exaggero non abſque fundamento, & propter multarum animarum, (quas certis in locis, hac via, perire noui) quotidianũ diſcrimen. Atque vtinã vtinã ad ſaniorem tandem, Dei timore confixi, redeant mentem, hi Semi-nicolaitæ & virguncularum

peccatis onuſtarum, ſeductores. Fugite, fugite, non admittite ô Patres Confeſſores, hæc temporalia obędientiæ Sacramentalis ſeu Confeſſionalis vota, quæ non probat Eccleſia, non ſynceri conſcientiarum directores, latet enim veterator Anguis in herba. Tentatum eſt, probatum eſt, certiſſima depoſitione mihi conſtat, haſce votorum oblationes & acceptationes, in caſtitatis ac Relig. Catholicæ præiudicium, crebrius degeneraſſe; vt taceam plura animarum detrimenta.

Alia conſideratio ită ſlata gratia Chriſti in luxuriam.

4 Concludit Eccleſiæ Caluinianæ Pſeudoreformatos Archiminiſtros, Gratiam Chriſti transferre in luxuriam, eò quod nullus pene articulus fidei, Decalogi aut Sacramentorum, integer apud eos ſuperſit, quem non vel omnino exploſerint, vel in carnalem libertatem inflexerint, vti inductiue contra eoſdē ἀρτολάτρας probat Sorbinus hic de articulis Diuinitatis, Conceptionis Chriſti, Paſſion. Deſcenſus ad Inferos, Reſurrection. Aſcenſionis, Cænæ, item Diuinitatis Spiritus Sancti, Eccleſiæ Cathol. Communionis Sanctorum, Remiſſ. peccator. Carnis reſurrection. & vitæ æternæ. 79

SECTIO V.

Et ſolum Dominatorem & Domiminum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes.

5 Nota hæreticorum.

QVinta hæretic. Nota, quæ eſt: impura vita atque abominandis hæreſibus negare 80 Chri-

Chriſtum Deum verum & hominem in vnitate Perſonæ, ita vt vtrumque de Chriſto intelligatur, qui ſolus eſt δεσπότης, id eſt, Dominus, & κύριος, id eſt, Dominator & auctoritate valens, vt bene Ioan. Gagnæius hic & Nico. de Lyra.

Ceterum impura vita Deum & Chriſtũ negari, ſcribit D. Paulus ad Titum 1. 16. vbi eos execratur, *qui confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant, quum ſint abominati & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.* Item Philippen. 3. 19. *Quorum Deus venter eſt.* *Impuritate vitæ negatur Chriſtus.*

81 Verbis autem falſæ doctrinæ plurimi hæreſiarchæ cum veteres, tum recentiores, Chriſti Diuinitatem pariter & humanitatem oppugnârũt. Talis fuit Simon Magus, de quo ſupr. quæſtio. 3. procemial. ex D. Irenæo diximus, eum docuiſſe, *ſe eſſe eum qui inter Iudæos quaſi Dei filius apparuerit, in Samaria quaſi Pater deſcenderit, in reliquis vero gentibus quaſi Spiritus Sanctus aduentârit* : Se *Magnam eſſe Dei virtutem, &c.* Talis fuit Menander, Carpocrates, Saturninus, Theodotus, Artemon, Paulus Samoſatenus, Photinus, Cherinthus, Ebion, eorumque gregales, vnici & ſelecti Diuinitatis Chriſti Antagoniſtæ; vti Valentinus, Apelles, Cerdon, Proclianitæ, Manichæi, Priſcillianus, Apollinaris, & alij, *conuenientes in vnum aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtum eius*, naturam humanam, quę eiuſdem cum noſtra ſit rationis & ſpeciei, ab eo ſeparare contendunt, ſicut ex præcedentibus liquet. *Hæreticis opinionibus negatur Chriſtus.*

82 Eaſdem hæreſes moderni renouârunt Pſeudoprophetæ; Lutherus enim lib. contra Latomum, ſic ſcribit: *Anima mea odit hoc verbũ* ὁμοούσιος, hoc eſt conſubſtantialis, quaſi Chriſtus Patri

Lutherus negat filij conſubſtantialitatē, cū Arianis apud Soc. l. 1 c 5. & Soz. l 3 c. 17.

non ſit conſubſtantialis ſecundum Deitatem; vnde è precibus Germanicis deleuit ; *Sancta Trinitas vnus Deus miſerere nobis.*

Blaſphemia Melāchthonis & Caluini.

Patrem paulo poſt ſecutus eſt filius Philippus Melanchthon, in locis Cōmunibus Anni 39. & 45. vbi dicit, *naturam Diuinam filij obedire Patri*, proinde ea eſſe minorem.

Ioannes Cal. l. 2. Inſtitut. c. 14. §. 3. dicit illa 83
verba Apoſt. 1. ad Corinth. 15. 28. *Cum autem ſubiecta fuerint illi omnia, tunc & ipſe filius ſubiectus erit ei qui ſubiecit ſibi omnia*; intelligi debere de filio Chriſto ſecundum vtramque naturam, ac proinde ſecundum Diuinam, Patre eſſe inferiorem: quum tamen S. Athan. in Symbol. affirmet; *Patris & Filij & Spiritus Sancti vna eſt Diuinitas, æqualis gloria, coæterna maieſtas: qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus.* Idem docet epiſtol. ad Polonos, vna cum catulo ſuo Theodor. Beza, Confeſſio. fidei puncto 1. vbi pro viribus ſuis Chriſti Diuinitatem is explodens, *L'eſſence Diuine, dit il, eſt diſtincte realement & à la veritè & eternellement, en trois perſonnes.*

Beza errat grauiſſime

Eraſmus patrocinatur Ario.

Reſuſcitati huius Arianiſmi prodromū arbitror D. Eraſ. Rotterodamum, (ſicut Orig. veteris fuit,) vt non ſine cauſa, Hungarici Pſeudōminiſtri, Prophetę ſui Michaelis Serueti, poſtmodum à Caluino Geneuæ exuſti, præcurſorē eum appellarint. Vt enim taceam, illum Arij deplorare exilium, *ob vnicum*, inquit, *verbum*; certe omnes pæne Scripturas quibus Antiquiores Patres Arianos refellunt, nobis conatus eſt extorquere; hoc autem quò vergat, Lectori concludendum relinquo.

Malitia Eraſmi.

Omnibus turpius, Sanctiſſimam Trinitatem 84

& Chriſti Diuinitatem nuper blaſphemauit Conrardus Vorſtius Neo-Arianus, certo quodam edito libello; *De attributis Dei*: quem Sereniſſimus] M. Britanniæ Rex Iacobus, vti iudicat blaſphemiarum, hereſeon atque Atheiſmi plenum, ita haſce ex eo Maximas collegit hoc Anno 1611, referēte R^do^ Domino Petro à Cudſem, in ſuo doctiſſimo, & Caluiniſtis omnibus inuiſiſſimo *Hyperaſpiſte*.

Neo Arianus Conrardus Vorſtius, Blaſphemus in SS. Trinitat. & Chriſtum.

1.

Deus non eſt eſſentialiter immenſus, nec ſimpliciter infinitus; ſed eſt quantum, finitum in loco, quodammodo corporeum, conſtans quaſi ex materia & forma.

Impia doctrina Conrardi Vorſtij.

2.

Deus eſt alterabilis, mutabilis, accidentibus ſubiectus.

3.

Deus conijcit de futuris per diſcurſum & ratiocinando.

4.

Proprie attribuuntur Deo in Sacris Script. Amor, odium, metus, deſiderium, gaudium, deſperatio, & ſimilas affectiones,

5.

Nomen Iehoua, attribuitur Angelis etiam & idolis.

6.

Chriſtus eſt θεὸς, *ſed non* ὁ θεὸς.

7.

Chriſtus dicitur æternus, reſpectu æternitatis futuræ.

8.

Argumenta quæ afferuntur à Patribus vel à recentioribus Theologis, pro æterna Chriſti generatione, aut fallacia ſunt aut friuola.

Hactenus Vorſtius.

Dictio, Solū quid hic excludat.

Coronidis loco Nota, dictionem excluſiuam 85 (*Solum*) non excludere Patrem & Spiritum Sanctum, vt enim Beda, Lyranus, Cardinal. Gagnæius, Guilliaudus & alij monēt, dictio excluſiua adiuncta termino eſſentiali vel communi relatiuo ad extra, in Myſterio Trinitat. non excludit aliam Perſonam Diuinam: Tale autem nomen eſt Dominus & Dominator, vnde vere dicimus : Pater eſt ſolus bonus & Dominus, Filius eſt ſolus bonus & Dominus, Spiritus S. eſt ſolus bonus & Dominus. Solus enim idem eſt, quod, non cum alio; propter quod ſolum excludit id quod inuoluit alietatem ; Pater autem & Spiritus Sanctus non ſunt alius Deus & Dominator à filio, ſed vnus ; vnde in hymno Angelico Eccleſia canit: *Tu ſolus ſanctus, tu ſolus Dominus, tu ſolus altiſsimus Ieſu Chriſte.*

Verſ.

5 *Verſ.5.* Commonere autem vos volo, ſcientes ſemel omnia, quoniã Ieſus, populum de terra Ægypti ſaluans, ſecundo eos qui non crediderunt perdidit.

Tertia incipit pars Epiſtolæ, in qua monet, Chriſtum Deum non eſſe negandũ, ſumpto argumento à potentia eius, quam habet in ſaluando bonos & damnando malos. Quod probat triplici argumento. Iſraelitarum, quos ſua potentia ex Aegypto eductos, ſed poſtea rebellantes & incredulos, perdidit ac puniuit. Angelorum, quos è cælo diſturbauit. Denique Sodomæorum & Gomorrhæorum, quos igne deleuit. *Iudas probat Chriſtũ non eſſe negandum.*

SECTIO PRIMA.

Commonere autem vos volo, ſcientes ſemel omnia.

Primo hic notanda mira Apoſtoli in dicendo gratia, qua beneuolentiam captat Auditorum, quaſi dicat, Non intendo vos de nouo docere, quippe qui omnia arcana fidei & neceſſaria, *Semel*, hoc eſt, perfecte ſcitis, ita vt non non ſit opus eadem ſecundo inculcare. Solum veſtra intereſſe, & officij Apoſtolici dictamini feciſſe me ſatis arbitrabor, ſi vos commonefecero, & veterum exempla oculis ſubijciendo, memoriam veſtram refricauero. *Captatio beneuolentia.*

Secundo docemur neminem ita doctum eſſe, 3
ita Theologiæ vel Iuriſprudentiæ peritum, quin matura ſubinde egeat verbi Diuini exhortatione. Male proinde ſibi conſulunt Nobiles, Conſiliarij & ſimiles, qui nunquam pæne audiunt conciones, licet enim ſcientiam habeant etiam Theologicam, tamen eius lectione non perinde ac verbi Diuini declamatione cōmouentur, incredibile enim quantam energiam habeat *Viuus Dei ſermo & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus, compagum quoque ac medullarum* Hebr. 4. 12. Quamobrem Olympiodorus Comment. in Eccleſiaſt. cap. 12. concinnam in hanc rem allegat comparationem: Sicut enim ſtimuli, pigriores pungunt boues, vrgentque acrius campi vel noualis ſulcos proſcindere aratro. Sic Concionatorum viua verba nos excitant dum ſpe bona aramus, vt ſulcum animæ noſtræ ſpiritalem alacrius proſcindamus, vt cum purgatus fuerit cordis noſtri ager, pulchros in eo virtutum ſurculos conſeramus. Eadem concionatorum ardentia verba, comparat clauis ignitis atque candentibus, qui altius ac facilius lignis infiguntur. Sic verbum Dei & Sapientia Theologorū audita, ac feruido dicentis affectu deprōpta, in penitiſſimos intellectus (adde & voluntatis) ſinus altius inualeſcunt.

Etiam docti debent audire conciones.

Virtus verbi Diuini prædicati.

Verba concionatorum ſūt claui igniti.

3 Docemur exemplorum tum ex Sacris literis, tum hiſtor. Eccleſiaſticis depromptorū, cathedraticas propoſitiones, magnam in ſe inuoluere efficaciam, vti ſup. dictum quæſt. 4. procemial. vtilit. huius epiſt. 5. Vnde Caſſiodor. l. 5. 4

Exempla in Concionibus ſūt efficacia.

epiſt

epiſt. 44. *Inſtructus redditur animus in futuris, quando præteritorum commouetur exemplis.* Et Leo Pap. ſermon. de ieiunio: *Validiora ſunt exempla, quam verba.* Quid enim tenacius inhæret memoriæ, voluntatem mouet efficacius, intellectum illuminat clarius, aures oblectat auidius, tædiũ excludit commodius, affectum fouet ardentius, metum ſalutarẽ inſtillat prouidentius, mores informat regularius, quam exemplum imitandum in bonis vitandum in malis? Vnde Gregorius, l. 2. Moral. c. 1. *Scriptura, geſta narrat Sanctorum, & ad imitationem corda prouocat infirmorum; dumque illorum victricia facta commemorat; contra vitiorum prælia debilia noſtra confirmat.* Et Bernard. in præfat. vitæ Malachiæ. *Semper fuit operæpretium, ſanctorum ſcribere vitas illuſtres, vt ſint in ſpeculum & exemplũ, ac quoddam velut condimentum vitæ hominum ſuper terram: per hoc enim quodammodo apud nos etiam poſt mortem viuunt, multoſque ex ijs qui viuentes mortui ſunt, ad veram prouocant & reuocant vitã.* Hactenus Bernard.

Vita Sanctorum quid conferant.

5 Ieremiæ 38. poſtquam iuſſu Sedechiæ, ipſe Propheta miſſus eſſet in lacum Melchiæ filij Amelech, tandem ad inſtantiam Abdemelech Æthiopis funibus eductus eſt, ſed quum prius veteres pannos, ſub cubito manuum ſuarum, & ſuper funes poſuiſſet, ne videlicet aſperitas funium læſionem aliquam brachijs inferret. Ita ſinguli peccatores cum Dauide clamare debent Pſalm. 68. 3. *Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia,* hoc eſt, fundamentum, niſi enim Deus illum pro ſua miſericordia inde abſtrahat, nullum peccator ſolidum habet fundamentum cui innitatur. Vnde

Similitudo.

Deus

Deus per vocē Concionatoris,immittit ei aſpe-
rioreshorrendorum & ſubinde ſuauium exem-
plorum funes, quibus,cooperante Dei gratia,
cōmotus,ſpem & propoſitum efficax melioris
concipit vitæ,tandemque educitur de *lacu miſeriæ
& de luto fecis.*

Iudæorum Duces vſi exemplis.

An non fortiſſimi Populi Dei duces Gedeon 6
Ioſue & Machabæus,quum milites ſuos in præ-
lium,pro Dei honore & Patrijs legibus ſuſce-
ptum,vellent animare , Maiorum & Patrum
ſuorum Acta diſerte commemorârunt? An nō

Christus exemplis vſus.

Saluator prima & ſumma veritas,quæque om-
nes callebat mouendi animos rationes, ad hāc
exemplarem confugit,dum horrendam Epu-
lonis in inferno ſepulti damnationem , & feli-
ciorem Lazari ſortem in medium adducit? An

D Paulus vtitur exemplis.

non Apoſtolus 1. Corinth. 10. 6. & deinceps, ea-
dem graditur via,dum ait. *Hæc autem in figura facta
ſunt noſtri,vt non ſimus concupiſcentes malorum , ſicut &* 7
*illi concupiêrunt. Neque idololatræ efficiamini,ſicut quidam
ex ipſis. Neque fornicemur,ſicut quidam ex ipſis fornicati
ſunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia. Neque ten-
temus Chriſtū,ſicut quidam eorū tentauerunt,& à ſerpenti-
bus perierūt. Neque murmuraueritis,ſicut quidā eorū mur-
murauerūt & perierunt ab exterminatore. Hæc autem om-
nia in figura contingebant illis;ſcripta ſunt autem ad corre-
ptionem noſtram,in quos fines ſæculorum deuenerunt,*

D.Gregor. exempla adducit.

An non & ſummus ille Theologus Eccleſ.
doctor,D. Greg. cum Scriptis ſuis,tum verbi
Diuini declamationi,exempla ſolet immiſcere,
cum iucunda tum horrenda?

Bruno miræ apparitionis exemplo Or.

Bruno,an non conuerſus & Carthuſienſi or- 8
dini initium dedit,horrendo territus exemplo

Doctoris cuiuſdã Pariſienſis defuncti, ſed quum emortuum corpus ad Eccleſiam deferendum eſſet, eleuato capite è feretro prominentis, atque omnibus audientibus, terribili voce, ter, cũ trium dierum interuallo, exclamantis: *dinem Carthuſ. inſtitu it.*

Iuſto Dei iudicio accuſatus ſum,
Iuſto Dei iudicio iudicatus ſum,
Iuſto Dei iudicio damnatus ſum.

De quo plura apud Petrum Sutorẽ Carthuſ. l. 1. de vita Carthuſiana tract. 2. c. 2. in Speculo
9 Exemplorum, §. Carthuſienſis Ordo. Taceo D. Auguſtino, acerrima caſtitatis, ſub initium cõuerſionis addita eſſe calcaria, quando innumeroſam intellexit virginum atque adoleſcentum multitudinem, Deo cum omni humilitate, corporum & mentium puritate ſeruire, vt patet ex varijs Capit. lib. Confeſſio. in quibus aliquando ſeipſum his & ſimilibus verbis animare ſolet: *An tu non poteris quod iſti & iſta? An iſti & iſta in ſe, & non in Deo ſuo id potuerunt?* Videlicet omnimodam ſeruare continentiam. Vnde in eius ſolemnitate canit Eccleſia, *Vulnerauerat charitas Chriſti cor eius, & geſtabat verba eius in viſceribus quaſi ſagittas acutas, & exempla ſeruorum Dei, quos de mortuis viuos fecerat, tanquam carbones vaſtatores.* *Exẽpla mouent D Auguſtinum.*

10 Palpones proinde duntaxat molliores eos dixero concionatores, qui de bonitate, miſericordia & beneuolentia Dei ſemper, non de rigida aliqua eius punitione aut condigna remũneratione, vel ad pœnitentiam ſeuera excitatione, faciunt verba aut producunt exempla. *Molles concionatore.*

11 Refert Plutarchus Proœm. in Demetrium & Antonium, Iſmeniam Thebanum quum Tibicen *Apophthegmata. Iſmenias.*

bicen eſſet, adduxiſſe diſcipulos ad ea loca in quibus oſtendere poſſet tam eos qui bene, quã qui ſecus tibia canerent, ibique ſolitũ dicere: Ita canendum, ac contra; Ita non eſt canendum.

Antigenidas Certe Antigenidas maiore oblectamento & ſcientiæ incremento, iuuenes arbitrabatur bonos Tibicines audituros, ſi aliquando malorum quoque experimenta egiſſent. *Sic* (ait Plutarch.)

Plutarchus. *mihi videmur nos quoque impigriores fore vitarum ſpectatores & æmulos meliorum, ſi nec peruerſarum nec improbatarum ſimus rudes.*

Eodem modo Spiritus Dei in S. Pagina, ad 12
variorum nos adducit ſpectacula exemplorum; bonorum, vt ea imitemur, malorũ & punitiones eorundẽ, vt illa dediſcamus & deteſtemur? Cur non idem ergo eius præſtabunt præcones? cur non periculoſo iſto hæreſeon longe proſerpentium tempore crebra inculcabunt exempla vindictæ Diuinæ de incredulis, ſuperbis, luxurioſis, atque Apoſtaticis hæreticis ſumptæ, quum ea non deſint?

Exempla de lapſis Chriſtianis à D. Cypr. ſcripta Quem, obſecro, in fide vacillantem non mo- 13
ueant triſtia funera & prodigia de lapſis incredulis viſa, atque à D. Cypriano lib. de lapſis, his verbis indigitata? *Ecce eorum qui negauerunt, quæ ſupplicia conſpicimus? quos eorum triſtes exitus flemus? Nec hic eſſe ſine pœna poſſunt, quamuis necdum dies venerit pœnæ. Plectuntur interim quidã, quo cæteri corrigantur. Exempla ſunt omnium tormenta paucorum.*

Exempla ſũt omnium tormenta paucorum.

Vnus ex his qui ſponte Capitolium negaturus aſcendit, 14
poſtquam Chriſtum negauit, obmutuit. Pœna inde cœpit, vnde cœpit & crimen, vt nec rogare iam poſſet, qui verba ad precandam miſericordiam non haberet. Alia in balneis

Negãs Chriſtum obmuteſcit.

conſtituta (hoc enim crimini eius & malis deerat, vt & ad balnea ſtatim pergeret, quæ lauacri vitalis gratiam perdidiſſet) illic ab immundo ſpiritu immundo correpta cecidit: Laniauit dentibus linguam, qua fuerat vel paſta impie vel locuta: poſtquam ſceleratus cibus ſumptus eſt, in perniciem ſuam rabies oris armata eſt: ipſa ſui carnifex extitit, nec diu ſupereſſe poſtmodum potuit, doloribus ventris & viſcerum cruciata, defecit.

Fæmina violans fidem Christianã corripitur à Diabolo.

15 Eodem loco narrat, paruulam filiolam à parentibus in perſecutione fugientibus, ſub nutricis alimento relictam, quam poſtmodum nutrix retulit ad Magiſtratus, qui apud Idolum, quum per ætatem carnem mandere non poſſet, panem mero idolothytico mixtum, puellæ tradiderunt: cuius rei ignara mater, eam Sacrificantibus Sacerdotibus intulit in templum. *Sed* (inquit) *puella mixta cum Sanctis, precis noſtræ & orationis impatiens, nunc ploratu concuti, nunc mentis æſtu cœpit fluctuabunda iactari, & velut tortore cogente, quibus poterat indicijs, conſcientiam facti, in ſimplicibus adhuc annis, rudis anima fatebatur. Vbi vero ſolennibus adimpletis, calicem Diaconus offerre præſentibus cœpit, & accipientibus cæteris locus eius aduenit, faciem ſuam paruula, inſtinctu Diuinæ Maieſtatis auertere, os labijs obturantibus premere, calicem recuſare. Perſtitit tamen Diaconus; & reluctanti licet, de Sacramento calicis infudit. Tunc ſequitur ſingultus & vomitus: in corpore atque ore violata Euchariſtia permanere non potuit: ſanctificatus in Domini ſanguine potus, de pollutis viſceribus erupit. Tanta eſt poteſtas Domini, tanta Maieſtas &c.*

Prodigium Diuinum in paruula pane idolothytico paſta.

Nunc ad particularia eaque ſcripturalia D. Iudæ noſtri exempla tranſeamus.

Digitized by Google

SECTIO II. 16

Quoniam Ieſus populum de terra Ægypti ſaluans, ſecundo eos qui non crediderunt perdidit.

SEnſus eſt: Quoniam Ieſus Chriſtus Dominus noſter, potentia Diuinitatis ſuæ, per manus Moyſis, pop. ſuum Iſraeliticum de terra Aegypti ſaluans, ita vt nec ab Ægyptiis tangeretur, nec defectibus vel infirmitatibus grauaretur, Pſal. 104 37. *Et non erat in tribubus eorum infirmus*, videlicet quando humiles fuerunt, & verbis ac promiſſis eius credentes, clamabant ad Dominum cum tribularentur; eoſdem poſtea tanto beneficio ingratos, & ex fidelibus infideles redditos, occidit in deſerto, propter rebellionem & incredulitatem, Exod. 16. 17. 32. & Num. 11. 14. 16. 21. 25. vbi propter varias contra Deum murmurationes, incredulitates, & frequentes Apoſtaſias ſæpiſſime puniuntur temporaliter, ita vt 40 annis, quibus fecit eos errare in deſerto, & circuire montem Sinai, omnes tandem conſumpti ſint, qui contra Deum os ſuum aperuerunt, ſicut eis Num. 14. 33. comminatus fuerat Dominus dicens: *Filij veſtri erunt vagi in deſerto annis 40. & portabunt fornicationem veſtram, donec conſumantur cadauera Patrum in deſerto, &* verſ. 34. *Quadraginta annis recipietis iniquitates veſtras, & ſcietis vltionem meam, quoniam ſicut locutus ſum, ita faciam*

Chriſtus Ieſus olim puniit incredulos Iudæos.

faciam omni multitudini huic peſſimæ quæ conſurrexit aduerſum me: in ſolitudine hac deficiet & morietur.

17 Vult ergo dicere: Sicut pop. ille primò in humilitate & vera fide clamans, fuit exauditus à Domino, ſed poſtmodum acriter punitus propter concupiſcentias & murmura; item diffidentiam & omnium horum peccatorum fontem, incredulitatem, eo quod nec Moyſi, nec Ioſue, nec Caleb, nec Deo ipſi, nunc ex gloria ſua in monte, nunc ex arca loquenti, & potentiam ſuam variis prodigijs conteſtanti, firmam habuerit fidem; vti dicitur Pſal. 77. 19. *Male locuti ſunt de Deo: dixerunt: Nunquid poterit Deus parare mẽſam in deſerto, quia non crediderunt in Deo; nec ſperauerũt in ſalutari eius. In omnibus his peccauerunt adhuc, & non crediderunt in mirabilibus eius.*

18 Ita Pſeudoapoſtolis iſtis, carnalis impudicitiæ Archimagiſtris, & eorum ſequacibus Simonianis, Valentinianis, Nicolaitis, Marcionitis, &c. de tenebris ignorantię, in admirabile Chriſtianæ fidei lumen eductis, non ſufficiet tranſijſſe ſemel aquas Baptiſmi, ſemel credidiſſe in Chriſtum verum Deum & hominem, ſemel vitæ puritatem aſſumpſiſſe; ſi enim ad priorẽ immunditiam, concupiſc. atque infidelitatis redierint ignorantiam, damnabuntur, & iuſto Dei iudicio punientur. Quamobrem ſicut illi increduli non manſerunt impuniti; ita nec hi veſtri infidelitatis magiſtri, ſi Chriſtum negauerint, potentem eius punitionem euadent. *Applicatio Comparationis à Iuda inſtitutæ.*

19 Cæterum Oecumenius hic, docet verbis iſtis oſtendi, eundem Deum eſſe veteris & noui teſtamenti conditorem, & non, ſicut hi ſcelerati *Sententia Oecumenij.*

Q di-

dicunt,alium fuiſſe veteris Teſtam. crudelem & ſæuum,alium vero noui, manſuetum ac humanum præſidem eſſe Deum; quod aſſerit cõtra Gnoſticos & Marcionitas,qui perperam hac in re ſentiebant,teſte Iren.l.3.c.43.*Marcion*, inquit,*diuidens Deum in duos, alterum quidem bonum*, *& alterum iudicialem dicens,ex vtriſq; interimit Deum. Hic enim qui iudicialis eſt,ſi non & bonus ſit, non eſt Deus:quia Deus non eſt cui bonitas deſit. Et ille rurſus qui bonus, ſi non & iudicialis,idem quod hic patietur, vt auferatur ei ne ſit Deus,&c. Saluat enim quos debet ſaluare*, *& iudicat di-* 20
gnos iudicio, &c. Succinit huic interpretationi Beda,dum Ieſu Chriſti hic indigitari docet æternitatem; *Ieſum*,inquit,*non filium Naue,ſed Dominum noſtrum dicit,oſtendens primum,quia non ipſe à partu Sanctæ virginis,vt hæretici affirmant*, *principium habuit, ſed iuxta myſterium ſui nominis*, *ad ſaluationem credentium Deus æternus extitit.* quaſi dicat, Erat Deus æternus,ſed qui natus de virgine, nomen Ieſus in tempore,dum circumcideretur accepit: vnde Paulus Hebr. 13.8.*Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſecula.* Hypoſtaſis enim & Suppoſitalitas Chriſti hominis, eadem eſt quæ Chriſti Dei, qui eſt æternus,Verbum Patris,vnde etiamquũ opera SS. Trinitatis ad extra,ſint indiuiſa,iamque adeo Verbum Patris,ſaluationi Iſraelitarũ cum Patre & Spiritu S. ſit cooperatum, vere ipſe Chriſtus dicetur ſaluâſſe;proinde ante virginem,(è qua natus)fuit.

Marcion ponit vnum Deum bonũ & alterum malum.

Demonſtrat Beda hic Chriſti æternitatem.

Arnaldus Sorbinus tamen homil. 8. in Canonic. Iudæ epiſtol. notat Apoſtolum noſtrũ contra Adiaphoritas hic procedere,adeoq. probare peccatum eſſe,quum enim illi peccatũ ma- 21
lum

Adiaphoritæ negant peccatum eſſe malum.

lum eſſe negarent, verum rem duntaxat adiaphoram ſeu indifferentem, contrarium hic aſſerit Iudas, producta Iudæorum incredulitate, quam peccaminoſam, malam, Deo ingratam, Bonitatis infinitæ offenſiuam, adeoque cum eius lege pugnantem, probat ab effectu punitionis Diuinæ, quod argumentum optime concludit à Iuſtitia Diuina: quippe iniuſtus eſſet Deus, qui prius aliquem puniret, antequam ille eſſet peccator: crimen vero iniuſtitiæ Deo impingere, nimis eſt blaſphemum.

Punitio Diuina ſupponit culpam.

22 Recte ergo Theologi cum Alphonſ. à Caſtro, l. 12. aduerſ. hæreſes Pelag. Albanens. Armen. & Eraſ. concludunt, paruulos aliquod peccatum, originale videlicet, contraxiſſe; peti enim merito poteſt, quare ſuſtineant dolores, patiantur famem & ſitim, ſæpe item à dæmonibus vexentur, ſi nullum contraxerunt peccatum ex quo hæc omnia promanent? Quũ ergo hæc omnia paruuli de facto patiantur, cõſtat eos aliquod peccatum contraxiſſe, propter quod ſic puniantur, alioqui iniuſtum fore Deũ variæ clamant ſcripturæ, ſi puniat vbi non eſt culpa: Deuter. 24. 16. *Non occidentur patres pro filijs, nec filij pro Patribus, ſed vnuſquiſque pro peccato ſuo morietur*, Ierem. 13. 22. *Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata ſunt verecundiora tua, pollutæ ſunt plantæ tuæ*, Ezechiel. 33. 12. *Impietas impij non nocebit ei in quacumque die conuerſus fuerit ab impietate ſua.*

Pœna paruulorum arguit præuiam aliquam in ipſis culpam.

23 Hinc D. Aug. de Ciuit. Dei l. 13. c. 13. probans primos parentes, concupiſcentiæ pœnam & effectum ſenſuros non fuiſſe, ſi per peccatum originale, Dominũ ſuo nõ deſeruiſſent arbitrio.

Senſerunt (inquit) *nouum motum inobedientis carnis ſuæ, tanquam reciprocam pœnam inobedientiæ ſuæ; iam quippe anima libertate in peruerſum propria delectata, & Deo dedignata ſeruire, priſtino corporis ſeruitio deſtituebatur. Et quia ſuperiorem Dominum ſuo arbitrio deſeruerat, inferiorem famulum ad ſuum arbitrium non tenebat: nec omnino habebat ſubditam carnem, ſicut ſemper habere potuiſſet, ſi Deo ſubdita ipſa manſiſſet.* Sic tom. 9. in Ioan. tract. 124. circa medium, confirmat & concupiſcentiam aliaſque naturæ corruptæ pœnas, eſſe præuij peccati original. effectus, & pœnas quidẽ culpa longe productiores. *Hanc itaque vitam* (ait) *de qua ſcriptum eſt, Nunquid non tentatio eſt vita humana ſuper terram, in qua quotidie clamamus ad Dominum, Libera nos à malo, cogitur homo tolerare etiam remiſſis peccatis: quamuis vt in eam veniret miſeriam, primum fuerit cauſa peccatum. Productior eſt enim pœna quam culpa, ne parua putaretur culpa, ſi cum illa finiretur & pœna.*

Concupiſcẽtia & aliæ pœnæ ſunt effectus peccati originalis.

Hallucinantur ergo turpiſſime Huldericus 24
Zvvinglius & Io. Caluinus, qui Deum iuſtum habent vltorem eorum peccatorum quæ ipſe mandat, ad quæ impellit, inclinat, quorum ipſe auctor (*vnum igitur atque idem facinus*, inquit Zvvinglius ſermone de Pœnitentia cap. 4. *puta adulterium aut homicidium, quantum Dei eſt auctoris, motoris, impulſoris opus, crimen non eſt: quantum autem hominis, crimen ac ſcelus eſt.* Caluinus lib. 1. Inſtitut. c. 18. §. 1. *Colligimus eius probationis, cuius Satan & ſceleſti latrones miniſtri fuerunt, Deũ eſſe auctorẽ*:) quũ tamẽ veri nominis peccata ex parte hominis nulla talia ſint, nec eſſe poſſint, ex cõmuni Theol. ſententia, de ratione enim peccati eſt, eſſe voluntarium & liberum; vnde nemo peccat damnabi-

Hæretici docent Dominũ punire peccata quorum ipſe eſt auctor.

Nullum eſt peccatum quod non ſit libere voluntarium.

mnabiliter in eo quod vitare non poteſt, teſte D. Auguſtino de natura & grat. c. 67. *Quæcunque, ait, iſta cauſa eſt voluntatis, ſi non poteſt ei reſiſti, ſine peccato ei ceditur. Si autem poteſt, non ei cedatur, & non peccabitur. An forte fallit incautum? ergo caueat ne fallatur. An tanta fallacia eſt, vt caueri omnino non poßit? Si ita eſt; nulla ergo peccata ſunt. Quis enim peccat in eo quod caueri nullo modo poteſt.*

Nemo peccat in eo quod caueri non poteſt.

25 Vnde ſequitur, Si Deus homines damnet ob ea peccata ad quæ ipſe impellit, cogit, inflectit hominum voluntates, nec ipſi propter ineuitabilitatem culpæ reatu conſtringi poſſint; Deum æternæ damnationis nobis infligere pœnam ob peccata à ſe auctore, inſtigatore, impulſore commiſſa; quod vt ſumme blaſphemum, humanæ horrent audire aures. Niſi forſan cum Gnoſticis & Marcionitis, alium dixeris eſſe Deum Zvvinglianorũ & Caluiniſtarum, alium vero Pontificiorum ſeu Papiſtarum.

Alius Deus Caluiniſtarum, & alius Papiſtarum.

INDAGO THEOLOGICA.

An hæretici præ cæteris infidelibus grauius peccent?

Infidelitas mere negatiua non eſt peccatum.

SVppono 1. Infidelitatem mere negatiuam, qualis eorum eſt qui nihil vnquam de fide Cathol. audierunt, non eſſe veri nominis peccatum, quicquid dixerint Adria. quodlib. 4. quæſt. 1. & Alphon. à Caſtro. l. 2. de lege pœnali, cap. 14. Patet Rom. 10. 14. *Quomodo credent ei quem nõ audierunt? quomodo autẽ audient ſine prædicante?* vbi Apoſtolus neminẽ docet, poſſe abſque præuia prædicatione credere in Deum, ordinaria ſcilicet via quã tenet Deus, non extraordinaria; neminem autẽ peccare in eo quod cauere non poteſt, ſupr. eſt dictum; deinde à Pio 5. & Greg. 13. damnata eſt iſta Propoſitio: 26

Definitio Pij & Gregorij 13.

Infidelitas pure negatiua eſt peccatum in ijs qui Euangelium non audierunt.

Ratio verò hæc eſt, quia nullum poteſt eſſe peccatum actuale, abſque propriæ voluntatis libero conſenſu, vt deduximus ex D. Aug. ſup. quiidem docet de peccator. merit. & remiſſ. l. 1. c. 25. & Tom. 6. in diſput. 2. contra Fortunatum. *Peccata, vt dixi, niſi libera voluntas eſſet in nobis, peccata non eſſent. Siquis enim, verbi cauſa, ligaretur ab aliquo cæteris membris, & de manu eius falſum ſcriberetur, ſine eius propria voluntate; quæro ſi hoc iudici pateſieret, poßit hunc hominem falſitatis crimine condemnare.* In hoc enim differt 27

differt peccatum actuale ab origi nali, quod hoc aliena & primorum parentum extrinſeca, iſtud non niſi propria voluntate committatur. Atqui ignorantia hæc ſeu infidelitas mere negatiua, nullo modo eſt ita voluntaria, quia eam vincere illi eſt impoſſibile.

Differentia peccati Originalis & Actualis.

28 *Suppono* 2. tres eſſe ſpecies infidelitatis, hæreſin, Iudaiſmum & Paganiſmum, quæ peccata ſunt grauiſſima, vtpote quæ immediate verſantur circa auctoritatem Diuinam, cui homo quia non vult credere, cenſetur per hæc peccata eam contemnere; proinde grauiora ſunt ex genere ſuo omnibus alijs quæ non verſantur circa Deum; minora tamen ſunt odio Dei.

Tres ſpecies Infidelitatis hereſis, Iudaiſmus & Paganiſmus.

Propoſitio.

29 S*Icut fideles* grauiter peccant, licet non peccato infidelitatis, qui negligunt eos diſcere articulos quos fide expreſſe credere tenentur; ita ordinarie hæretici maiori reatu, præ cæteris infidelibus, conſtringuntur & grauius peccant. Propoſitio hæc eſt trimembris; & quod ad primam eius attinet partem, grauiter tales peccare Chriſtianos mirum non eſt, quum negligant ea diſcere quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem. Deinde ex horum ignorantia ſequitur, non ita aliarum virtutum, vt Spei, Charitatis, Religionis, Contritionis: item Sacramentorũ vel adminiſtrandorum vel recipiendorum actus & functiones, exerceri ſicut oportet. Fides enim eſt veluti facula & lampas quæ aliis præiucet virtutibus, &

Haretici grauius peccant Iudæis & Paganis.

Peccant Chriſtiani qui negligũt diſcere articulos fidei.

Fides eſt facula aliarũ virtutum.

viam monſtrat. Quamobrem ea non ſubſiſtente, neceſſe eſt vt aliarũ caſſa ſit ſequela, caſſum exercitium. Vnde illud D. Aug. in Ioan. ſermon. 18. *Ambula per fidem, vt peruenias ad ſpem; ſpes non ædificabit in patria, quam fides non conſolatur in via.* Et D. Gregor. ſuper Ezechiel. *Niſi prius fides teneatur, nullo modo ad ſpiritualem amorem pertingitur, non enim charitas fidem, ſed fides charitatem præcedit; nemo enim poteſt amare qui non crediderit, ſicut nec ſperare.* 30

Peccata grauiora in fideli quam infideli: Si vero ſciant, credantque articulos fidei ad ſalutem neceſſarios, & peccent; notat D. Tho. 2. 2. q. 10. art. 3. ad 3. omnia Chriſtianorũ peccata, excepta Infidelitate, cæteris paribus eſſe grauiora, quam infidelium. In cauſa eſt, maior notitia veritatis, copioſius auxilium gratiæ, & maior ingratitudo. Quibus de cauſis etiam magis aggrauantur peccata in hominibus doctis, Theologis, Religioſis, Preſbyteris & eccleſiaſticis, quam in laicis & indoctis.

Ignorantia articulorum fidei non eſt infidelitatis peccatum. Secunda pars, talem rerum fidei ignorantiã, 31
non eſſe peccatum infidelitatis, etiam pateſcit, quia quum tales homines ſint fideles, adeoque adhæreat Diuinæ auctoritati, credendo quicquid Eccleſia credit, non ſunt infideles, vnde nec peccant infidelitatis peccato, tali enim peccato amittitur fides, vt docet Concil. Trid. illi vero per talem negligentiam non amittunt fidem, quippe qui parati ſunt firmiter adhærere Eccleſiæ, & Diuinæ auctoritati.

Reſtat 3 membrum fundatum 2. Petri 2. 21. 32
Melius erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quam poſt agnitionem, retrorſum conuerti, ab eo quod illis traditũ eſt, ſancto mandato. vbi dicit Pſeudoapoſtolis melius

fuiſſe,

fuiſſe, hoc eſt, minus malum, non habuiſſe fidẽ quæ docet Iuſtitiam. Tales autem Iudæi ſunt & Pagani, à quibus nunquam fides eſt acceptata. Vnde D.Auguſt. lib. 21. de Ciuit. Dei, cap. 25. *Primum quia debent attendere, quam ſit intolerabile atque à ſana doctrina nimis deuium, vt multi ac pæne omnes, qui hæreſes impias condiderunt, exeuntes de Catholica Eccleſia & facti ſunt hæreſiarchæ, meliores habeant cauſas, quam hi qui numquam fuerunt Catholici; cum in eorum laqueos incidiſſent; ſi illos hæreſiarchas hoc facit liberari à ſupplicio ſempiterno, quod in Cathol. Eccleſia baptizati ſunt, & Sacramentum corporis Chriſti, in vero Chriſti corpore, primitus acceperunt: cum peior vtique ſit deſertor fidei, & ex deſertore oppugnator eius effectus, quam ille qui non deſeruit quam nunquam tenuit.* *D. Auguſtini dogma, conſonat D. Petro.*

33 Certe nec ratio deeſt, veritas enim fidei Chriſtianæ, eſt notior hæreticis, atque auctoritas Diuina euidentius illis eſt propoſita: vnde maior cenſetur eſſe contemptus dum nolunt acquieſcere. Deinde licet Iudæi & pagani plures veritates materiales fidei reiiciant, præcellit tamen hæreſis, ratione maioris notitiæ, vnde fit Diuinæ auctoritatis contemptum magis eſſe voluntarium, qui in aliis multum diminuitur ob ignorantiam. Deinde hæreſi ordinarie coniuncta eſt à fide Apoſtaſia, qui enim in hæreſin labuntur, ordinarie ante fuerunt Catholici, vnde veritatem cognitam repulere, & D. Petrus ſup. verſ. 20. facta dicit eis eſſe *poſteriora deteriora prioribus*, vti D. Chryſoſt. hom. 50 ad Pop. *Hæreticum eſſe peiorem ethnicis & infidelibus,* *Grauitas hæreſis ex ratione patefit.* *Hæretici ordinarie antè fuerunt Catholici.*

34 Ad maiorem vero hæreticæ peruerſitatis exaggerationem, poterit hic Eccleſiaſtes aſſerere,

Hæreſis eſt peior omnibus peccatis oppoſitis virtutibus moralibus.

hæreſin peiorem eſſe omnibus peccatis quæ opponuntur virtutibus moralibus, vt homicidio, furto, adulterio &c. Quum enim grauitas peccati conſiſtat in auerſione à Deo, illud indubie grauius erit , quo directius ab eo auertitur & immediatius contemni cenſetur, tale autem eſt hæreſis, quæ immediate verſatur circa Diuinam auctoritatem, cui homo nolens credere, immediate contemnere cenſetur : immo D. Aug. in epiſt. Ioan. tract. 10. *Qui*, inquit, *non credunt, peiores ſunt quam dæmones, & tardiores quam dæmones.* vide Staniſ. Hoſium Tract. de Iudicio & Cenſura Miniſtrorum Tigurinorum & Heidelbergenſium, de dogmate contra SS. Trinitatem in Polonia ſparſo, vbi varijs locis docet, nullum peccatum eſſe grauius hæreſi & ſchiſmate, ita vt alia omnia cum hoc vno collata, feſtuca ſint cũ trabe conparata. vide etiam Polyanth. tit. Apoſtaſia, Incredulitas, Hære[illegible]

Non credentes peiores & tardiores ſunt Dæmonibus.

Verſ.

Verſ.6. Angelos vero qui non ſeruauerunt ſuum Principatũ, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in iudicium magni diei, vinculis æternis ſub caligine reſeruauit.

1 PONit Diuinæ potentiæ Chriſti 2 exemplũ, quod à caſu horrendo Angelorum propter ſuperbiam grauiſſimo ſupplicio punitorum, ad terrendos falſos impoſtores, & fideles in fide confirmandos, eſt depromptum. Docet proinde in actu excercito, à ſuperbia, cõtumacia atq; ambitu diligenter eſſe cauendum, quippe D. Auguſt. lib. de Paſtor. cap. 8. teſte: *Diuerſis in locis ſunt diuerſæ, ſed vna Mater Superbia genuit omnes*, videlicet hæreſiarchas: Deus autem eodem modo & nunc & olim, hanc Apoſtaticam ſuperbiam abominatur.

Superbia mater omnis hæreſeos.

Quaſi dicat, Certe in accepta fidei veritate ſtare debetis, nec imitari falſos & impuros illos Pſeudodoctores, qui Ieſum, non verum, ſed hominem duntaxat ex vtroque ſexu prognatum, perperã docent: nam ſicut Angelis nihil profuit, ſemel conſortes factos fuiſſe Diuinitatis; ſed vbi per ſuperbiam ſe contra Deum leuauerunt, Chriſtus eos Principatu ſpoliauit, & è cælo deiectos, ad inferna relegauit ſupplicia, adeoq; condigna præuaricatores illos Angelos, tam nobiles ſubſtantias, actus puros, Dei futuros miniſtros, cælorum Rectores, pœna puniuit, nec
2 vlla ratione pepercit; ita ſane nec hominibus illis

Principatus Chriſtianorum eſt ſtatus gratiæ.

illis ſuperbis parcet, qui non ſeruato Principatu ſuo (quo per gratiam Dei iuſtificantem, gratiam Adoptionis, gratiam gratum facientẽ, filij Dei ſunt effecti & cohæredes Chriſti futuri) Apoſtatica defectione dereliquerunt ſuum domicilium, id eſt, vnitatẽ Eccleſiæ, in qua per Baptiſmũ ſunt Deo renati, quæque Eſai. 4. 6. *eſt in vmbraculum diei ab æſtu, & in ſecuritatem, & abſconſionẽ à turbine & à pluuia, vel quia,* ſecundum Bedam hoc loco, *amiſerunt ſedes regni cæleſtis, quas accepturi erant ſi fidem ſeruarent.* Vnde ante Iudicium vniuerſale grauiter, & grauius in ipſo damnabuntur.

SECTIO PRIMA.

Angelos vero qui non ſeruauerunt ſuum Principatum.

De fide eſt Angelos eſſe.

PRimo ſciendum, & hic ſupponi, Angelos ſeu creaturas aliquas eſſe intelligentia præditas, homine quoad eſſentiã pręſtantiores, quorum aliqui ſint boni, aliqui mali, qui proinde Cacodæmones vocantur: omnes tamen ſunt incorporei; quæ certum eſt conſonare ſcripturæ, Pſal. 8. 6. *Minuiſti eũ paulo minus ab Angelis.* Matth. 18. 10. *Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem Patris mei qui in cælis eſt.* 1. ad Timoth. 5. 21. *Teſtor coram Deo & Chriſto Ieſu & electis Angelis.* Tobiæ 8. 3. *Raphael Angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deſerto ſuperioris Ægypti.* 3

Omnes Angeli ſunt incorporei.

Eſſe autem corporeæ molis inexpertes, eodem modo probatur, quia paſſim in Sacris literis 4

ris vocantur Spiritus, Pſal. 103. 4. *Qui facis Angelos tuos Spiritus.* Marci 5. 13. *Exeuntes ſpiritus immundi, introiêrunt in porcos,* qui poſtea verſ. 15. & 16. dæmonij nomine perſtringuntur. Spiritus autē nomine, rem incorpoream, vbique Script. ſignat, niſi circumſtantiæ aliud conuincant, vt Luc. 24. 39. *Spiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere.* & Matth. 27. 50. *Ieſus autem iterum clamans voce magna, emiſit ſpiritum.* Deinde ſi corporeos dixeris; Quæro, qualia corpora habebunt? Organica an inorganica? Certè non organica; ſic enim

5 forent mortales, omnia enim compoſita organica, vtpote ex contrariis conflata elementis, videmus corrumpi: fingere autem alterius rationis organa ſuapte natura incorruptibilia, eſt contra rationem & experientiam, nec decet hominem emunctæ naris. vt interim taceam, organa animantibus tributa ad vegetandum & ſentiendum, quæ in Angelos non cadunt. Si dixeris inorganica Angelorum corpora, licet tenuiſſima & ſubtiliſſima, qualia ignis & Aër ac alia corpora homogenia, non in minora incides abſurda, nullis enim vſibus tale corpus Angelo deſeruiret, vtputa nec ad intelligendum, nec ad volendū, neque ad motū, neque ad vllam aliam quamcumque operationē, quū tamē Angelos, velut Spiritus miniſtratorios, ſciamus ex SS. literis, Diuinam perferre voluntatem. Plura vide apud Dionyſ. Areopag. cap. 4. & 5. Diuin. Nomin. item c. 1. & 2. cæleſt. hierarchiæ, S. Ignat. epiſt. ad Trallian. Epiphan. hæreſ. 26. Cyrill. l. 4. in Ioan. c. 10. & D. Greg. l. 4. Moral. c. 29.

Angeli nec organica nec inorganica corpora habent

6 Falſus proinde eſt error Sadducæorum &

Her-

Error Sadducæorũ & Hermani Riſwick.

Hermanni Riſwick Bataui, apud Bern. de Lutzemburgo, in Catal.hæret. Quorum priores nullum dari aſſeruerunt Angelum; poſterior, non eſſe creatum; quare & Anno 1512, igne exuſtus, iuſtiſſimas perfidiæ luit pænas.

Angelorum Voluntas fuit libera in primo inſtãti creationis.

Angeli Beatitud. ſuam in prima moru promeruerunt.

Sciendũ ſecundo, voluntatem Angelorum omnium, etiam in primo inſtanti creationis, liberam fuiſſe libertate exercitij & ſpecificationis, atq; adeo in ſenſu diuiſo peccare potuiſſe peccato cõmiſſionis & omiſſionis. Cuius ratio eſt, quia ſecundum D. Tho. 1. part. quæſt. 62. art. 4. & alios, Angeli omnes in prima mora ſeu duratione, de facto beatitudinem ſuã promeruerunt, ergo & peccare ac demereri potuerunt. Quæ ſequela ex eo pateſcit, quia eadem libertas quæ ſufficit ad meritum, etiam in pura creatura ſufficit ad demeritum; vnde eorum lapſus & peccatum, non Deo creatori, ſed ipſis duntaxat eſt imputandus. Deinde ſecundũ omnes Doctores, prima operatio hominis ad vſum rationis peruenientis, poteſt eſſe legi Diuinæ difformis & peccaminoſa; cur non & prima operatio moralis ipſius Angeli, potuit ſimiliter eſſe malum & peccatum, maxime quũ ſcriptum ſit Apocal. 21. 17. *Menſura hominis quæ eſt Angeli?* Quod autem aliqui dicunt, primã operationem Angeli tribuendã præciſe auctori naturæ, falſum eſt, quia alioqui Angelus non potuiſſet actione illa mereri, quum in merito Angelus vel homo, aliquid Deo tribuat de ſuo, vt fuſius dici ſolet 3. part. D. Tho. tract. de merito Chriſti. Iam vero ſi prima actio eſſet generantis, ſiue actoris naturę, homo nihil conferret de ſuo, vti nec Angelus.

9 Cæterum eoſdem Angelos liberos fuiſſe in ſecunda mora, qua boni perſtiterunt in bono ac meruerunt, mali vero peccârunt, & demeruerunt, ſatis ex hiſce textus colligitur verbis; *Non ſeruauerunt ſuum Principatum*, vbi omnimoda eorum voluntatis deſignatur indifferentia atq; indeterminatio arbitrij: quaſi dicat, Noluerunt quum tamen potuiſſent, Principatum ſeruare, ſicut dum de homine aliquo dignitatis ſuæ prodigo, dicimus; Non ſeruauit ſtatum & acquiſitã dignitatem, vbi culpæ reatus, liberæ eius deſerenti, perdenti, & ſtatum honorificum dilapidanti aſcribitur voluntati. Vnde Cyrill. Hieroſol. Catech. 2. *Diabolus bonus creatus, propria voluntate factus eſt Diabolus*. & D. Aug. de corrept. & grat. c. 10. *Si per liberum arbitrium ſtetiſſent, donec ſumma beatitudinis, &c.*

Angeli fuerunt liberi in 2 mora.

10 *Sciendum tertio:* Græci textus verba, τὴν ἀρχὴν, ſeu Principatum, ſignificare primæuam originem & dignitatem in qua conditi erant, partim qua eminentem ſuper alios multos ſpiritus auctoritatem à Deo acceptam, poſſidebant: partim quã cum ipſa origine, gratiam iuſtificantẽ, quaſi eminentiſſimã creaturæ rationalis dignitatem à Deo acceperant velut ſummum Principatum, idque in primo inſtanti creationis, quod ſatis inſinuat Ezechiel c. 28. 14. *Tu Cherub extentus & protegens, & poſui te in monte Sancto Dei, in medio lapidum ignitorum* (hoc eſt, ſecundũ D. Gregor. In medio Angelorum ardentiũ charitate) *perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta eſt iniquitas in te.* Ita ſentiunt Patres. Baſil. in Pſal. 32. 6. *Verbo Domini cæli firmati ſunt; Angelos initio vt eſſent*

Principatus Angelorum quid ſignificet.

Angeli in primo inſtãti creationis habuerunt gratiam iuſtificantem.

Digitized by Google

eſſent, Verbum opifex omnium condidit, ſanctificationem vero ſimul impendat ipſis Spiritus Sanctus. Et ſubdit ipſos quaſi in cõſperſione ſuæ ſubſtantiæ, ſimul infuſã habuiſſe ſanctitatẽ. D. Aug. l. 12. de Ciuit. c. 9. *Deus creauit Angelos, ſimul in eis condens naturam & largiens gratiam.* vide eundem l. 11. c. 11 Damaſc. l. 2. c. 3. Cyrill. l. 6. in Ioan. c. 6. Anſel. de caſu Diab. c. 3. 12. & 16. Item D. Gregor. ſup. cum aliis multis PP. & DD. citatis à Greg. de Valentia, Cõmentar. Theolog. tom. 1. diſputat. 4. General. quæſt. 13. de perfectione Angelorũ, punct. 1. Aſſertio. 2. Et certe quum perfecta ſint Dei opera, atque adeo primus homo fuerit in gratia creatus, teſte Anaclet. Papa, de Pęnitent. diſt. 2. c. Quomodo. & c. Princeps vitiorum; multo magis Lucifer & reliqui Angeli, creati ſunt in gratia, vtpote homine, quoad naturæ præſtantiam, ſuperiores. 11

Primus homo fuit in gratia creatus.

Monendi proinde pij fideles, vt in gratia, & donis à Deo acceptis cũ timore & ſaluifica cooperatione, diligenter perſiſtant, iuxta illud monitum Dei ad Angelum Philadelphiæ, Apocal. 3. 11. *Tene quod habes, vt nemo accipat coronam tuam,* nemo enim tam vicinus coronæ, quin ab ea excidere poſſit, vt patet in Angelis.

Perſiſtendũ in gratia.

SECTIO II.

Sed dereliquerunt ſuum domicilium.

HOc eſt; poſtquã libere receſſerunt à Deo, præcipitati deciderunt è cælo Empyreo in quo habitabant & ſunt creati, vt docet D. Tho. 1. part. q. 61. art. 4. Beda & Strabo ſuper illud Gen.

Angelorum domicilium eſt cælum empyreum in quo ſunt creati.

Gen. 1. 1. *In principio creauit Deus cœlum & terram*, & plerique alij Theologi, quod intelligendum tã de Superioribus quam Angelis inferioribus; quum enim decreuiſſet eos Deus toti naturæ corporali præficere, æquum erat vt in ſupremo corpore tanquam nobiliſſimo loco, ſibique maxime proportionato, conderentur, hoc autem eſt Empyreum cælum.

Cæterum Nicol. de Lyra merito hic refutat Gloſſatorem, dum is per Domicilium, ſpiritalē

13 Dei intelligit viſionem; ſi vel intelligat naturalem cognitionem Angelorum de Deo, falſum eſt: nam naturalia in eis integra permanſerunt, vnde hac ratione Domicilium ſuum non dereliquerunt; vel certè ſi viſionem Dei intelligat Beatificam per eſſentiam, multo eſt falſius, nũquam enim Beatus cœptam deſeruit vel deſerere poteſt, claram & intuitiuam Dei per eſſentiã contemplationem, nunquam Angelus beatus peccare poteſt, vt docet D. Aug. l. 11. de Gen. ad lit. c. 7. Item cap. 57. Enchirid. & lib. 11. de Ciuit. cap. 13. Quum enim *Beatitudo ſit ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus*, excludit omne malum, ac potiſſimum malum culpæ, quod eſt omnium grauiſſimum, & ſatis colligitur ex cap. 18. Matt. 10. *Angeli eorum*, (cuſtodes ſcilicet paruulorum) *ſemper vident faciem Patris mei qui in cælis eſt*. Apocal. 21. 27. *Non intrabit in eam* (videlicet ciuitatem cæleſtem, cuius Angeli ſunt ciues) *aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium*. Et cap. 22. 3. *Omne maledictum non erit amplius*.

Dæmones retinuerunt cognitionem Dei naturalem.

Nullus Angelus deſeruit viſionem Dei beatificam.

Beatitudo quid ſit.

14 Quod autem dicitur Iob 4. 18. *Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles, & in Angelis ſuis reperit prauitatem*;

Ex quo colligit Faber Stapulenſis lib. de triplici Magdalena, Angelos etiam Beatos peccare poſſe. Parum me mouet, id enim intelligitur de Angelis ſecundum naturam ſuam & quãdiu ſunt viatores, conſideratis, ſicut & idem Angelorum nomen Apocal. 2. & 3. cap. vbi ijdem reprehenduntur, ſtat pro Epiſcopis Eccleſiarum, conſuetudo quippe eſt Script. vt qui Populo Diuina annuntiant, Angeli appellentur, vt patet Malach. c. 2. 7. *Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt.* O dignitatem Sacerdotalem!

Nomen Angeli accipitur pro Epiſcopo in Script.

Excuſandus proinde D. Hier. in c. 6. Mich. ad 19 illa verba: *Surge, contende iudicio aduerſum montes,* vbi docet Angelos in die iudicij examinandos & iudicandos vt recipiant mercedem ſuę diligentiæ vel negligentię in animarum cuſtodia commiſſæ; quæ peccabilitatem inuoluere videntur. Neque enim ex propria hic locutus eſt ſententia, at, ſicut ſæpe alias, ex aliena; quod de ſe fatetur in prima Apol. contra Ruffin. Nullo ergo modo Domicilium quod Angeli dereliquerunt, viſionem Dei Beatificam, qua in tertia mora ſeu duratione frui cœperũt Angeli boni, denotare poteſt, ſed habitaculum cæleſte, è quo per ſuperbiam deturbati fuerunt Angeli mali; de quo Chriſtus Luc. 10. 18. *Videbam Satanam ſicut fulgur de cælo cadentem.*

I N-

INDAGO THEOLOGICA.

Quod fuerit obiectum ſuperbiæ Angelorum.

16 PRæſuppono 1. ſalua pace Tertull. lib. de veland. Virgin. & Clem. Alex. l. 6. Stromat. primum Luciferi aliorumque confœderatorum cacodæmonum peccatum, non fuiſſe incontinentiam ſeu impudicum amorem pulchrarum mulierū quaſi eo reſpexerit Moyſes Gen. 6. 2. *Videntes filij Dei filias hominum quod eſſent pulchræ* : vbi per filios Dei, non Angelos, ſed poſteros Seth intelligendos eſſe, propter pietatē, docet Chryſ. in Gen. homil. 22. ſicut per homines (*filias hominum*) impios ex poſteris Cain progenitos. Minus ergo verum, ex eorum coitu poſtea productos vel Gigantes vel Succubos, Incuboſue: neque enim Angeli, quum ſint ſpiritales, hiſce carnis voluptatibus afficiuntur, quippe quæ ſolis corporeis ſenſibus percipiuntur, ſuntque res toto ordine diſtantiſſimæ: taceo Angelos longo tempore peccaſſe antequam mulieres eſſent, ſtatim quippe vt primi parentes noſtri formati ſunt, Dæmon ipſis eſt inſidiatus & in peccatum induxit, proinde peccatum Luciferi iam præceſſerat, vt enim recte pronuntiauit D. Auguſt. lib. 1. de Mirabil. Script. cap. 2. *Abſit vt ſentiamus Angelum potuiſſe perſuadere peccatum in terris, niſi ipſe prius peccâſſet in cælis.*

Primum Luciferi peccatum non fuit amor impudicus.

Quid per Filios Dei &c. intelligatur Gen. 6. 2.

Incubi & ſuccubi non ſūt ab angelis procreati.

17 *Præſuppono* 2. Omnes malos Angelos in initio peccâſſe vno & eodem aliquo genere peccati, quod

Cacodæmones omnes peccarunt vno aliquo genere peccati.

quod patet ex modo loquendi Script. Matth. 25. 41. *Qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius*. adeo vt adinſtar militum tumultuariorum, vnus velut χορυφαῖος & rebellionis caput, alios in idẽ pertraxerit peccatum. Hoc autem eſſe Superbiam Script. teſtatur paſſim, Eccli. 10. 15. *Initium omnis peccati eſt ſuperbia.* Eſai. 14. 11. vbi, (iuxta vnanimem PP. ac DD. expoſitionem) depingitur ſuperbia Regis Babylonis, cum alluſione ad peccatum Luciferi; *Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua. Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer qui mane oriebaris? Corruiſti in terram qui vulnerabas gentes? Qui dicebas in corde tuo: In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum? Sedebo in monte Teſtamenti, in lateribus Aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo.*

Primũ peccatum cacodæmonum fuit ſuperbia.

Cum eadem ad peccatum Luciferi aliorumque adhærentium alluſione, ruinam Regis Tyri maxima gloria prius exaltati, ſed ob nimiam ſuperbiam & alias iniquitates, deiecti, proſequitur his verbis Ezechiel 28. 2. *Eleuatum eſt cor tuum & dixiſti; Deus ego ſum, & in cathedra Dei ſedi in corde maris.* Et verſ. 12. *Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia & perfectus decore, in delitijs Paradiſi Dei fuiſti.* Sic Apoſt. 1. ad Timoth. 3. 6. docens, qualis debeat eſſe Epiſcopus, & à ſuperbia deterrens, exemplum adducit Luciferi; *Non neophytum, ait, ne in ſuperbiam elatus, in iudicium incidat Diaboli.* Q. D. Ne damnetur ſimili iudicio, quo Diabolus ob ſuperbiam eſt damnatus.

Patres accuſant Angelos ſuperbiæ.

Succinunt Script. Patres, qui ſuperbiæ accuſant Angelos; Athanaſ. l. de virginit. *Satanas non ob ſcortationem, aut adulterium, aut furtum deiectus eſt è cælo,* 18

cælo, ſed ſuperbia ipſum præcipitauit infra ipſam abyßum. Gregor. Nazian. Oratio. de Chriſti Natiuit. *Deo Patri & Filio & Spiritui ſancto vt ſummo bono, non ſatis fuit ſua ſolum moueri contemplatione: ſed bonum illud voluit diffundi & communicari ac propagari inter Spiritus, & ſecundi ſic ſplendores, hoc eſt Angeli creati, non quidem ad malũ immobiles, ſed ægre mobiles: verũ Luciſerum ob ſuperbiã tanti luminis auerſum ab eo ſummo bono.* Vide D. Aug. lib. 11. ſuper Gen. ad lit. c. 13. 15. 16. Baſil. homil. quod Deus non ſit auctor malorũ. Chryſoſt. homil. 3. de verbis Eſai. *Vidi Dominum.* Ambr. ſermo. 3. in Pſal. 118 ſuper illud: *Increpaſti ſuperbos.* Hieron. in c. 14. Eſa. Fulgent. l. 1. ad Monimũ circa mediũ. Greg. l. 34. Moral. c. 13. & 14. Damaſc. l. 2. c. 4. Bernard. ſermon. 1. de Aduent. & alios. Vnde bene concludit Chryſoſt. ſup. *Per ſuperbiam factum eſſe Diabolum qui antea Diabolus non erat.* O impiam ſuperbiam! *Per ſuperbiam Diabolus factus eſt diabolus.*

19 Certe veriſimile eſt, ipſum eodẽ quo ceciderat peccato, primũ tentâſſe parentẽ; hunc autẽ ſuperbia de facto tẽtauit, dicẽs: *Eritis ſicut Dij,* proinde prior ipſe eadẽ creditur deliquiſſe. Deinde quum venerit Chriſtus, *vt diſſoluat opera Diaboli,* 1. Ioan. 3. 8 atque adeo operum contrarietas eſſet inducenda, Chriſtus autem ſumme fuerit humilis, humilitatis magiſter, primumque & excellentiſſimũ eius opus, fuerit exinanitio, & ſui humillima humiliatio, qua cũ eſſet in forma Dei, Deoque æqualis, formam ſuſcepit ſerui; omnino fit veroſimile, primum Diaboli opus & peccatum, ſuperbiam fuiſſe, qua formam & ſimilitudinem Dei affectauit. Vnde & Michaelis Archangeli cũ Lucifero Apoc. 12. dimicãtis, arma *Chriſtus diſſoluit opera Diaboli.*

Arma D. Michael Humilitas.

fuere, humilitas, quum enim Lucifer appeteret eſſe vt Deus, Eſai. 14. ſup. Michaël cum bonis Angelis ſe oppoſuit dicens: *Quis vt Deus?* vnde & nomen poſtea retinuit, Michaël enim Hebraice idem ſonat quod Latine: *Quis vt Deus?*

Michael ſignificat, Quis vt Deus.

Huic iterum ſuperbiæ inuidia ſe immiſcuit[2] tanquam paſſio eius propria, dum inordinate appetens propriam excellentiam, cœpit de alterius bono contriſtari, iraſci & odiſſe eum, quem putat eſſe in cauſa, quo minus prætenſam & propriam excellentiam conſequatur.

His poſitis variæ ſunt DD. ſententiæ circa obiectum ſuperbiæ Luciferianæ; quibus omiſſis & Scholaſticis, in 1. part. D. Thom. quæſt. 63. de Malitia Angelorum, art. 3. relictis; quamuis nihil abſolute ſit certum, tamen vt probabilior, ſit hæc;

Propoſitio.

Obiectũ peccati Luciferiani fuit vnio Hypoſt. Verbi Diuini cum natura humana.

Obiectum Peccati Luciferiani fuit Myſterium vnionis Hypoſtaticæ, verbi Diuini cum natura humana, quod ipſis fuit à Deo reuelatum & mandatum, vt eum venerarentur, qui futurus erat Deus & homo, atque adeo caput Militię Angelorum & Dominus terrę: quod Angeli ipſi iniquius ferentes, tantam videlicet excellentiam, dignitatem, & principatum conferri infimæ naturæ intellectuali, qualis eſt humana, conuenientiuſque iudicantes, vt ſibi & Angelicæ naturæ illa conferretur Vnionis Hypoſtat. prærogatiua, eandem inordinate appetiuerunt, mandato Dei parêre detrectârunt, & Chriſto Ho-

Homini iam ipſis reuelato, ſe ſubijcere abſolute noluerunt.

22 Lucifer concepit, & cæteris ſuggeſſit, vt quũ Deus ſummo modo in genere cauſæ formalis, efficientis, & finalis, naturæ creatæ, ad extra communicare ſe vellet, multo æquius eſſe vt Angelicæ potius, quam humanæ, fragili & abiectæ ſe communicaret. In quam ſententiam, peſtifera & perduelli hac cauda, ſocios ſuos Luciferianos pertraxit, qui magis decorum arbitrati, Angelos ab hominibus, quam homines ab Angelis adorari, Diuino iuſſui de Chriſto adorando noluerunt obtemperare, Luciferoque per omnia aſſentientes, eundem cum illo, ſuperbiæ, odij in Deum qui hoc decreuerat, rebellionis atque inobedientiæ traxerunt funem, atque ex eo tempore, in Chriſti ac generis humani odium ſacrilege exardeſcentes, concupierunt illum, quantum in ipſis erat, excidere & Dei conſilium, ſi fieri poſſet, impedire. *Inuidia Diaboli in Chriſtum quando concepta.*

23 Cæterum Gabriel, Michael, & reliqui Angeli boni, audito Dei precepto, ſe per omnia ſubiecerunt, Luciferi & adhærentium perduellium impientiſſimæ factioni ſe oppoſuerunt, & criminis læſæ Maieſtatis reos, poſt acre prælium, è cælo in terram ac tartarum præcipitarunt. *Pugna bonorum & malorum Angelorum.*

Hanc ſententiam præ cæteris docet F. Ioannes Viguerius, in ſuis ad naturalem & Chriſtianam Philoſophiam inſtitution. cap. 3. de voluntat. Angelica, §. 2. verſ. 15. vbi expreſſe docet Luciferum appetiiſſe *Vnionem Hypoſtaticam*, & mediationem ac locum Humanitatis Chriſti, quaſi

melius illi conueniret, quam humanæ naturæ,
quam ex fide cognoſcebat vniendam. *Et ſic ſe-*
cundum rapinam (ait) *eam voluit habere, ideoque vocatur*
fur à Chriſto, qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed
aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro. Sed Chriſtus prædeſti-
natus erat oſtium, vnde dicit: Ego ſum, oſtium. Lucifer er-
go qui per eum intrare noluit, ſed illi inuidit, & locum eius
concupiuit, dicitur, fur & raptor. Reprobat autem ap-
petitam æqualitatem eſſentiæ Dei, probe quip- 24
pe ſciebat Lucifer impoſſibile eſſe æquari Deo,
quum impoſſibile ſit duo æqualiter eſſe ſumme
bona, quia neque vnum neque alterum eſſet
ſummum, ſiue omni alio maius: quod enim per
ſuperabundantiam inuenitur, in vno duntaxat
inuenitur. Rurſum impoſſibile eſt gradum in-
ferioris naturæ, poſſe tranſire in gradum ſupe-
rioris, quia oporteret ipſum corrumpi: ideoq;
illud non appetiit, quum vnaquæque res appe-
tat conſeruationem ſui eſſe: nullus enim tendit
in hoc, quod abſolute ſibi impoſſibile perſua-
det, teſte Philoſopho. vnde apud Eſai. c. 14. ſupr.
non dicit, Æqualis ero, ſed, *Similis*, ſicque ſolam
Dei ſimilitudinem concupiuit. Eandem ſent.
proſequitur Rupertus Abbas in illud Ioan. 8. 44.
Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit. Guil-
hel. Pariſienſ. apud Dionyſ. Carthuſ. in 2. Sen-
tent. diſt. 5. quæſt. 1. Ambr. Catharinus, in cap. 3.
Gen. & in opuſc. de gloria bonorum & lapſu
malorum Angelorum, Franciſcus Suarez tom.
1. Comment. in 3. part. quæſt. 19. diſput. 42. ſect.
1. Ruardus Tapperus art. 8. de Iuſtificatione, Ar-
naldus Sorbinus hic, homil. 8. & alij. Vt mirum
ſit Gregorium à Valentia Tom. Commentar.
Theol.

Lucifer non appetijt æqualitatem eſſentiæ Dei.

Theol.diſputat.4. general.quæſt.14 de malitia Angelorum, punct. 3.dicere hanc ſententiam, nec veterum Patrum auctoritate,nec ſolida ali-
25 qua ratione fulciri; arbitratur autem probabilius, ideo peccâſſe ſuperbiæ peccato , quia elati perfectionis ſuæ cõtemplatione,voluerunt exempti eſſe ab omni Dei imperio , vt ſicut ipſe nulli paret tanquam ſuperiori;ita neque illi vllius imperio,actu regerentur tanquam inferiores; vt enim ſalua eius pace quod ſentio,edicã; noſtra hæc ſententia omnium optime explicat hoc quod Script. ſup. & Patres affirmant,Luciferum affectâſſe Diuinitatem & Dei ſimilitudinem. Item quomodo Lucifero & aliis Angelis, durum viſum fuerit præceptũ quod Deus ipſis impoſuerat de Chriſto adorando ; ad quod alludit Apoſt.Hebr.1.6. *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit : Et adorent eum omnes Angeli Dei*. E quibus verbis D.Thom. Gloſſa & alij, colligunt Angelos habuiſſe præceptũ adorandi Chriſtum hominem factum in tempore, ſicut & antè, quando fuit Lucifero occaſio ruinæ & Lapis offenſionis, ideoque non ſine cauſa addi (*Iterum*) quaſi ſemel adhuc præceptũ illud Angelis impoſitum fuiſſet. Ratione eiuſdem vnionis Hypoſtaticæ dicere vere potuit illud, quod in ſuperbiam eleuatus dixit Ezechiel. 28. ſup. *Deus ego ſum*.

Alij dicunt Angelos noluiſſe parêre imperio Dei tanquam Superioris.

Angeli iubẽtur Chriſtũ adorare.

26 Hac ratione optime explicari poteſt pugna bonorum & malorum Angelorum Apocal.12. cap. vbi deſcribitur prælium magnũ inter Michaelem & Angelos eius in cælo præliantes cũ dracone in terrã deiecto,ſtanteque ante mulie-

rem quæ erat paritura, vt quum peperiſſet, filiũ eius deuoraret: filium, inquam, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea, inquantum videlicet vnionem hypoſtat. eius cum Verbo, Chriſto inuidebat, ſibi autem expetebat: quo concilio putatur vniuerſam naturam humanam in radice primi parentis infeciſſe, ratus filium Dei nunquam ex humana Natura ſic infecta, originem ſuam fuiſſe tracturum.

Verſutia Diaboli.

Eò ſpectaſſe videtur etiam Saluator Ioan. 8. 27
44. quando Iudęis negantibus eius Diuinitatẽ, ipſumq; ex inuidia occidere quęrentibus dixit: *Vos ex patre Diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere, ille homicida erat ab initio.* quaſi dicat, Quod ab initio diabolus voluit, ſed non potuit efficere, vt mihi vitam pariter ac diuinitatem eriperet; ſic vos deſideria Patris veſtri diaboli perficere vultis. Sic Apocal. 13. 8. vocatur *Agnus qui occiſus eſt ab origine mundi.*

Chriſtus eſt Agnus occiſus ab origine mundi.

Quæ omnia vti & alia quę conſcenſum dia- 28
boli in cælum, Solij Luciferiari ſupra aſtra Dei exaltationem, ſeſſionem in monte Teſtamenti, id eſt, Eccleſia, Eſai. 14. peccatum rebellionis, inobedientię, atque odij in Deum, inuidiæ vero in Chriſtum & homines, tangunt, non ita facile in alia quauis ſententia poſſunt explicari, ſicut cuiuis ſpeculanti, id aduertere eſt longe faciliimum.

In eandem ſentent. multi veteres eunt Patres. Vide D. Bern. homil. 17. in Cantic. & homil. 1. Aduentus, vbi filium Dei loquentem introducens, *Ecce* (inquit) *occaſione mei, creaturas ſuas Pater amittit, altitudinem meam primus Angelus affectauit*

(vide-

(videlicet per hypoſtat. cum Verbo Diuino vnionem) *& pop. qui ſibi crederet, habuit*. D. Hier. in 1. c. epiſt. ad Epheſ. ad illa verba v. 10. *Recapitulare in Chriſto. Diligenter*, ait, *attendite quod non ſolum omnes hiſtoriæ Scripturarum, quas in terra geſtas Spiritus S. enumerat, ſed etiam in cæleſtibus, quæ nobis occultæ ſunt, in Chriſti recapitulata paſſione teneantur.* Vide D. Aug. homil. 9. in Apocalyp.

29 Licet autem ratione apodictica, propoſitio hæc de inuidia vnionis hypoſtat. Verbi Diuini cum natura humana, & præcepto Chriſtũ adorandi Angelis impoſito, nequeat demonſtrari, non tamen videtur in quo alio præcepto poſitiuo potuit vel magis appoſitè probari fidelitas & obedientia Angelorum, vel facilius impingere Lucifer & eius ſectatores. Nihil item alicuius momenti in contrarium produci poteſt quod noſtram aſſertionẽ eneruet. Quod enim aliqui dicũt Luciferũ vnionẽ hypoſt. Verbi diuini cũ natura angelica, appetẽdo, ſui deſtructionẽ appetiturũ fuiſſe, parũ moror: nam ſicut ad ſummum malum vitandum, damnati optant *Damnati optant abſolute non eſſe.*
30 abſolute non eſſe, ita rationabiliter, ad ſummũ bonum obtinendum, poteſt quis appetere deſinere eſſe ſecundũ aliquid. Vnde D. Paulus ipſe cupiebat ſuppoſiti proprij diſſolutionẽ, vt eſſet ſecundum animam cum Chriſto. Nihil proinde ſequitur abſurdi, ſi Luciferum ſuppoſiti ſui deſitionem dicamus appetiiſſe, quum propria natura ſeruata, ſuppoſiti naturalis iactura, alio in infinitum meliore ac nobiliore, videlicet diuino, compenſata fuiſſet.

Hactenus de ſuperbia Luciferiana, quam Iudas

das adducit, vt eius grauiſſimo ſupplicio oculis obiecto, demonſtret Chriſti potentiam, & terreat elatos hæreſiarchas, ſeditioſos, perduelles, Deus enim nulla perſonarum habita ratione, Iacob. 4. 6. *Superbis reſiſtit.*

SECTIO III.

In iudicium magni diei, vinculis æternis ſub caligine reſeruauit.

SEnſus eſt: Deus reſeruauit, videlicet pec- 31
cantes Angelos, ſub caligine, ſeu aëre hoc caliginoſo, vſque ad tempus extremi iudicij, vinculis æternis, quia tunc dabuntur vinculis æternis, & in infernum retrudentur.

Plurimi Dæmones in aërē detruſi, ibi ad exercitiū noſtrum manent.

Pars dæmonum cruciatur in inferno.

Primo hic Nota indigitari carcerem pænalem & locum detruſionis, ſeu terminum ad quem lapſus Angelorum, videlicet caliginem ſeu aërem caliginoſum & turbulentū, qui eſt prope terram, & in quo tonitrua, nubes, tempeſtates & fulgura, ſimiliaque Meteora generantur, vbi varij cacodæmones, ad exercitium noſtrū, vſque in diem extremi iudicij commorantur; loquendo de iis qui verſantur hic inter homines, nam pars iam in orco cruciatur, vti annotat Emanuel Sa in c. 2. epiſt. 2. D. Petri. Hinc D. Paulus cacodęmonas *aërias vocauit Poteſtates*, con- 32
tra quas eſt nobis colluctatio, Epheſ. 2. 2. & 6. 12. In quem locum ſcribens D. Hieron. communē ait eſſe DD. opinionem, quod aër iſte plenus ſit contrariis fortitudinibus. Sic D. Athan. in vita S.An-

S.Anthonij, ſcribit , aliquando ipſum vidiſſe aërem cacodæmonibus plenum.Hic,adinſtar Aeoli,gloriantur,principantur, aërem inficiunt,in fruges noxiam poteſtatem exercent,&c. Dumque permiſſu diuino aliquando hunc carcerem euolant,hominibus mala ſuggerunt cõſilia,tentant,vexant,circumeunt, & perambulant terram,quærunt quem deuorent, Iob 1.& 1.Petri 5.ad furta, adulteria,hæreſes,homicidia,ebrietates,&c.inſtigant,corpora noſtra variis concupiſcentiæ motibus inordinatis cient,

Tentant homines, Diaboli miris modis.

33 exercent,inficiunt.Nullam tamen lib. arbitrio neceſſitatem inducunt, nullam inducere poſſunt,nunquam diuinæ paſſaportæ,ſeu permiſſionis limites excedere valent.

Dæmones corpora noſtra,non lib. arbitrium mouent.

Ex quo colligitur inefficacitas inſultuũ Diabolicorum, quam ſub Metaphora moloſſi in angulo domus ligati , his verbis depingit D. Aug.ſermo.Dom.4.poſt Pent. *Latrare poteſt, ſollicitare poteſt,mordere omnino non poteſt niſi volentem , non enim cogendo,ſed ſuadendo nocet,nec extorquet à nobis conſenſum,ſed petit.* Vnde in hiſtoria tẽtationis Chriſti,non vi intromiſit lapides in os eius benedictum,ſed dixit, *Dic vt lapides illi panes fiant.* Similiter non præcipitauit eum ex pinnaculo templi, ſed illum inuitauit vt faceret, eũmque idololatricè adoraret.

Inefficacitas tentationum Diaboli.

34 Friuolam proinde lapſi excuſationem allegamus,dicentes; Diabolus me fecit peccare; ſi enim nos vincit ,ſpontaneos,non inuitos , & ſufficientibus ad reſupinandas eius impreſſiones, armis ac viribus inſtructos vincit.Si enim ei liberæ voluntatis denegamus conſenſum, fra-

Dum vincimur voluntarie vincimur.

fragiles ipſius ſunt inſultus & vires. Secus foret
ſi dæmon coactos nos deiiceret ac ſuperaret,
tū vtiq; de Deo meritò cōqueri poſſemus, quā-
do videlicet talē dæmoni dediſſet cōtra nos prę-
ualēdi poteſtatē, de quo vide Chryſ. l. 1. de pro-
uid. & Tertul. l. de fuga in perſec. c. 2. *Nihil Satana*
(inquit) *aduerſus Dei ſeruos licebit, niſi permiſerit Dominus.*

Eia ergo cum D. Iacobo 4. 7. *reſiſtamus Dia-* 35
bolo, & fugiet à nobis, claudus eſt, debilis eſt, inermis
eſt, niſi ei arma in propriā ſubminiſtrauerimus
cladē: vicit eū ſimplicis Iobi c. 1. patientia in-
uicta, fugauit Aſmodæum iecur piſcis dunta-
xat à Tobia & Sara c. 6. & 8. incenſum; domue-
runt, ligârunt, & expulerunt eum Apoſtoli pur-
gamenta huius mundi & omnium peripſema,
immo proditor ipſe Iſcariotes, quamdiu Magi-
ſtri ſui Ieſu Chriſti partes egit.

Diaboli vbique circumferunt pœnā ignis.

Diaboli vero ſemper grauiter puniuntur,
etiamſi necdum deuoluti ſint in orcum, inquit 36
Beda in c. 3. D. Iacobi, quocumq; enim euolant
ignem ſuum circumferunt; *Vbicumque*, inquit,
vel in aëre volitant, vel in terris, vel ſub terris vagantur,
ſiue detinentur, ſuarū ſecum ferunt ſemper tormenta flam-
marum, inſtar febricitantis, qui etſi in lectis eburneis, etſi in
locis ponatur apricis, feruorem tamen vel frigus inſiti ſibi
languoris, euitare non poteſt. Fitq; hoc vel quia reali-
ter per qualitatem aliquam ſpiritalem naturæ
ipſorum prorſus diſſentaneam & pœnalem, ab
igne corporeo, virtute Dei, cuius eſt inſtrumē-
tum, productā, torquentur: qui modus ſi in dæ-
monibus detur extra infernum conſtitutis, in-
ſtrumentaliter quidem ab igne infernali, ſed
non à ſolo Deo dicetur produci qualitas iſta læ-
ſiua,

ſiua, quandoquidem ignis inferni, poſſit agere in diſtans ſupernaturali actione. vel quia æque intenſe cruciari poſſunt per ſolam apprehenſionem ignis infernalis, non phyſice vel efficienter, ſed obiectiue duntaxat concurrentis, quomodo eos de facto torqueri, docet Guil. Pariſienſ. apud Carthuſ. in 4. diſt. 50. quæſt. 6.

37 Interea aliqui ſemper dæmones morantur in inferno, vt Lucifer & maiores aliquot Principes Luciferiani, ſicut ſemper aliquot boni Angeli ſunt in cælo, licet cuſtodiæ Vniuerſi deputati. Illi vero non niſi de ſpecialiſſimo Dei permiſſu, exire antro ſuo permittuntur. *Semper aliqui dæmones ſunt in inferno.*

Secundo Notandũ: Quamuis eſſentialis cacodæmonum pœna iampridem ſit illis inflicta, neq; vllam (ſicut & hominum damnatorum) accretionem patiatur vel decretionem, quum ſint in termino demerendi; accidentalis tamen mirifice in die iudicij & poſtea, augebitur, quãdo Apoſtatici illi dæmones à Chriſto & Sanctis eius Aſſeſſoribus, iudicabuntur, confundentur, & horrenda ſententia in tenebricoſiſſimũ ignis & ſulphuris carcerem, cum omnibus reprobis in ſæcula ſæculorum præcipitabuntur. *Accidentaria pœna Dæmonum in die iudicij accreſcet.*

38 Ad eundem pæne modum, quo Beatorum Animæ tum ex reſumptione corporum, velut bonæ vitæ comitum, tum ex conſortio & conglorificatione aliorum vitæ æternæ cohæredũ, nouum concipient gaudium, tamen accidentale. vnde Beda hic; *A principio ſuperbientes Angelos ita ſub caligine aëris huius damnauit, vt eoſdem in die iudicij, grauiores reſeruaret ad pœnas*; & Anſel. l. ſimilitud. c. 45. *Sicut bonitas hominis boni, hominibus eſt ad lætitiæ incre-* *Nouum gaudium Animarum beatarum.*

incrementum:ſic Dæmonibus & hominibus damnandis, erit ad detrimentum.

Dæmones horrent diē iudicij & Infernum.

Quare intolerabilem hunc diei iudicij rigorem adeoque duriſſimam ſui in Tartareā abyſ- 39
ſum, flammarum globos attollentem, relegationem, dæmones horrentes Luc.8. 31. *rogabāt illum,* (ſcilicet Ieſum,) *ne imperaret illis vt in abyſſum irent* : & Matth.8.29. *Quid nobis & tibi Ieſu fili Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos.* Et verſ. 31. *Dæmones autem rogabant eum dicentes, Si eijcis nos, mitte nos in gregem porcorum.* Sentientes enim eius tanquam rigidiſſimi iudicis, virtutem ac Diuinitatem, timebant ne, non expectato punitionis vniuerſalis tempore, in abyſſum infernalem, ſtatim præcipitarentur. Ita horrent, ita timent vniuerſalis iudicij diem; cuius item horrorem hac clauſula interrogatoria ad homines inſtituta exaggerans D. Chryſoſt. in epiſt. ad Hebr. homil. 21. *Qualem habebimus* (inquit) *mentem? Quale ſolatium? Quid, quando diuidemur in 2 partes? Qualem inueniemus rationem, qua ſaltem vero ſimilis videatur?*

Cur vltimū iudicium vocetur Dies.

Tertio Notandū: Vniuerſalis Iudicij Tēpus, vo-
cari diem, (neque enim legendum eſt, *Magni Dei,* 40
vt quidam Textus perperam habent, quum in Græco ſit μεγάλης ἡμέρας, inquit Gagnæius, hoc eſt, *Magni diei*) quia omnia occulta, & peccata ſole clarius pandentur, Nahum 3.5. *Reuelabo pudenda tua in facie tua; & oſtendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.* 1. Corint.4.5. *Quoaduſque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarū, & manifeſtabit conſilia cordium* (quæ videlicet hic latebant) quando ad ignē ſcilicet applicabuntur, de quo Pſal.49.3 *Deus manifeſte veniet, &c. Ignis*

in

in conſpectu eius exardeſcet, & in circuitu eius tempeſtas valida Hæc ignis proinde phraſi ſcript. dicitur reuelare. Vnde ſicut Papyrus Aſſyrij mali ſeu Citrei ſucco ſcripta, nullum legentibus præbet intellectum, (quippe in qua nullum literarum apparet veſtigium) donec igni fuerit applicata, quando optime legi poteſt: ita peccata quæ hic latent, in igne iudicij extremi, ab omnibus clare & diſtincte legentur. *Similitudo.*

41 *Magnum diem*, vocat, propter meritorũ demeritorumque omnium generaliſſimam, coram magno iudice, diſcuſſionem inſtituendam. *Magnum, quia cælum & terra contremiſcent, Sol obſcurabitur, Luna non dabit lumen ſuum, ſtellæ cadent de cælo; virtutes cælorum mouebuntur, &c.* Matth. 24. *Magnum* dicit, quia Sophon. 1. 15. *Dies iræ, dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris ſuper ciuitates munitas, & ſuper angulos excelſos. Magnũ* dicit; ratione cuius merito poſſumus optare cum Iob 14. 13. *Quis mihi hoc tribuat vt in inferno protegas me & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus?* De qua magnitudine plura vide apud verbi Diuini præcones, Ludouicum Granatenſ. Ioan. Oſorium, Philippum Diez. Thomam Stapleton. Didacum de la Vega & alios Dom. vlt. poſt Pent. & Dom. 1. Aduentus. *Quomodo Dies Iudicij Magnus.*

42 *Quarto notandũ*, verba illa; *Vinculis æternis*, eſſe Datiui Caſus, ſecundum Lyranum hic, quaſi dicat, Tunc tradendos vinculis æternis. Quid autem per vincula intelligatur, non perinde ſentiunt omnes. Arnald. Sorbinus hic homil. 9. intelligit finalem impænitentiam atque æternam reprobatio- *Quæ ſint vincula Cacodæmon&.*

incrementum:ſic Dæmonibus & hominibus damnandis, erit ad detrimentum.

Dæmones horrent diẽ iudicij & Infernum.

Quare intolerabilem hunc diei iudicij rigorem adeoque duriſſimam ſui in Tartareã abyſ- 39
ſum, flammarum globos attollentem, relegationem, dæmones horrentes Luc.8. 31. *rogabãt illum,* (ſcilicet Ieſum,) *ne imperaret illis vt in abyſſum irent* : & Matth.8.29. *Quid nobis & tibi Ieſu fili Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos.* Et verſ. 31. *Dæmones autem rogabant eum dicentes; Si eijcis nos, mitte nos in gregem porcorum.* Sentientes enim eius tanquam rigidiſſimi iudicis, virtutem ac Diuinitatem, timebant ne, non expectato punitionis vniuerſalis tempore, in abyſſum infernalem, ſtatim præcipitarentur. Ita horrent, ita timent vniuerſalis iudicij diem; cuius item horrorem hac clauſula interrogatoria ad homines inſtituta exaggerans D. Chryſoſt. in epiſt. ad Hebr. homil. 21. *Qualem habebimus* (inquit) *mentem? Quale ſolatium? Quid, quando diuidemur in 2 partes? Qualem inueniemus rationem, quà ſaltem vero ſimilis videatur?*

Cur vltimũ iudicium vocetur Dies.

Tertio Notandũ: Vniuerſalis Iudicij Tẽpus, vocari diem, (neque enim legendum eſt, *Magni Dei,* 40
vt quidam Textus perperam habent, quum in Græco ſit μεγάλης ἡμέρας, inquit Gagnæius, hoc eſt, *Magni diei*) quia omnia occulta, & peccata ſole clarius pandentur, Nahum 3.5. *Reuelabo pudenda tua in facie tua; & oſtendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.* 1. Corint.4.5. *Quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit conſilia cordium* (quæ videlicet hic latebant) quando ad ignẽ ſcilicet applicabuntur; de quo Pſal.49.3 *Deus manifeſte veniet, &c. Ignis in*

in conſpectu eius exardeſcet, & in circuitu eius tempeſtas valida. Hæc ignis proinde phraſi ſcript. dicitur reuelare. Vnde ſicut Papyrus Aſſyrij mali ſeu Citrei ſucco ſcripta, nullum legentibus prębet intellectum, (quippe in qua nullum literarum apparet veſtigium) donec igni fuerit applicata, quando optime legi poteſt: ita peccata quæ hic latent, in igne iudicij extremi, ab omnibus clare & diſtincte legentur. *Similitudo.*

41 *Magnum diem*, vocat, propter meritorũ demeritorumque omnium generaliſſimam, coram magno iudice, diſcuſſionem inſtituendam. *Magnum, quia cælum & terra contremiſcent, Sol obſcurabitur, Luna non dabit lumen ſuum, ſtellæ cadent de cælo, virtutes cælorum mouebuntur, &c.* Matth. 24. *Magnum* dicit, quia Sophon. 1. 15. *Dies iræ, dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris ſuper ciuitates munitas, & ſuper angulos excelſos. Magnũ* dicit; ratione cuius merito poſſumus optare cum Iob 14. 13. *Quis mihi hoc tribuat vt in inferno protegas me & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus?* De qua magnitudine plura vide apud verbi Diuini præcones, Ludouicum Granatenſ. Ioan. Oſorium, Philippum Diez. Thomam Stapleton. Didacum de la Vega & alios Dom. vlt. poſt Pent. & Dom. 1. Aduentus. *Quomodo Dies Iudicij Magnus.*

42 *Quarto notandũ*, verba illa, *Vinculis æternis*, eſſe Datiui Caſus, ſecundum Lyranum hic, quaſi dicat, Tunc tradendos vinculis æternis. Quid autem per vincula intelligatur, non perinde ſentiunt omnes. Arnald. Sorbinus hic homil. 9. intelligit finalem impænitentiam atque æternam repro- *Quæ ſint vincula Cacodæmonũ.*

bationem. Claudius Guilliaudus, vim diuinam illic detinentem, quos pænæ æternæ addixit. Hugo Cardin. pęnas & dolores inferni. Franc. Feuardentius autem, Sententiam & iudicium æternum: qui duo vltimi pænè conueniunt, ſumiturque Metaphora à facinoroſis hominibus, auctoritate legitimi magiſtratus, quibuſdã manicis, & cathenis pluſquam ferreis, abſque vlla ſpe ſoluendæ aliquando incarcerationis, in miſerrimo & pænaliſſimo carcere religatis. Non ſecus iiſdem vinculis Angeli pręuaricatores

Æternitas pænarum Diabolis inflictarum.

poſt iudicium affligentur, nam diſtricti iudicis 43
Chriſti ſententia, nunquam ſuæ captiuitatis limites egredi valebunt, nunquam indulgentiã, nunquam tormentorum Infernalium vel minimam interpolationem conſequentur, ſicut nec vnquã à peccatis reſipiſcent; ſed in æternum igne tartareo comburentur, Matth. 24. 41. *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius.* Vide D. Auguſt. contra Priſcillianiſtas & Origeniſtas c. 5. Concinne igitur, *Vinculis*, annectit Æternitatem, videlicet à parte poſt, non à parte Ante.

Plura qui volet de lapſu, nomine, origine, peccatis, damnatione ac pęnis cacodęmonum, haurire, legat Franciſcum Feuardent. hic. Faxit Deus vt bonorum ac beatorum Angelorum felici conſortio perfruamur in cælis.

APPEN-

APPENDIX.

Quibus de cauſis non ad Angelos perinde atque ad homines ſe extendat Redemptio Chriſti.

44 SIcut Hebr. 2.16. *Nuſquam Deus Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit*, ita Chriſtus nullum mandatum Angelos (ſolos autem homines) redimendi accepit à Patre, cuius proinde voluntati ſe conformat in æternum. Rationes autem, ob quas conuenientius fuerit hominem quam Angelum reparari, variæ ſunt.

Prima eſt Flacci Albini proëm. l. 3. de Trinit. quia tota humana natura ceciderat, Angelica vero tantum ex minore parte: 2. eſt Haymon. Comment. in c. 2. ad Hebr. Quia Angelus ſponte ſua cecidit, homo autem, per mulierem, Diabolo ſuadente. 3. eſt eiuſdem, quia homo necdum attigerat terminum in quo æternum cum Deo regnaturus erat, ſed paradiſum terreſtrem incolebat, ex quo ad cælum erat transferendus: Diabolus vero iam in cælo empyreo creatus erat & collocatus dum conderetur. 4. quia humana natura eſt magis calamitoſa & infirma, vnde & magis apta ad commiſerationem; Angeli autem lapſi nihil infirmum de carne guſtauerunt, vt bene Greg. l. 4 Moral. c. 9. & 10. 5. quia omnes homines vna duntaxat, eaque aliena voluntate peccarunt: Angeli vero ſinguli, propria. 6 quia homo habet voluntatem

Tota humana natura cecidit.

Angelus ſpõte ſua cecidit; Homo inductus ab alio.

Humana natura infirmior eſt Angelica.

Omnes homines vna voluntate peccârunt.

Homo habet voluntatem facile mutabilem.

facile mutabilem : Angelus vero naturâ ſua eſt magis inflexibilis , vnde non ita facilis ad pænitendum, & finali obduratus eſt impœnitentiâ.

Verſ. 7. Sicut Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates , ſimili 45
modo exfornicatæ , & abeuntes poſt carnem alteram , factæ ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes.

Sicut hactenus potentię Chriſti demonſtrandæ immoratus, dedit exemplum eorum (inquit ex Beda Gloſſator) qui in Pop. Iſrael, infidelitatis ; inter Angelos vero, ſuperbæ rebellionis rei, emeritas Chriſto dedêre pœnas : ita nunc dat exemplum pænę eorum, qui Domini gratiam transferunt in luxuriam, commemorans incendium Sodomęorum , Gomorrhęorum, adeoque totius Pentapoleos, dicens.

SECTIO PRIMA.

Sicut Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ.

Pentapolis exfornicata.

Exfornicatas dicit, quaſi vehementer fornicatas, ſi quidem infanda , muta , & contra naturæ

Digitized by Google

turæ ordinem militantia in eis graſſabantur carnis peccata, de quibus Gen. 13. 13. *Homines*
46 *autem Sodomitæ peſſimi erant, & peccatores coram Domino nimis.* Et cap. 18, 20. *Clamor Sodomæorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatũ eſt nimis.* Qualia & illa quæ D. Paulus Rom. 1. 26. tangit dicens: *Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vſum in eum qui eſt contra naturam.* Videlicet quia miſtæ inter ſe, vel cum viris quidem, ſed modo innaturali. Et verſ. 27. *Similiter autem & maſculi relicto naturali vſu fœminæ, exarſerunt in deſiderijs ſuis inuicem, maſculi in maſculos turpitudinem exercentes, & mercedem (quam oportuit) erroris ſui in ſemetipſis recipientes.* Vide etiam Deutero. 29. 23. Eſai. 1. 9. Ierem. 49. 18. & cap. 50. 40.

Malitia Sodomitarum peſſima.

47 Tanta autem adeoque effrẹnis erat Sodomęorum libido, vt quum Gen. 19. duo Angeli veſpere in ciuitatem Sodomam, ſub ſpecie habitus virilis veniſſent, adeoq; à Lotho exciperentur hoſpitio, omnes ciuitatis viri, à puero vſq; ad ſenem, domum eius vallârint, magna voce clamantes, verſ. 5. *Vbi ſunt viri qui introierunt ad te nocte? educ illos huc vt cognoſcamus eos*; coitu videlicet innominato & innaturali. Quod quum hoſpitalitatis iuri, rationi, & Legi Diuinæ repugnaret, auertere & diuertere eos conatus eſt Lothus, proſtitutionem ſuarũ offerens filiarum. Cuius tamen monitis non acquieſcentes, adeoq; per vim prope fores effringentes, Angeli percuſſerunt cæcitate à minimo vſque ad maximum, ita vt oſtium inuenire non poſſent. Condigna certe pœna, vt qui omnẽ naturæ pudorem, præ inſatiato libidinis æſtu perdiderant, etiã luminibus

Effrænis libido Sodomitarum.

Loth offert proſtitutionẽ filiarum.

nibus oculorum priuarentur. Tandem Lotho cum familia ſua extra oppidum educto, atque vrbem Segor, orto iam Sole ingreſſo, verſ. 24. *Dominus pluit ſuper Sodomam & Gommorrham ſulphur & ignem à Domino de cælo, & ſubuertit ciuitates has, & omnem circa regionem, vniuerſos habitatores vrbium & cuncta terræ virentia.* Hęc de hiſtoria. Ratione cuius Arnald. Sorbin. homil. 10. graphice & more concionatorũ extollit charitatẽ atque hoſpitalitatẽ Loth, & omniũ in pauperes beneficorũ, eam ex promiſſo aſſerens benedictionẽ habere vtramque, videlicet temporalẽ & diuinam, allegato verſ. 5. Pſal. 111. *Iucundus homo qui miſeretur & commodat, diſponit ſermones ſuos in iudicio, quia in æternum non commouebitur.*

Charitatiua hoſpitalitas Lothi, eiuſque ſequacium.

48

Innaturali libidini huic deditos fuiſſe quamplurimos Gentiles cũ Græcos tum Romanos, adeoque iuſto Dei iudicio, in reprobum ſenſum à Deo datos eſſe, demonſtrat Andreas Eborenſe, Exemplor. Memorab. Tom. poſter. Tit. Intemperantia, vbi inter cæteros, cuiuſdam meminit Cypſelli Corinthij Tyranni, cuius ea (referente B. Fulgoſo lib. 9.) deteſtanda & effręnis luxuria, vt Meliſſæ vxori iã mortuæ libidinoſe ſe commiſcuerit. Sic Fabrianẽſis quidam ciuis, quem idem auctor Picentem appellat: cum deſciſcente populo à Clauellis eius vrbis Principibus, ne fæminis quidem pop. rabies ferrumq; pepercisset; ipſe cum emortua quadam Clauellorum virgine, ſe per innaturalem venerem commiſcere, naturæ hoſtis non erubuit. Hoſtę naturæ dico, quia omnis commixtio carnalis, ſecundum cuius ſpeciem vel modum, generatio

Gentiles dediti Sodomia.

Immunditia multa Cypſelli & Fabrianenſis cuiuſdam.

49

tio vel ſpeciei multiplicatio non poteſt haberi, iure naturæ reprehenditur,& contra eam militare eſt in confeſſo, vt docet Alphon. à Caſtro v. Coitus, aduerſus hæreſes l. 4. Finis enim ad quē natura coitum ordinauit, ſpeciei eſt multiplicatio. Quare omnis coitus, qui tali modo inſtituitur, etiamſi cū fœmina viua (multo magis, mortua) vt ex eo impoſſibile ſit generationē ſequi, iure naturæ dānatur, & Sodomæorū ac Gomorrhæorū infandæ ſpurcitiei annumeratur.

Quæ commixtio carnalis cenſeatur innaturalis.

Finis commixtionis carnalis eſt multiplicatio ſpeciei.

Pſeudoapoſtoli ergo Carpocratiani, Marcionitæ, Caiani (ſicut & nouiſſimis temporibus Waldenſes) quum ſub pallio Chriſtianæ charitatis, hiſce Sodomiticis & aliis ſpurciſſimis carnis peccatis, indulgerent, adeoq; innaturalium criminum notam, Chriſtianæ Eccleſiæ in vniuerſum affricarent, male eam apud ethnicos audire fecerunt, Chriſti Euangelium in inuidiam vocârunt; conſequenter vero, iiſdem ethnicis, bonos Chriſtianos promiſcue & malos, velut naturæ euerſores violatoreſque, ferri atque ignis ſuppliciis exterminandi, occaſionē dabant. Vnde Euſeb. hiſtor. Eccleſ. l. 4. c. 7. *Certe accidit vt nefaria quædam opinio de nobis excitata, eaque ab omni ratione alieniſſima, per infidelium animos, longe lateque peruaderet: quod videlicet tum nefando concubitu, matres & ſorores violare, tum etiam ſcelerato quodam alimenti genere vti non vereremur.* Quos proinde naturæ Sodomiticos hoſtes vt à peccato reuocet, alios ab imitatione deterreat, atque ab ipſis turpiſſimam Chriſtianiſmo inuſtam notam depellat, hanc terribilem Pentapolitanæ vindictæ hiſtoriam producit.

Pſeudoapoſtoli Chriſtianum nomen cōſpurcant.

SECTIO II.

Et abeuntes poſt carnem alteram. 51

Caro altera quæ ſit.

HOc eſt, non debitam & concubitui inconuenientem, quod D. Paulus Rom. 1. 27. dicit, *Maſculi in maſculos turpitudinem operantes.* Carnem alteram ergo vocat, Maſculam ſeu Maſculinam, vt habent Scholia Græca, eo quod ad congreſſum (qui fit generationis cauſa) nihil proſit, ait Oecumen. cum Ioan. Bernardo Feliciano, caro enim ad congreſſum faciens, eſt fœminæ caro, iuxta id quod ab Adamo dictum eſt Gen. 2. 23. *Hoc nunc os ex oſſibus meis & caro de carne mea.* Et certe caro fæminea & maſcula ſimul, quod ad generationem attinet, vna ſunt caro, maſcula autem & alia maſcula, ſemper ſunt duæ. vide Iſidorum Clarium & Ioan. Gagnæium in Schol. item Emanuelem Sa.

SECTIO III.

Factæ ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes.

EXemplũ videlicet Iudicij Diuini, factæ ſunt toti mundo, vulgari quippe tritum elogio, 52
Exempla ſunt omnium, tormenta paucorum At quomodo? *Ignis æterni pœnam ſuſtinentes.* Siue: ab igne temporali & tranſitorio, ad æternũ tranſeuntes.

In peccato Sodomiæ maximus fœtor.

Cæterum ſicut in iſto peccato eſt ſummus fœtor,

fætor, teſte Iuſtiniano Imperatore, apud Agathiam, infra dogmate 2. teſte Hugon. Cardinal. id colligente ex Pſal. 82. 11. *Diſperierunt in Endor, facti ſunt vt ſtercus terræ*; & Cantic. 1. 14. *Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi*, id eſt, in fætore vehementi; ſic Deus eoſdem ſummo & condigno ſulphuris puniuit fætore, Gen. 19. 24. *Igitur Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham, ſulphur & ignem.* Immo eodem fætore puniet in æternũ, Apocal. 21. 8. *Pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda.* Quem ergo non mouebunt hęc tormenta, hæ vltiones?

DOGMA PRIMVM.

Ob peccata, maxime hæreſeos, luxuriæ, & iniuſtitiæ, iuſto diuinæ vltionis ordine, vrbes, regiones, familias deleri, campis vero ſterilitatem immitti, &c.

53 COrollarie ſequitur ex præmiſſis, Deũ propter peccata, eaque maxime iam enumerata, vrbes & regiones excidere; campis ſterilitatẽ immittere, nonnullas familias delere, &c. certo videlicet peccatorũ numero completo: quod S. Script. verbis, Patrum auctoritatibus, & probatis hiſtoriis, difficile non erit comprobare. Quo ſane reſpexit Chryſoſt. in Gen. homil. 44. dum ait, *Vidiſti quanta res ſit virtus & quanta malitia? & quomodo iuſtus ſaluatus ſit, alij autem ſua maliti a pœnam receperint? & vt iuſtus filias & Segor pietate ſaluauit; ita impij, ſe, ciuitates & terram perdiderunt.*

Deus propter peccata delet vrbes, familias, regiones.

incrementum:ſic Dæmonibus & hominibus damnandis, erit ad detrimentum.

Dæmones horrent diẽ iudicij & Infernum.

Quare intolerabilem hunc diei iudicij rigo-
rem adeoque duriſſimam ſui in Tartareã abyſ- 39
ſum, flammarum globos attollentem, relegationem, dæmones horrentes Luc.8. 31. *rogabãt illum,* (ſcilicet Ieſum,) *ne imperaret illis vt in abyſſum irent*: & Matth.8.29. *Quid nobis & tibi Ieſu fili Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos.* Et verſ. 31. *Dæmones autem rogabant eum dicentes; Si eijcis nos, mitte nos in gregem porcorum.* Sentientes enim eius tanquam rigidiſſimi iudicis, virtutem ac Diuinitatem, timebant ne, non expectato punitionis vniuerſalis tempore, in abyſſum infernalem, ſtatim præcipitarentur. Ita horrent, ita timent vniuerſalis iudicij diem; cuius item horrorem hac clauſula interrogatoria ad homines inſtituta exaggerans D. Chryſoſt. in epiſt. ad Hebr. homil. 21. *Qualem habebimus* (inquit) *mentem? Quale ſolatium? Quid, quando diuidemur in 2 partes? Qualem inueniemus rationem, quâ ſaltem vero ſimilis videatur?*

Cur vltimũ iudicium vocetur Dies.

Tertio Notandũ: Vniuerſalis Iudicij Tẽpus, vo-
cari diem, (neque enim legendum eſt, *Magni Dei,* 40
vt quidam Textus perperam habent, quum in Græco ſit μεγάλης ἡμέρας, inquit Gagnæius, hoc eſt, *Magni diei*) quia omnia occulta, & peccata ſole clarius pandentur, Nahum 3.5. *Reuelabo pudenda tua in facie tua; & oſtendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.* 1. Corint. 4.5. *Quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit conſilia cordium* (quæ videlicet hic latebant) quando ad ignẽ ſcilicet applicabuntur, de quo Pſal. 49.3. *Deus manifeſte veniet, &c. Ignis*

in

in conſpectu eius exardeſcet, & in circuitu eius tempeſtas valida Hæc ignis proinde phraſi ſcript. dicitur reuelare. Vnde ſicut Papyrus Aſſyrij mali ſeu Citrei ſucco ſcripta, nullum legentibus prębet intellectum, (quippe in qua nullum literarum apparet veſtigium) donec igni fuerit applicata, quando optime legi poteſt: ita peccata quæ hîc latent, in igne iudicij extremi, ab omnibus clare & diſtincte legentur. *Similitudo.*

41 *Magnum diem*, vocat, propter meritorū demeritorumque omnium generaliſſimam, coram magno iudice, diſcuſſionem inſtituendam. *Magnum, quia cælum & terra contremiſcent, Sol obſcurabitur, Luna non dabit lumen ſuum, ſtellæ cadent de cælo, virtutes cælorum mouebuntur, &c.* Matth. 24. *Magnum* dicit, quia Sophon. 1. 15. *Dies iræ, dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris ſuper ciuitates munitas, & ſuper angulos excelſos. Magnū* dicit; ratione cuius merito poſſumus optare cum Iob 14. 13. *Quis mihi hoc tribuat vt in inferno protegas me & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus?* De qua magnitudine plura vide apud verbi Diuini præcones, Ludouicum Granatenſ. Ioan. Oſorium, Philippum Diez. Thomam Stapleton. Didacum de la Vega & alios Dom. vlt. poſt Pent. & Dom. 1. Aduentus. *Quomodo Dies Iudicij Magnus.*

42 *Quarto notandū*, verba illa, *Vinculis æternis*, eſſe Datiui Caſus, ſecundum Lyranum hic, quaſi dicat, Tunc tradendos vinculis æternis. Quid autem per vincula intelligatur, non perinde ſentiunt omnes. Arnald. Sorbinus hic homil. 9. intelligit finalem impænitentiam atque æternam repro- *Quæ ſint vincula Cacodæmonū.*

bationem. Claudius Guilliaudus, vim diuinam
illic detinentem, quos pœnæ æternæ addixit. Hu-
go Cardin. pęnas & dolores inferni. Franc. Feu-
ardentius autem, Sententiam & iudicium æter-
num: qui duo vltimi pænè conueniunt, ſumi-
turque Metaphora à facinoroſis hominibus,
auctoritate legitimi magiſtratus, quibuſdã ma-
nicis, & cathenis pluſquam ferreis, abſque vlla
ſpe ſoluendæ aliquando incarcerationis, in mi-
ſerrimo & pænaliſſimo carcere religatis. Non

Æternitas pænarum Diabolis inflictarum.

ſecus iiſdem vinculis Angeli pręuaricatores
poſt iudicium affligentur, nam diſtricti iudicis
Chriſti ſententia, nunquam ſuæ captiuitatis li- 43
mites egredi valebunt, nunquam indulgentiã,
nunquam tormentorum Infernalium vel mi-
nimam interpolationem conſequentur, ſicut
nec vnquã à peccatis reſipiſcent; ſed in æter-
num igne tartareo comburentur, Matth. 24. 41.
Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt
Diabolo & Angelis eius. Vide D. Auguſt. contra Pri-
ſcillianiſtas & Origeniſtas c. 5. Concinne igitur,
Vinculis, annectit Æternitatem, videlicet à parte
poſt, non à parte Ante.

Plura qui volet de lapſu, nomine, origine,
peccatis, damnatione ac pęnis cacodęmonum,
haurire, legat Franciſcum Feuardent. hic. Faxit
Deus vt bonorum ac beatorum Angelorum fe-
lici conſortio perfruamur in cælis.

APPEN-

APPENDIX.

Quibus de cauſis non ad Angelos perinde atque ad homines ſe extendat, Redemptio Chriſti.

*4 SIcut Hebr. 2.16. *Nuſquam Deus Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit*, ita Chriſtus nullum mandatum Angelos (ſolos autem homines) redimendi accepit à Patre, cuius proinde voluntati ſe conformat in æternum. Rationes autem, ob quas conuenientius fuerit hominem quam Angelum reparari, variæ ſunt.

Prima eſt Flacci Albini proëm. l. 3. de Trinit. quia tota humana natura ceciderat, Angelica vero tantum ex minore parte. 2. eſt Haymon. Comment. in c. 2. ad Hebr. Quia Angelus ſponte ſua cecidit, homo autem, per mulierem, Diabolo ſuadente. 3. eſt eiuſdem, quia homo necdum attigerat terminum in quo æternum cum Deo regnaturus erat, ſed paradiſum terreſtrem incolebat, ex quo ad cælum erat transferendus: Diabolus vero iam in cælo empyreo creatus erat & collocatus dum conderetur. 4. quia humana natura eſt magis calamitoſa & infirma, vnde & magis apta ad commiſerationem; Angeli autem lapſi nihil infirmum de carne guſtauerunt, vt bene Greg. l. 4 Moral. c. 9. & 10. 5. quia omnes homines vna duntaxat, eaque aliena voluntate peccarunt: Angeli vero ſinguli, propria. 6 quia homo habet voluntatem facile

Tota humana natura cecidit.

Angelus ſpõte ſua cecidit; Homo inductus ab alio.

Humana natura infirmior eſt Angelica.

Omnes homines vna voluntate peccârunt,

Homo habet voluntatem facile mutabilem.

facile mutabilem: Angelus vero naturâ ſua eſt magis inflexibilis, vnde non ita facilis ad pænitendum, & finali obduratus eſt impœnitentiâ.

Verſ. 7. Sicut Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates, ſimili 45
modo exfornicatæ, & abeuntes poſt carnem alteram, factæ ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes.

SIcut hactenus potentię Chriſti demonſtrandæ immoratus, dedit exemplum eorum (inquit ex Beda Gloſſator) qui in Pop. Iſrael, infidelitatis; inter Angelos vero, ſuperbæ rebellionis rei, emeritas Chriſto dedêre pœnas: ita nunc dat exemplum pænę eorum, qui Domini gratiam transferunt in luxuriam, commemórans incendium Sodomęorum, Gomorrhęorum, adeoque totius Pentapoleos, dicens.

SECTIO PRIMA.

Sicut Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ.

Pentapolis exfornicata.

EXfornicatas dicit, quaſi vehementer fornicatas, ſi quidem infanda, muta, & contra naturæ

turæ

Digitized by Google

furæ ordinem militantia in eis graſſabantur carnis peccata, de quibus Gen. 13. 13. *Homines*
46 *autem Sodomitæ peßimi erant, & peccatores coram Domino nimis.* Et cap. 18, 20. *Clamor Sodomæorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatū eſt nimis.* Qualia & illa quæ D. Paulus Rom. 1. 26. tangit dicens: *Nam fœminæ eorum immutauerunt* *Malitia Sodomitarum peßima.*
naturalem vſum in eum qui eſt contra naturam. Videlicet quia miſtæ inter ſe, vel cum viris quidem, ſed modo innaturali. Et verſ. 27. *Similiter autem & maſculi relicto naturali vſu fœminæ, exarſerunt in deſiderijs ſuis inuicem, maſculi in maſculos turpitudinem exercentes, & mercedem (quam oportuit) erroris ſui in ſemetipſis recipientes.* Vide etiam Deutero. 29. 23. Eſai. 1. 9. Ierem. 49. 18. & cap. 50. 40.

47 Tanta autem adeoque effrenis erat Sodomęorum libido, vt quum Gen. 19. duo Angeli veſpere in ciuitatem Sodomam, ſub ſpecie habitus virilis veniſſent, adeoq; à Lotho exciperentur hoſpitio, omnes ciuitatis viri, à puero vſq; ad ſenem, domum eius vallârint, magna voce clamantes, verſ. 5. *Vbi ſunt viri qui introierunt ad te nocte? educ illos huc vt cognoſcamus eos*; coitu videlicet innominato & innaturali. Quod quum hoſpitalitatis iuri, rationi, & Legi Diuinæ repugnaret, auertere & diuertere eos conatus eſt Lothus, proſtitutionem ſuarū offerens filiarum. Cuius tamen monitis non acquieſcentes, adeoq; per vim prope, fores effringentes, Angeli percuſſerunt cæcitate à minimo vſque ad maximum, ita vt oſtium inuenire non poſſent. Condigna certe pœna, vt qui omnē naturæ pudorem, præ inſatiato libidinis æſtu perdiderant, etiā lumi- *Effrenis libido Sodomitarum.* *Loth affert proſtitutionē filiarum.*

 nibus

nibus oculorum priuarentur. Tandem Loth
cum familia ſua extra oppidum educto, atque
vrbem Segor, orto iam Sole ingreſſo, verſ.24.
*Dominus pluit ſuper Sodomam & Gommorrham ſulphur
& ignem à Domino de cælo, & ſubuertit ciuitates has, &
omnem circa regionem, vniuerſos habitatores vrbium &
cuncta terræ virentia.* Hęc de hiſtoria. Ratione cuius
Arnald. Sorbin. homil. 10. graphice & more
concionatorũ extollit charitatẽ atque hoſpita- 48
litatẽ Loth, & omniũ in pauperes beneficorũ,
eam ex promiſſo aſſerens benedictionẽ habere
vtramque, videlicet temporalẽ & diuinam, al-
legato verſ.5. Pſal.111. *Iucundus homo qui miſeretur
& commodat, diſponit ſermones ſuos in iudicio, quia in æter-
num non commouebitur.*

Charitatiua hoſpitalitas Lothi, eiuſque ſequacium.

Innaturali libidini huic deditos fuiſſe quam-
plurimos Gentiles cũ Græcos tum Romanos,
adeoque iuſto Dei iudicio, in reprobum ſenſum
à Deo datos eſſe, demonſtrat Andreas Eboren-
ſe, Exemplor. Memorab. Tom. poſter. Tit. In-
temperantia, vbi inter cæteros, cuiuſdam me-
minit Cypſelli Corinthij Tyranni, cuius ea (re-
ferente B. Fulgoſo lib.9.) deteſtanda & effręnis 49
luxuria, vt Meliſſæ vxori iã mortuæ libidinoſe
ſe commiſcuerit. Sic Fabrianẽſis quidam ciuis,
quem idem auctor Picentem appellat: cum de-
ſciſcente populo à Clauellis eius vrbis Princi-
pibus, ne fæminis quidem pop. rabies ferrumq;
pepercisset: ipſe cum emortua quadam Clauel-
lorum virgine, ſe per innaturalem venerem
commiſcere, naturæ hoſtis non erubuit. Hoſtẽ
naturæ dico, quia omnis commixtio carnalis,
ſecundum cuius ſpeciem vel modum, genera-
tio

Gentiles dediti Sodomiæ.

Immunditia multa Cypſelli & Fabianenſis cuiuſdam.

tio vel ſpeciei multiplicatio non poteſt haberi, iure naturæ reprehenditur,& contra eam militare eſt in confeſſo, vt docet Alphon. à Caſtro v. Coitus, aduerſus hæreſes l. 4. Finis enim ad
50 quē natura coitum ordinauit, ſpeciei eſt multiplicatio. Quare omnis coitus, qui tali modo inſtituitur, etiamſi cū fœmina viua (multo magis, mortua) vt ex eo impoſſibile ſit generationē ſequi, iure naturæ dānatur, & Sodomæorū ac Gomorrhæorū infandæ ſpurcitiei annumeratur.

Quæ commixtio carnalis cenſeatur innaturalis.

Finis commixtionis carnalis eſt multiplicatio ſpeciei.

Pſeudoapoſtoli ergo Carpocratiani, Marcionitæ, Caiani (ſicut & nouiſſimis temporibus Waldenſes) quum ſub pallio Chriſtianæ charitatis, hiſce Sodomiticis & aliis ſpurciſſimis carnis peccatis, indulgerent, adeoq; innaturalium criminum notam, Chriſtianæ Eccleſiæ in vniuerſum affricarent, male eam apud ethnicos audire fecerunt, Chriſti Euangelium in inuidiam vocårunt; conſequenter vero, iiſdem ethnicis, bonos Chriſtianos promiſcue & malos, velut naturæ euerſores violatoreſque, ferri atque ignis ſuppliciis exterminandi, occaſionē dabant. Vnde Euſeb. hiſtor. Eccleſ. l. 4. c. 7. *Certe accidit vti nefaria quadam opinio de nobis excitata, eaque ab omni ratione alieniſſima, per infidelium animos, longe lateque peruaderet: quod videlicet tum nefando concubitu, matres & ſorores violare, tum etiam ſcelerato quodam alimenti genere vti non vererentur.* Quos proinde naturæ Sodomiticos hoſtes vt à peccato reuocet, alios ab imitatione deterreat, atque ab ipſis turpiſſimam Chriſtianiſmo inuſtam notam depellat, hanc terribilem Pentapolitanæ vindictæ hiſtoriam producit.

Pſeudoapoſtoli Chriſtianum nomen cõſpurcant.

fætor, teſte Iuſtiniano Imperatore, apud Agathiam, infra dogmate 2. teſte Hugon. Cardinal. id colligente ex Pſal. 82. 11. *Diſperierunt in Endor, facti ſunt vt ſtercus terræ*; & Cantic. 1. 14. *Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi*, id eſt, in fætore vehementi; ſic Deus eoſdem ſummo & condigno ſulphuris puniuit fætore, Gen. 19. 24. *Igitur Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham, ſulphur & ignem.* Immo eodem fætore puniet in æternũ, Apocal. 21. 8. *Pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda.* Quem ergo non mouebunt hęc tormenta, hæ vltiones?

DOGMA PRIMVM.

Ob peccata, maxime hæreſeos, luxuriæ, & iniuſtitiæ, iuſto diuinæ vltionis ordine, vrbes, regiones, familias deleri, campis vero ſterilitatem immitti, &c.

53 COrollarie ſequitur ex præmiſſis, Deũ propter peccata, eaque maxime iam enumerata, vrbes & regiones excidere; campis ſterilitatẽ immittere, nonnullas familias delere, &c. certo videlicet peccatorũ numero completo: quod S. Script. verbis, Patrum auctoritatibus, & probatis hiſtoriis, difficile non erit comprobare. Quo ſane reſpexit Chryſoſt. in Gen. homil. 44. dum ait, *Vidiſti quanta res ſit virtus & quanta malitia? & quomodo iuſtus ſaluatus ſit, alij autem ſua malitia pœnam receperint? & vt iuſtus filias & Segor pietate ſaluauit; ita impij, ſe, ciuitates & terram perdiderunt.*

Deus propter peccata delet vrbes, familias, regiones.

Reſpexit & Eſai. cap. 1. 7. *Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ ſuccenſæ igni; regionem veſtram coram vobis alieni deuorant, & deſolabitur ſicut in vaſtitate hoſtili.* Vbi in pœnam Deicidij & necati Saluatoris Chriſti Ieſu, excidium Iudæorum, ſub Veſpaſiano, Adriano & alijs illatum, prænunciatur, neque enim lapis ſuper lapidem Ieroſolymæ manſit, omnes vrbes deſtructæ fuerunt, nec vnquam poſtea Iudæorum Reſpublica eſt reſtituta, quinimo pæna capitis cautum fuit, ne Iudæi deinceps eo pedem referrent, vt late proſequitur Flauius Ioſephus de bello Iudaico libro vltimo. Ad hunc locum reſpexiſſe videtur Chriſtus ipſe, dum certiſſima omnium futurorum contingentium, maxime huius deſolationis, præſcientia creata inſtructus, his verbis futuri temporis, Scribas & Phariſæos compellat Matth. 23. 38. *Ecce relinquetur domus veſtra deſerta:* Q. D. Implebitur cōtra vos quod olim prophetauit Eſa. cum dixit: *Terra veſtra deſerta, &c.* Rurſum cap. 42. 15. *Deſertos faciam montes & colles, & omne granum eorum exſiccabo, & ponam flumina in inſulas & ſtagna areſaciam.* Item verſ. 24. *Quis dedit in direptionem Iacob & Iſrael vaſtantibus? Nonne Dominus ipſe cui peccauimus.* Ierem. 8. 13. *Non eſt vua in vitibus & non ſunt ficus in ficulnea, folium defluxit, & dedi eis quæ prætergreſſa ſunt.* Et verſ. 14. *Quare ſedemus? Conuenite & ingrediamur ciuitatem munitam & ſileamus ibi, quia Dominus Deus noſter ſilere nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis, peccauimus enim Domino.* Sic Nabuchodonoſori Daniel. 4. pro palatio, ſubſtituit Deus ferarum luſtra; loco purpuræ, puluerem; pretioſiſſimas denique gemmas, in horribiles pilos &

Excidium Iudæorum propter Deicidium.

Pœna capitis vetantur Iudæi Ieroſolymam reſtaurare

Punitio Nabuchodonoſor propter peccata.

Digitized by Google

& deformes vngues commutauit; Sic Pſal. 106. 34. *Poſuit terram fructiferam in ſalſuginem, à malitia inhabitantium in ea.*

56 Conſonant Patres: Orig. in Matth. tract. 26. c. 23. *Non ſtatim vt factum fuerit peccatum, punitur peccantium generatio, ſed quum ſubſequens generatio debens emendare in ſe peccatum patrum ſuorum, adhuc adiecerit peccatis patrum ſuorum peiora; & ſic ſi multæ generationes peccauerint in gente aliqua vel in ciuitate, punitur gens vel deſtruitur ciuitas.* & poſt pauca; *Vt eiectis omnibus de Iudæa, deſoletur locus euacuatus ab omnibus Sanctis, & patiantur quæcumque ſunt paſſi à Veſpaſiano & Tito.* D. Aug. enarrat. in Pſal. 58. concio. 1. ad illa verba, *Diſperge eos in virtute tua. Iam factum eſt, per omnes gentes diſperſi ſunt Iudæi, teſtes iniquitatis ſuæ & veritatis noſtræ.* Idem pulchro ſchemate, Regis iniquitatem lib. de duodecim abuſionum gradibus, gradu 9. deſcribens; *Qui* (inquit) *Regnum ſecundum hanc [Æquitatis] legem non diſpenſat, multas nimirum aduerſitates Imperij tolerat. Idcirco enim pax populorum ſæpe rumpitur, & offendicula de Regno ſuſcitantur, terrarum quoque fructus diminuuntur, & ſeruitia populorum impediuntur. Multi & varij dolores proſperitatem regni inficiunt; charorum & liberorum mors triſtitiam confert, hoſtium incurſus Prouincias vndique vaſtant. Beſtiæ armentorum & pecorum greges dilacerant; tempeſtas aëris & hemiſphæria turbata, terrarum fœcunditatem, & maris miniſteria prohibent, & aliquando fulminum ictus, ſegetes & arborum flores, & pampinos exurit. Super omnia vero Regis iniuſtitia, non ſolum præſentis imperij faciem offuſcat, ſed etiam filios ſuos & nepotes, ne poſt ſe Regni hæreditatem teneant, obſcurat. Propter piaculum enim Salomonis, Regnum domus Iſrael, Dominus de manibus filiorum ſuorum diſperſit, & pro-*

Quomodo Deus puniat gentem vel generationem aliquam.

propter Iuſtitiā Dauid Regis, lucernam de ſemine eius ſemper in Hieruſalem reliquit. Ecce quantum iuſtitia Regis, *ſæculo valet, intuentibus perſpicue patet: eſt enim pax Populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentū gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aëris, ſerenitas maris, terræque fecunditas, &c.* Cyprian. oration. Apologet. ad Demetrianum: *Vt memorias taceamus antiquas & vltiones, pro cultoribus Dei, ſæpe repetitas, nullo vocis præconio reuoluamus. Documentum recentis rei ſatis eſt, quod ſic celeriter, quodque in tanta celeritate ſic granditer nuper ſecuta defenſio eſt, ruinis Regū, iacturis opum, diſpendio militum, diminutione caſtrorum. Nec hoc caſu accidiſſe aliquis exiſtimet, aut fuiſſe fortuitum putet, quum iampridem Script. Diuina poſuerit & dixerit: Mihi vindictam, ego retribuam.* Vide Iren. aduerſus hæreſ. l. 4. c. 8. Iuſtin. Apolog. 2. Tertull. l. contra Iudæos cap. 3. & contra Marcion. l. 3. c. 23. Cypr. l. 1. aduerſus Iudęos c. 6. Euſeb. l. 2 de demōſtrat. cap. 36. Athan. orat. de paſſio. & cruce. Cyrill. Hieron. & Haymo. in cap. 1. Eſai. & alios Patres. Vide etiam Philippum Diez ſermon. 2. in feſto S. Stephani, n. 11. ad illa verba Eſa. 29. 1. *Væ Ariel, Ariel ciuitas quam expugnauit Dauid: additus eſt annus ad annum, ſolemnitates euolutæ ſunt & circumuallabo Ariel, &c.*

Vaticinatur Dunſtanus Ethelredo Regi familiæ longæuam vlt. dictam. & regni tranſlationem.

Huc facit vaticinium ſanctitate & prophetiæ 57
dono eximij, Dunſtani, apud Matthæum Weſtmonaſterienſem, ad annum Domini 979. vbi in coronatione Ethelredi Regis, qui erat puer decennis, Dunſtanus his verbis, Regi Diuinam prænuntiat vltionem: *Quoniam aſpiraſti ad Regnum per mortem fratris tui, quem occidit mater tua, propterea audi verbum Domini. Hæc dicit Dominus, Non deſi-*

ciet

ciet gladius de domo tua, ſæuiens in te omnibus diebus vitæ tuæ, interficiens de ſemine tuo, quouſque regnũ tuum transferatur in Regem alienum, cuius ritum & linguam gens cui præſides, non nouit: nec expiabitur niſi longa vindicta peccatum tuum, & peccatum matris tuæ, & peccatum virorum illorum, qui interfuere conſilio eius nequam, &c.

85 Præclaras vero vrbes, quum in ijſdem horrenda peccata prædominarentur; terręmotu interiiſſe, auctor eſt Euſeb. in Chronico, & Euagrius variis locis. Cæſar Baron. tom. 5. Annal. Anno Christi 406. num. 52. & 53. narrat Arcadio VI. ac Probo Coſſ. Wandalos & Alanos traiecto Rheno, Gallias inuaſiſſe, ac deprędatos eſſe eam maxime partem, quæ hęreſin Vigilantij erat amplexata, adeo vt ſoluta vbique & in exilium acta diſciplina Eccleſiaſtica, moribus deformatis, atque exundantibus vitiis, plurimæ Galliarum Prouinciæ tradi meruerint Barbaris deuaſtandæ, vel ipſo Saluiano Epiſcopo Maſſilienſi, illius verò temporis vero Ieremia, teſte, lib. 67. de recto iud. *In omnibus quippe Gallijs*, inquit, *ſicut diuitijs Aquitani primi fuere, ſic vitijs. Nuſquam enim improbior voluptas, nuſquam inquinatior vita, nuſquam corruptior diſciplina. Hanc pro muneribus ſacris, dederunt Domino retributionem, vt inquantum eos beneficijs ſuis ille ad ſe illexerat ad propitiandum, intantum illi flagitijs ſuis laborauerint ad exacerbandum.* Et poſt alia deplo-
59 rata, ſubdit: *Apud Aquitanos vero, quæ ciuitas in locupletiſſima ac nobiliſſima ſui parte non quaſi lupanar fuit? Quis potentium ac diuitum non in luto libidinis vixit? Quis nõ ſe barathro ſordidiſſimæ colluuionis immerſit?* Vnde concludens Baronius; *Ecce tibi, ait, quid ſoleant vehere ſecum vel poſt ſe ducere hæreſes, clades nimirũ*

Gallia propter hæreſin Vigilantij à Barbaris deuaſtatur.

Pro-

Prouinciarum, quod multis exemplis, ſæpe omnibus ſæculis, & hoc ipſo infelicius contigit demonſtrari.

Belgium deſloratum propter hæreſes.

Quantum de antiquo ſplendore atque inte- 60
grioris pietatis fama deflexerit ac remiſerit in-
felix Belgium noſtrum, ex quo Dei & Rom.
Pōtificis caſto amore pulſo, Lutheri, Cal. Men-
nonis, aliorumq; hæreticorum ſeu Geuſiorum
irreligioſis turpitudinibus ſe proſtituit, præſen-
tium ruinarum ac calamitatum ocularis in-
ſpectio abunde docet: quod idem in ſua, omnis
generis amatores, Blandratas, Gentiles, Lyſmã-
ninos, Ochinos, Stancarianos, Statorios, Ge-
orgianos, Triadoclaſtas, &c. admittente, ideoque
grauiſſimè punita & deuaſtata, etiam à commu-
ni humani generis hoſte Turca, Polonia, multis
paſſim lachrymis, Illuſtriſſ. ac R.mus S.R.E.
Cardinalis, Staniſlaus Hoſius plorat.

Polonia vaſtitas propter hæreſes.

Terram denique ſterilitate, maledictione, in- 61
commodis, tempeſtatibus, & inundationum
horribilibus incurſibus à Deo Opt. Maximo
feriri, dum hæreſes, ſuperſtitiones & falſi cultus
inducuntur, dum ab agricolis ipſis etiam ad
Reges vſque in Decimis & alijs Eccleſiarũ red-
ditibus peccatur, dum horrendis peccatis lu-
xuriæ, oppreſſionis pauperum, iniuſtæ tributo-
rum, Gabellarum, Acciſiarum, Impoſitionum
& ſimilium onerum exactionis, &c. regiones
polluuntur ac deuaſtantur, patet Pſal. 106. 34.
ſupra, *Qui conuertit terram fructiferam in ſalſuginem à
malitia inhabitantium in ea.* Idem demonſtrat Ma- 62
thurinus Quadratus in Malachiam homil. 18.
partim ex 3. Reg. 17. cap. vbi propter ſcelera, &
nouam idololatriam Baaliſticam impij Achabi
& Ie-

Terra maledictio propter peccata.

& Iezabelis, cælum tribus annis cum dimidio
clauditur, abſque roris & pluuiæ oportuniore
influxu? Partim à Gallia patria ſua, quam, pro-
pter fertilitatem, antequam peregrinis Hugo-
nottarum & Caluiniſtarum doctrinis ſeducere-
tur, ab omnibus beatam eſſe celebratam ait.
Cæterum quum Orthodox. Religionis pertæſa,
Caluini, Bezæ, Vireti, eorumque ſequacium A-
theiſticos errores fuit amplexa, ad tantam re-
rum omnium penuriam & caritatem declinâſ-
ſe, vt in omni memoria auditum non fuerit,
Gallos panem & vinum tanti emiſſe; quanti
proximis annis elapſis de facto coëmerunt.

Clauditur cælum propter peccata.

Gallia ſterilitas propter hæreſes & peccata.

63 Deſinant proinde ſcioli & ſuperſtitioſi Ma-
thematici, ex ſola conſtellatione & reſpectuum
diuerſitate, futuram terræ ſterilitatem fæcun-
ditatemque infallibiliter prognoſticare. Ecquis
enim Ægyptiorum Aſtrologorum licet perdo-
ctiorum, illam cum fæcunditatem tum ſterili-
tatem, potuit prænunciare, quam Ioſeph Patri-
archa Diuino ſpiritu afflatus præſciuit. Certe
nullus; à Deo quippe, propter ſcelera & delicta,
regiones ſæpiſſime, maledictione, execratione,
peſtilentia, locuſtarum, bruchi, cæterorumque
animalium, noxia eroſione, affliguntur. Sicut
& Sodoma, in qua Diuinæ vindictæ mira vſq. in
hodiernum diem, extare veſtigia, his verbis do-
64 cet Strabo Geograph. lib. 16. *Eſſe ignem in ſolo eius
regionis, multis etiam alijs ſignis docent: nam & petras
aſperas exuſtas circa Moaſada oſtendunt, & multis in locis
exeſas cauernas, & terram cinerulentam, & picis guttas è
petris diſtillantes, & flumina fætore eminus edito efferuen-
tia, & habitationes paſſim euerſas, &c.* Item poſt. *In hoc
loco*

Sterilitas terræ non ſemper pendet ex conſtellatione &c.

Veſtigia Sodomiticæ vindicta per Strabonem deſcripta.

loco 13. vrbes olim habitatas fuiſſe, quarum caput Sodoma, adhuc 60. ſtadiorum habeat ſuperſtitem ambitum, terræ autem tremoribus & ignis aquarumque calidarum & bituminoſarum ac ſulphurearum eruptione extitiſſe lacum, ſaxa ignem concepiſſe, vrbium alias abſorptas, alias ab iis quicumque fugere potuerunt, derelictas; ſcilicet ab indigenis prædicatur, &c.

DOGMA II.

De pœnis & ſuppliciis Sodomiticorum.

Lex naturæ damnat Sodomiam.

LEx *Naturæ*, quæ omnium cordibus inſculpta, 63
& nemine docente ſcitur, licet hoc ſcelus Sodomiticũ peſſimũ & infandũ ſufficiẽter doceat eſſe fugiendũ, quia per ipſũ intentio & finis (qui eſt multiplicatio ſpeciei) defraudatur, ob quam proinde commixtio carnalis adhibetur; ea tamen nonnullorum eſt effrenis libido, & furioſus carnis æſtus, vt & ei vacare, & in conſuetudinem ducere non vereantur, quales olim fuere Waldenſes, teſte Guidone Carmelita.

VValdenſium ſpurcitia.

Ad hos ergo naturæ euerſores compeſcendos, lege Diuina poſitiua decretum eſt Leuit. 18. 22. & 20. 13. vt maſculorum concubitores certa morte puniantur; *Qui dormierit cum maſculo, coitu fœmineo, vterque operatus eſt nefas; morte moriantur, ſit ſanguis eorum ſuper eos.*

Lex Diuina mortem infert Sodomitis.

Eccleſiaſtica lege, pœnam in General. Concil. 64
Londonienſi ſub S. Anſelmo Cantuarienſi Archiepiſcopo, Romano vero Pontifice Paſchali, Anno Domini 1102. Eccleſiæ præſidente, ſancitam, his verbis refert Willelmus Malmeſburienſis.

riensis. *Sodomiticum crimen facientes & eos in hoc voluntarie iuuantes, in eodem Concilio, graui anathemate damnati ſunt, donec confeſſione & pœnitentia abſolutionem mereantur. Qui vero in hoc crimine publicatus fuerit, ſtatutum eſt, ſi quidem fuerit perſona religioſa, vt ad nullum amplius gradum promoueatur, & ſi quem habet, ab eo deponatur. Si autem laicus, vt in toto Regno Angliæ, ſuæ conditionis dignitate priuetur; & ne criminis huius abſolutionem his qui ſub regula non vouerunt, aliquis niſi Epiſcopus deinceps facere non præſumat. Statutum quoque eſt, vt per totam Angliam in omnibus Eccleſiis, & in omnibus Dominicis diebus, excommunicatio præfata renouetur.* Vnde patet caſum illum vnum ex ijs eſſe qui Epiſcopo reſeruantur, habereque excommunicationem annexam.

Lex Eccleſiaſtica Sodomitas excõmunicat, degradat, Epiſcopis reſeruat, &c.

87 *Ciuili Lege* decretum, vt huius criminis rei, vſq; ad incinerationem, ignis atrociſſimo ſupplicio reprimantur. Ita varij ſtatuere Imperatores, iudicantes etiam huiuſmodi ſcelus, terræmotum ac peſtilentias ſalubriori aëri offundere, de quo ſup. quæſt. 4. procemial. vtilitat. 5. quæ eſt, *Deterreri à peccato carnis, maxime innaturali & Sodomæo*; vbi adduximus Theodoſij & Conſtantini imperatorum contra Sodomitas, ſanctiones.

Lege ciuili Sodomitæ & comburuntur.

Sodomia cauſa peſtilentiæ, & terræmotus.

Sane Iuſtinianus apud Agathiam lib. 5. videns derepente, peſtilentem morbum, qui infinitam intulit cladem, vrbem Conſtantinopolitanam inuaſiſſe, nec dubius propter peccata, diuinitus talia flagella immitti, ne ciuitates cum habitatoribus pereant, (*docemur enim*, inquit, *à Diuinis Scripturis, quia ex huiuſmodi impijs actibus, & ciuitates pariter cum hominibus perierunt*) præcipit regiæ ciuitatis

Iuſtinianus nouis ſupplicijs damnat Sodomitas.

T

uitatis Præfecto, vt eos qui naturæ contraria agunt, comprehendat, & vltimis ſupplicijs ſubdat: immo teſtibus Glyca & Cedreno, quum 68
reperti eſſent quidam maſculorum concubitores & corruptores, horum alijs veretrũ amputari iuſſit Imperator, alijs autem acutiſſimos calamos in genitalium inſeri meatus, eoſque nudos in forum velut theatrum produci; qui proinde miſerè hoc modo vitam finiebant, ſuoque exemplo alios, ſolis vt naturæ limitibus contenti eſſent, docebant.

Inſtructio Coniugum & Confeſſorum.

Ad extremum, graphice in Confeſſionali 69
ſuo, coniugatos omnes monet Godſcalcus Roſemondus, vt in debiti redditione, ab omni peccato ac modo contra naturam militante abſtineant. Eam vero in Confeſſoribus, & Concionatoribus, circa horum & ſimilium carnalium peccatorum interrogationem, Caſiſtæ diſcretionem requirunt, vt & honeſtiores aures non offendant, & ne puſillis laqueum potius damnationis quam ſalutis medium ſternant.

Verſ.

Verſ.8. Similiter & hi carnem quidem maculant, Dominationem autem ſpernunt, maieſtatem autem blaſphemant.

1 QVarta hæc eſt ſectio epiſt. in qua fideles animitus dehortatur ab imitatione eorum qui Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negant: idque propter varia, eaque abominabilia ipſorum peccata, quæ deinceps proſequitur vſque ad verſ.17. In quo idem monet propter Apoſtolorum prohibitionem.

Hic porro adductis tribus Pop. Iſraelitici infidelis ac rebellis, Angelorum non ſeruantiũ Principatũ, & carnaliũ Pentapolitanorũ horrendis exẽplis, orationis conſecutionem prætermiſſam & ſubauditam Lectori colligendam relinquit, vt annotant Oecumenius, Beda, & ex iis Ioannes Bernard. Felicianus: q.d. Si Deus erga præfatos ita ſe habuit, ita puniuit, ita deleuit, nihil contentus priore eorum ſorte feliciore; profecto nec iſtis Pſeudoapoſtolis ita flagitioſe delinquentibus parcet, ſed damnabit eos eorumque imitatores: maxime quũ iam Deus propter homines incarnatus, venerit in mundum, variaſque pro ipſis tolerârit iniurias & afflictiones, cuius aduentus tantum abeſt vt ſalutarem habuerint rationem, vt etiam animam & corpus varijs peccatis commaculârint, adeoq.
2 tria illa præcipua delicta quę increduli & rebelles Iſraëlitæ, blaſphemi Angeli, atque innatu-

rales Sodomitæ reſpectiue & diuiſim commiſerunt, ipſi copulatim eadem in ſe recapitularint. Sicut in ſimili ab Antichriſto deſumpto docet Iren. l. 5. c. 29. *In beſtia* (inquit) *veniente, recapitulatio fiet vniuerſæ impietatis & omnis doli, vt in ea confluens & concluſa, vniuerſa vis Apoſtatica, in caminum mittatur ignis.* Hoc argumento vtitur D. Petrus 2. epiſtol. c. 2. 4. *Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos, in Tartarum tradidit cruciandos, &c.*

Omnis impietas recapitulatur in Antichriſto.

Nec eſt quod quiſpiam ex illis ad infinitam Dei miſericordiam recurrat, quamuis enim benignus ſit & clemens, eſt nihilominus iuſtus, ita vt per veram iuſtitiam peccatoribus condignas inflixerit pænas, ſicut pęnitentes publicanos, latrones, & meretrices in paradiſum introduxit.

SECTIO PRIMA.

Similiter & hi carnem quidem maculant.

Depicturus publicitus infandam Pſeudoapoſtolorum, Simonianorum, Carpocratianorum, Valentinianorum, &c. ſpurcitiã, Primo eos dicit *Maculare carnem*, videlicet cum ſuã tum aliorum, quum ea tamen ſit Chriſti templum, & Spiritus S. Tabernaculum.

Quid autem ſit carnem maculare (quod verbo Græco ἐνυπνιαζόμενοι, hoc eſt inſomniis agitati, vel inter ſomnium, exprimitur, miraque orationis obtegitur honeſtate) nos iuxta infan-

dam

dam operis turpitudinem, quantum Chriſtianarum aurium bona venia permittit, ex Oecumenio depromemus. Si enim eos peccati perpetrandi non puduerit, certe nec nos eiuſdem in propalando merito pigebit, maxime quum intentio noſtra non ſit, nec hic nec ſuperius verſ. 4. ſection. 4. infirmiori alicui, horum Borboriticorum delictorũ relatu, lapidẽ ſternere offenſionis; verum ad eorum fugam ac deteſtationem, quemuis Chriſtianũ adhortari. Ait ergo

4 Oecumen. *Hoc verbum* ἐνυπνιαζόμενοι, (id eſt, *Somniantes vel inſomnijs agitati) nos paululum & quantum decens erit, denudabimus, ſumpto intellectu ex opere, quod de his edidit Beatus Epiphanius Cypri Epiſcopus, & Panarion appellauit. Dicit enim hic, quod ſceleſti iſti Borboritæ* (id eſt, *fæculenti ac cœno oppleti) quum fœde mulieribus commiſcerentur, non in vulua ſemẽ effundebant, ſed imperfecta abominatione, ſuis manibus illud ſuſcipientes, ſtatim in os illud immittebant mulierũ cum quibus corrupti erant, & ita à ſe mutuo diſcedebant impuri, magnũ quippiam ſe peregiſſe putantes. Hoc impurum facinus, propter imperfectionem appellat inſomnium, quoniam huiuſmodi ſunt quæ in inſomnijs aguntur. Inquinantes ergo per fæculentam hanc aſſumptionem, ſuam carnem, amplius adhuc inſaniunt, &c.* O infandam ſpurcitiam, ô mutam libidinem, ô veneream monſtroſitatem!

ἐνυπνιαζόμενοι.

Borboritæ unde dicti.

Quid ſit his maculare carnem.

Turpiſſ. abominatio Pſeudoapoſtolorum.

5 Vtinam autem non ad poſteriora ſæcula peſtiferum laſciuiæ ſuæ venenum euomuiſſent, quando nullis non carnalium ſordium generibus ac luxurioſis abominationibus, quotquot fere ex præciſis omnium temporũ ſarmentis, hæretici repullulârunt; carnem humanã, pretioſiſſimo Chriſti ſanguine tinctam, & Diuiniſſimo-

ſimorum Sacramentorũ fomentis ſanctificatã, maculârunt, prophanârunt, & velut in alteram naturam tranſmutârunt.

Teſtis huius rei locuples D. Petrus 2. epiſt. 2. 13. vbi de illis loquens, *Voluptatem* (ait) *exiſtimantes diei delitias, coinquinationes & macula, delitijs affluentes, in conuiuijs ſuis luxuriantes vobiſcum* & verſ. 14. *Oculos habentes plenos adulterij, & inceſſabilis delicti ; pellicientes animas inſtabiles, &c.*

Omnis hæreſeos fundamentum, luxuria. Colligit proinde Hugo Cardinal. in hunc locum, omnem hæreſim luxuriæ tanquam fundamento inniti; in quem finem, Poëtæ cuiuſdã metricum hunc producit tenorem; 6

Tartara vilia luce carentia vos habitetis,
Qui puerilia quæritis, iliaque maculetis.

Sic D. Aug. ſuo tempore contigiſſe docet in Primo Subdiacono, & Circumcellionibus, epiſtol. 169. ad Euſebium, & contra epiſt. Parmen. l. 2. cap. 9. Deficeret mihi calamus, papyrus & annus, ſi antiquorum hæreticorum ſpurciſſimã vitam, actus, mores, ſcripta, recenſere attentarem, quæ Thomæ Boſio, Roberto Bellarmino, Cæſari Baronio, Tho. Stapletono, alijſque Catholicis ſcriptoribus relinquens, ad æui noſtri hæreticos digredior.

Eraſ. Roterod. teſtis luxuriæ Pſeudoeuangelicorum. Primo ergo ad vnicum nouiſſimorum Pſeudoeuangelicorum miniſtrellorum Prodromũ & confæderatum amicum, teſtem prouoco D. Eraſ. Rotterodamum, qui inter cætera piacula, earum infandã viuis coloribus luxuriam effigians epiſtol. ad fratres inferioris Germaniæ, Friburgo Briſgoiæ Calend. Aug. Anno 1530. data, *Mirificis*, inquit, *præſtigijs exaggerant, quam ſobrie, quam* 7

quam caſte, quam innocenter viuatur ſub Euangelio, quam maiore fide alieno ore prædicarentur. Quid Argentorati fiat neſcio; Alicubi ſcio nuſquam fuiſſe maiorem luxum, plus adulteriorum, quam inter Euangelicos, ſic enim appellari gaudent. Hoc nec ipſi negant Euangelici, vtinam omnes ad meliorem frugem ſeſe recipiant vt hic habeat vanus. Nonne Lutherus coactus eſt viſitatores mittere, qui pop. in omnem licentiam ruentem cohiberent? Nonne idem dixit, ſe malle priſtinum Papæ ac Monachorum regnum, quam hoc hominum genus, ſub Euangelij prætextu, in Sogdianorum vitam ſeſe proripientium? Nonne idem ſuis ad me literis deplorauit Melanchthon? Nonne idem in colloquio faſſus eſt Oecolampadius? Item alia epiſt. Vulturio Neocomo in Pſeudoeuangelicos, 3 Decemb. Anno 1529. inſcripta. *Circumſpice pop. iſtum Euangelicũ & obſerua, num minus illic indulgeatur luxui, libidini & pecuniæ, quã faciunt ij quos deteſtamini. Profer mihi quem iſtud Euangelium, ex comeſſatore ſobrium, ex feroci manſuetum, ex rapaci liberalem, ex maledico benedicum, ex impudico reddiderit verecundum; ego tibi multos oſtendam, qui facti ſunt ſeipſis deteriores.* Item in epiſt. priore. *Monachum noui, qui pro vna duxit tres. Noui Sacrificum, virum alioqui probum, qui duxit vxorem, quam poſt comperit alteri nupſiſſe. Similia permulta de Monachorum & Monacharum coniugijs referuntur, qui ductas repudiãrunt eodem iure quo duxerant.*

8 (margin, beside "colampadius?")

Suorum luxuriam deplorant Mart. Lutherus, Melãchthon & Oecolampadius.

9 Inceſtas nuptias Mart. Lutheri, Sodomiam Ioannis Caluini, ſicut & Theod. Bezæ, promiſcuum concubitum Adamitarum, Anabaptiſtarum & Domus Amoris tranſeo, quia fuſius de ijs dictum ſup. quæſt. 4. prooemial. vtilitat. 5. & verſ. 4. ſect. 4.

Pares & horrendos carnis maculatores 300.

commemorant Laurent. Surius Comment. rerum in orbe geſtarum, Anno 1527. & Staniſl. Hoſius de hæreſ. noſtri Temporis l. 1. Hi apud Apocellam in Heluetijs, quum brutorum more, poſt decantatas Deo laudes atque extinctas lucernas, fœda ſe libidine contaminâſſent, in editiorem montem aſcenderunt, vnde ſe cum animis & corporibus in ſublime rapiendos, perſuaſum habebant. Nec mirum, quia ſcripſerat ante Lutherus, magis neceſſarium eſſe homini coitum, quam cibum & potum, vnde alio loco ait:

Horrenda luxuria Heluetiorum.

Axioma caſtitatis Lutheranæ

Si non vult vxor, veniat ancilla.

10 An non huic carnis Cacangelio operam nauârat hæreticus ille, qui Millaui in Rouergia, Diui Anthonij, ipſo eius feſto die, atque adeo in publico rerum venalium foro, exuſta imagine; vno anno poſt, eodem die & loco, vltricibus ignis flammis eſt abſumptus, quia propriæ filiæ intulerat ſtuprum inceſtum, teſte Arnald. Sorbino, homilia 11. in Iudam? An non Caſtitatis Matrimonialis prærogatiua, pluralitatem ſimul viuentium vxorum, & ſanguine quidem iunctarum, dignatur Bucerus libr. de Regno Chriſti ad Henricum Angliæ Regem, nonne hanc palliat lege, *Conſenſu de Repudijs.*

Hæretici inceſtuoſi iuſta punitio.

Polygamiam Bucerus vocat caſtitatem coniugalem.

11 Quid memorem ſpermologicum Scotiæ Apoſtolum Ioannem Knoxium, quem grauiſſimorum virorum publicis literarum monumētis, traditum eſt, tali fornicatione ſe contaminâſſe, qualem nec inter Gentes reperiri aſſerit D. Paulus 1. Corinth. 5. 1. Patris enim aſcendēs cubile,

Ioānes Knox Scotiæ Pſeudo apoſtolus inceſtuoſus, & mire laſciuus.

cubile, cum patris vxore ac propria nouerca concumbere eſt auſus. Qua de cauſa pulſus in exilium, cum varijs meretricibus voluptuoſe volutatur, donec tres ſimul ex Anglia, quo profugerat, in Scotiam iam Pſeudoeuangelizantem, ſecum adduxit, verum præ nimio libidinis æſtu, hiſce tribus non contentus, quartam puellam, nobiliſſimo loco natam, nec viro maturam deperijt, tandemque præſtigijs magicis in thalamum coniugalem pellexit, teſte Guilhel. Reginaldo, Caluinoturciſ. l. 2. c. 11. vbi Sodomiticam labē, ſtigmatis inuſtione notatam, ex Conrardo Schluſſelburgio Caluiniſt. Theolog. l. 2. fol. 72 Ioanni Caluino affri-
12 cans, eamque inſufficienter à Theod. Beza, pro ſui Magiſtri defenſione, abſterſam & purgatam eſſe demonſtrans (*quum Theod. Beza eadem*, inquit, *hæreſi, & eodem ferme peccato nobilitatus ſit, vt hiſtoria de Candidula meretricula & Audeb ertulo teſtatur*) tandem ex Villagagnone aduerſus artic. Richeri lib. 1. c. 90. ad turpiſſimos Caluiniſticos illos deſcendit Sardanapalos, qui horrendo contra naturā peccato, ſuam & aliorum tunicam maculârunt; è quorum numero vnus, per vim, proprio nepoti, propriæ & germanæ ſororis filio, mutuum intulit ſtuprum; qui tamen (cum reliquis excuſante & humanæ naturæ fragilitatem allegante Richero) meritiſſimum euaſit mortis ſupplicium, vel ipſo Villagagnone, qui rebus his geſtis interfuit, teſte.

Ioan Knox volutatur cum meretricibus.

Ioan. Caluinus Sodomita.

Beza Sodomita.

Inceſtuoſa Sodomia.

13 Allegat & alium ex primis Anabaptiſtarum Apoſtolis Ludouicum Hetzerum, *quem 24. fœminas maritatas (præter virgines) conſtuprâſſe, teſtis eſt*, inquit,

Lud. Hetzerus 24 maritatas fœminas cō ſtuprat.

quit, *Mart. Lutherus.* ſimillimæ farinæ Libertinorum Principem obtrudit Quintinum Caluinus lib. contr. Libertin. in fine, p. 654. Is enim, vt equi emiſſarij, quamuis ſenio confecti, ad equas, ſic ad fæminas, etiam decrepitus hinniebat.

Laſciuia Quintini Libertini.

14 De Anglocaluiniſtarum impudicitijs multa producit eruditiſſ. D. Thomas Stapleton. in Prompt. Cathol. Feſto SS. Simonis & Iudæ, vbi inter cætera, perditiſſimos & carnaliſſimos fere homines, ad Miniſterium verbi aſſumi narrat, adducta in hunc finem, partim libidinoſa cuiuſdam Miniſtri ſchedula, in tribunali Londinenſi, per errorem porrecta, aperta, & cum ſumma Regiorum miniſtrorum erubeſcentia, lecta, partim Sandęi Eboracēſis Pſeudoarchiepiſcopi adulterio in publico diuerſorio, cum matrefamilias patrato; vnde lucem aſpexit Martini Puritani libellus, *De Cleri Anglicani flagitijs.*

Spurcitia Miniſtrorũ & Pſeudoepiſcoporum Anglocaluiniſtarum.

15 Quales denique, quam hircoſi, quam carnales fuerint Geuſiorum per Belgium miniſtri ſeu Prædicantes, eorumque gregales, quas adulterij, inceſtus, violenti ſtupri, polygamiæ, promiſcui concubitus, fornicationis etiam Sacrilegę, &c. maculandæ carni laxârint habenas; quam inuerecũnde Deo ſacras, partim deflorârint, partim fidę caſtitatis ſanctę data (licet inefficaciter & præſumptuoſe) abſoluerint virgines; quam abominandis commixtionibus Sacrata limina & altaria polluerint; quot Monachos voluptatum illecebris pellectos excucullârint, quam egregij in omni genere libidinis & veneris palæſtra polyhiſtores euaſerint, quia turpe eſt dicere, ac certos veritatis teſtes, oculos

Luxuria Miniſtrorũ Geuſiorum.

los noſtros quouis momẽto facile eſt citare, ſilentio potius quã multiloquio præterire malo.

16 Illud vnum omnes & ſingulos verbi Diuini præcones obteſtabor, vt pro rata fœdę libidinis, qua gentis ſuæ hæretici impoſtores, tunicam ſuam & aliorum, in Prouincijs illis commaculare ſolent, eorundem incontinentiam (ſalua Chriſtianarum aurium honeſtate) intrepide & cum inuectiua ſæpius iterata propalent. Hoc certũ pro Belgis noſtris, quo ſpurciores & maledicentiores cũ Monachi exitītij, tũ Sacrifici Priapiſtici, eò gratiores eſſe illis verbi miniſtros.

Concionatores aperiant luxuriam hæreticorũ.

SECTIO II.

Dominationem autem ſpernunt.

17 RESpicit ad Pop. Iſraeliticum, qui in deſerto legitimis Dominationibus ac ſuperioribus Moyſi & Aaroni ſæpe obmurmurauit & rebellauit, vnde iuſtiſſimas ac creberrimas Deo pœnas dedit; ita vnicam Pſeudoapoſtolorum indigitat Notam, videlicet legitimæ poteſtati cum Eccleſiaſticæ tum politicæ, ſe opponere, irridere, & aſpernari. Quare eaſdem indubie pœnas dabunt, & damnabuntur cum iiſdem inobedientibus Iſraelitis, de quibus D. Paulus ad Tit. 1. 10. *Sunt enim multi inobedientes*, & 2. ad Timoth. 3. 2. *Erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, blaſphemi, parentibus non obedientes*, & verſ. 8. *Quemadmodum autem Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi: ita & hi reſiſtunt veritati, homines corrupti mente, &c.*

Nota hæreticorum, opponere ſe legitimæ Dominationi.

Ta-

Tales autem fuerunt, Diotrephes epiſt. 3. D. 18
Ioan. 10. verbis malignis garriens in Apoſtolos: tales Pſeudoapoſtoli Chriſti temporibus proximi, Simoniani, Menandriani, Baſilidiani, Saturniani, Carpocratiani, Cherinthiani, Ebionitæ, Nicolaitæ, Cerdoniani, Marcioniſtæ, qui ad inſtar Patriarchæ ſui Simonis Magi, *Sublimiſſimam in terra virtutem*, ſe nuncupantis, ſuoſque ab omni imperio, apud Iren. l. 1. c. 20. eximentis, quinimo libros contradictorios appellatos aduerſus Chriſti fidem, teſte D. Dionyſ. libro de Diuin. nom. c. 6. ſcribentis; ſe itidem nulli niſi ſoli Chriſto ſubiacere, ſicut Apoſtoli aſſerebāt. Sic Valentiniani, eodem Iren. l. 2. c. 2. referente, nullos admittebant Superiores, Paſtores, Epiſcopos, ne Apoſtolos quidem. Sic Manichęi, legitimam Magiſtratus auctoritatem, tanquam libertati Chriſtianę reclamantem, aperte reſpuebant, vt docet D. Auguſt. contr. Fauſtum Manichęum l. 22. c. 74. & 75.

Hæretici ſiniſtre allegant libertatem Chriſtianam.

Quos nouiſſimis temporibus ſecuti ſunt pau- 19
peres de Lugduno, omnē Eccleſiæ poteſtatem infringentes, cum Ioan. Wicleff. epiſtolas decretal. velut Apocryphas ac friuolas repudiante; & Ioanne de Weſalia, qui aperte docuit, neq; Apoſtolos, neque eorum ſucceſſores, Prælatos Eccleſiæ, habere poteſtatem à Chriſto veras Leges & Canones condendi. Sic Begardi, ſic Beguinæ, hominem iuſtum in ſtatu perfectionis conſiſtentem, nulli teneri homini obedire, impie docuerunt. Quorum omnium errores iampridem obſoletos, Mart. Lutheri Pſeudoeuangelium reſuſcitauit: expreſſe enim docet Eccle-

Poteſtati Eccleſiaſticæ obgannitur ab hæreticis.

ſia

ſiæ obedientiam, non poſſe dilatari vltra ea quæ expreſſe in Sacra Pagina perhibentur, alias eſſe humanam ſeruitutem, Euangelicę & per Chriſtum partę libertati prȩiudicantem.

Probatur Eccleſiæ poteſtas.

20 At qui directe primę Veritati per ſe & per Apoſtolos loquenti contradicunt, Matth. 23. 2. *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis ſeruate & facite; ſecundum opera vero eorum nolite facere.* Item D. Paulo Hebr. 14. 17. *Obedite Præpoſitis veſtris & ſubiacete eis.* Et 2. ad Theſſalon. c. 3. 14. *Quod ſiquis non obedit verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, & ne commiſceamini cum illo.* Act. 15. etiam ſtatuunt quædam Apoſtoli, quæ nec in Script. expreſſe reperiuntur, nec à Deo audiuerunt, ſed pro illo, non moderno tẽpore, ſeruanda, vt Eccleſia ex Gentibus & Iudęis melius coaleſceret in vnum; & tamen dicunt verſ. 28. *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris quam hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum & ſanguine, & ſuffocato & fornicatione, à quibus cuſtodientes vos, bene agetis.*

Ioan. Vvicleff, damnatur à Concil. Conſtan.

21 Merito ergo Concil. Conſtan. ſeſſ. 8. Ioannẽ Wicleff. in hac forma: *Decretales epiſtolæ ſunt apocryphæ & ſeducunt à Chriſti fide, & Clerici ſunt ſtulti qui ſtudent in eis,* anathematizat; ſicut ſeſſion. 15. hanc Ioan. Hus aſſertionem: *Obedientia Eccleſiaſtica eſt obedientia ſecundum adinuentionem Sacerdotum Eccleſiæ, præter expreſſam auctoritatem Scripturæ,* eadem veritatis definitione reiicit ac damnat.

Damnatur Ioannes Hus

Citantes auctoritates Patrum, hæretici vocãt Patrologos.

22 Patrum auctoritates non deſunt; at quos ipſi in probationem non admittentes, ideoque nos Patrologos, appellantes, fuſe & ſacrilege ridẽt, ſolum

ſolum Dei verbum ſcriptum, ad omnem Controuerſiarũ diremptionem, buccinantes. Qua in re & vteorum explicitum legitimæ *Dominationis* contemptum videamus, vnus nobis ſuffecerit excellens coryphæus Mart. Lutherus, qui tom. 2. lib. contra Regem Angliæ, Henricum 8. (*quem rude caput, aſinum, ſtupidum, craſſum, truncum, oſcitantem, bebetem, inſulſum & Sophiſtam* vocat) procedens, rotundum & germanicum ſuum, ſed impium, de patrum auctoritate iudicium, his verbis expreſſit. *Vltimo loco Henricus dicta patrum inducit pro Sacrificio Miſſario; hic dico, confirmari hoc nomine meam ſententiam: nam hoc eſt quod dixi, Thomiſticos aſinos* (ſic vocat Theologos Scholaſticos) *nihil habere quod producant, niſi multitudinem hominũ & antiquum vſum. Ego vero aduerſus dicta Patrum, hominum, Angelorum, Dæmonum, pono Maieſtatis æternæ verbum, Euangelium. Hic ſto, hic ſedeo, hic maneo, hic triumpho; hic inſulto dictis hominum quantumlibet ſanctorum, vt nihil curem ſi mille Auguſtini, mille Cypriani contra me ſtarent.*

Lutherus ſpernit Patres.

Doctrinam Lutheri audiſtis, factum eiuſdem 23 requirite à Sleidano lib. 2. vbi narrat eum Wittenbergę 10. Decemb. Anno Domini 1520. omni conuocata Scholaſticorum multitudine, ac magna hominum doctiorum comitante caterua, ſacrum Ius canonicum (quod ſicut pueri virgas, ipſe timebat) auſu temerario publicè combuſſiſſe.

Lutherus exuſſit ius Canonicum

Flocci pendit eoſdem PP. Huldericus Zwinglius, tom. 1. in explanation. artic. 64. vbi cum Luthero, vnicum & ſolum Dei verbum ſcriptũ, controuerſiarum iudicem enuncians; *Mox* (inquit) *incipis clamare Patres, Patres nempe, Patres ſic tradide-*

diderunt; ſed ego non Patres tibi refero, non Matres, ſed Dei verbum requiro &c. Verum contra hanc hæreſin ſublatę obedientiæ & Dominationis Eccleſiaſticæ, egregie ſcripſerunt Ioannes Roffenſis Epiſcopus, in tract. contra captiuit. Babylonicā M. Lutheri, edito, articulo 27. & Iudocus Clichtouæus parte prima ſui Antilutheri, qui in eiuſdem actis, Schiſmaticum hoc, Martini propria induſtria compoſitum, citat metrum. *Peſtiferum M. Lutheri carmen.*

Peſtis eram viuus, moriens tua mors ero Papa.

25 Eandem Dominationis cum Eccleſiaſt. tum ciuilis exploſionē Pſeudoeuangelicis Lutherolatris aſcribēs D. Eraſ. Rotterod. epiſt. in Pſeudoeuang. *Antea clericos* (ait) *conſecratio tuebatur à rigore prophani iuris, nunc Sacerdotes aque atque cerdones à carnifice torquentur, caduntur, ſuſpenduntur, decollantur, exuruntur ſine vlla regradatione : Sic effugaſtis regnum Pontificis. Excuſſiſtis aliquot locis Epiſcopos, Canonicos & Monachos.* Item. *Conabantur demoliri Pontificum, Epiſcoporum ac Monachorum tyrannidem, quod per illos non liceret veſti quibuſlibet, nec veſtiri quomodolibet.* Item alia epiſt. ad Fratres Germaniæ inferioris, *Hoccine eſt neminem lædere, Canonicos depellere à Collegijs, Monachos è Monaſterijs, Abbates & Epiſcopos ditione ſpoliare, mouere ciues Magiſtratu, virulentis libellis etiam in Regum ac Principum capita debacchari? Haccine longe lateque diſcrepant à ſeditione?* Ibidem paulo poſt. *Etſi iam multa ciuitates in hoc profecerunt, vt Epiſcopos abdicārint, non poſſint alia huc proficere, vt Principes ſuos eijciant? & an non quod diuino, vidimus tentatum ab Agricolis?* ſcilicet in ſeditione, auctore Thoma Muncero, ſuſcitata. *Eraſmi iudicium de perduellibus Pſeudoeuāgelicis.*

26 Quod ipſum annis plus 40. vidimus in afflicto Belgio noſtro, quando perduelles & rebelles.

Lutherani & Caluiniani prætextu libertatis, excutiunt iugum Papæ & Regis, in Belgio.

les Lutherolatræ & Geuſij, prætextu libertatis religionis & conſcientiæ reformatioris, excuſſo Sereniſſ. Regis Hiſpan. Principis noſtri clementiore iugo, vnum ſimiliter Pontificem Romanum, Chriſti in terris Vicarium abnegârunt; at in cuius locum, duriora Politicorum Pontificũ vincula ſubintroduxerũt; nouas religionũ formulas Eccleſiis cum ſceptro, gladio, & fulmine Iouis intruſerunt, Principes expulerũt, Epiſcopos proſcripſerunt, Legitimos Magiſtratus mouerunt, ſeditioſos Coryphæos ſurrogârunt, in alienas ditiones caſtra, vrbes, municipia, Eccleſias, Sedes Epiſcopales, inuolârunt, iuriſdictionem Eccleſiaſticam & Politicam vſurpârũt. Ex his multos trucidârunt, bonorumque amiſſione mulctârunt, nullam non legitimã dominationem, etiam poſt fidem iuramento firmatam, violantes, & ſpernentes.

Seditioſa indoles hæreticorum, maxime Geuſiorum.

Caluini Seditio in vrbe Geneuenſi.

At quos non ita pridem prælata factionis face M. Lutherus anteiuerat cum Ioan. Caluino, qui, teſte Hieron. Bolſeco, vt rerum potitus eſt Geneuæ, Principis excuſſit iugum, Senatum diſpulit vrbe, & de Equeſtri dignitate, idẽ quod apud Heluetios, ordinauit, videlicet, vt nullum inter plebeium & virum nobilem, diſcrimen recipiatur.

Perduellio hæret. Lugdunẽſium & Rothomagẽſium.

An non Lugduni & Rothomagi, poſtquã eò Caluiniana perrupit hæc Lerna, Magiſtratus eiecit, iudiciorum ſubſellia fregit, tabulas incendit, curiæ nomen abrogauit, in eaque ſeniores duodecim pro iudicibus ſedere, & aliis legibus, alio ritu, alia veſte, alio pileo, voluit iudicare? 27

An non Cabilloni in Cõciliabulo (quod Syn- 28

odi

odi nomine fucârunt) habito, ab illis decretũ
eſt, vt cum primum liceret, vniuerſi Caluiniſti-
ci fratres, adunatis viribus, ad tres orbis terra-
rum peſtes, ſiue quiſquilias exterminandas cõ-
currerent, nimirum Epiſcoporum Eccleſiam
Papiſticam, Nobilitatem & Iuris diſciplinam? A
pura enim Religione alienum eſſe, vt quidam
in Repub. dignitatum gradus, perſonarumque
diſcrimina aſſignentur, quum Deus omnes
homines, Rege vno (quem ad tempus putâ-
runt excipiendum) dempto, poteſtate pari in-
ſtruxerit & iure. Vnde nonnullos paulò poſt
in Matiſconenſi territorio, ad certorum No-
bilium ædes, ipſos eorum clientes, huius alio-
qui Pſeudoſynodalis braſſicæ eſu, in rabiem a-
ctos conuolâſſe, diruiſſe, exuſſiſſe, ſolo æquâſ-
ſe, teſtis eſt Staniſ. Hoſius, in Iudicio & Cenſu-
ra Miniſtrorum Tigurinorum & Heidelbergẽ-
ſium, ſuper dogmate contra adorandam Tri-
nitatem in Polonia ſparſo.

Pſeudoſynodi Cabillonenſis decreta contra legitimam poteſtatem.

Matiſconenſis territorij vaſtitas per Caluiniſtas.

Cæterum quantum ſe Sancti Patres op-
29 poſuerint Regibus & Imperatoribus, Eccleſia-
ſticam Poteſtatem inuadentibus, annihilanti-
bus, vſurpantibus, fuſe tractauimus in noſtro
Pſeudominiſterio Pſeudoreformantium, ſection. 19. vide
etiam Franciſc. Feuardentium hic Cap. *De Im-
munitate Sacrorum hominum, ab huius ſaculi laico ciuili-
que Magiſtratu exemptorum.* Vide poſtremo Cypr.
epiſtol. 3. lib. 1. vbi hæreſes ex contemptu
30 Rom. Pontificis, obortas eſſe demonſtrans, *Ne-
que enim aliunde*, ait, *ſunt hæreſes obortæ, aut natæ ſchiſ-
mata, quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur,
nec vnus in Eccleſia ad tempus ſacerdos & ad tempus iudex*

Ex contemptu Rom. Pontificis hereſes enaſcuntur.

cabiles; vt ait Marloratus, de quo Caluin. ſup. verſ. 4. ſectio. 2. Dub. Cathol. item in cap. 4. & 18 Ezechiel. Beza in Confeſſion. Magna. Muſculus in locis communibus, cap. de Electione. Huld. Zwinglius ſerm. de Pænitent. cap. 6. *Vnum igitur, inquit, atque idem facinus, puta adulterium aut homicidium, quantum Dei eſt auctoris, motoris, impulſoris opus, crimen non eſt: quantum autē hominis, crimen ac ſcelus eſt.*

Horrenda blaſphemia Huld. Zwinglij.

Nuſquam etiam increduli Iudæi, abſolute, 35
expreſſe, & in actu ſignato, omnipotentiam Dei negârunt, verum de ea ſubdubitantes dixerunt in Exod. & lib. Num. illud Pſal. 77. 19. *Numquid poterit Deus parare menſam in deſerto? Nunquid & panem poterit dare, aut parare menſam pop. ſuo?* Caluiniſtæ autem ita Chriſtum in promiſſis faciunt infidelē, ita periurum, ita debilem, vt licet in Diuiniſſimo Euchariſtiæ Myſterio corpus ſuum his verbis, *Accipite & comedite; Hoc eſt enim corpus meum*, ſanctè ſe dare & porrigere promittat, nihilominus tamen promiſſis ſtare nō poſſit: potentiæ quippe eius & naturæ corporeæ impoſſibile eſſe, vnum corpus, vno eodemque tempore, via reproductionis ſubſtantialis, in varijs, diſtinctis, atque integris poni locis: non poſſe non extendi in ordine ad ſitum extrinſecum circumſcriptiue, &c. Accidentia non poſſe per ſe, abſque & extra ſubiectum exiſtere, &c.

Caluiniſtæ faciunt Deum infidelē, auctorem peccati, & impotētem.

Quibus omnibus clauſula hæc ſeruiet interrogatoria, qua D. Hilarius contra Conſtantiam 36
Auguſt. blaſphemos percellit Arianos, æternā Filij generationem atque à Patre proceſſionem (quam intellectu aſſequi non poterant) negantes: *Et ſi ſermonem humanæ naturæ virtus generationis exce-*

D. Hilarius contra Arianos.

excedit, ergo ab ingenito Patre, ab æterno genitus non erit Filius? Et quis veſtrûm nouit quando infixa et fuerint lumina? Iu minimis ignarus, in maximis inſolens videri cupis?

37 Ex hoc Caluini Ornithotropheio, maledici graculi prodierunt, qui omnia myſteria vitæ mortiſque Chriſti exſibilantes, blaſphemas haſce cantilenas, *De tribus impoſtoribus mundi, Chriſto, Mahumete & Moyſe*, Populò Belgico præcinere, & præcentas literis committere non dubitarunt, de quibus Guilhel. Reginal. Caluinoturciſ lib. 1. cap. 1. ***Horrenda blaſphemia***

38 Priuat Chriſtum ſuo regno Cal. Inſtitut. l. 4. c. 2. §. 1. & reſponſ. ad Sadoletum pag. 185. dum ſolius fidei iuſtificantis cognitione ſublata, definit & Chriſti gloriam extinctam, & Relig. abolitam, Eccleſiam deſtructam, & ſpem ſalutis pene euerſam. ***Caluinus, priuat Chriſtum ſuo Regno.***

Priuat Chriſti carnem, gratia incorruptibilitatis Beza, dum in Apolog. aduerſus Caſtalionē, eam alioqui ſanctiſſimam & maxime venerandam, *Charogne* impudentiſſime appellat. ***Blaſphemi in Chriſtū Beza & Vorſtius.***

Priuat denique Chriſtum vera deitate, æternitate, conſubſtātialitate, &c. Neo-arianus Conrardus Vorſtius, in Hollādia modernus Pſeudo-theologiæ Profeſſor, (vide ſup. verſ. 4. ſectio. 3. & 5.) ſicut olim Deum ſua exuit Maieſtate Ioan. Wicleff in Concil. Conſtantien. ſeſſ. 8. artic. 6. vbi *Deum Diabolo obedire debere*, impudentiſſime affirmat.

Tales autem fuerunt, Diotrephes epiſt. 3. D. Ioan. 10. verbis malignis garriens in Apoſtolos: tales Pſeudoapoſtoli Chriſti temporibus proximi, Simoniani, Menandriani, Baſilidiani, Saturniani, Carpocratiani, Cherinthiani, Ebionitæ, Nicolaitæ, Cerdoniani, Marcioniſtæ, qui ad inſtar Patriarchæ ſui Simonis Magi, *Sublimiſſimam in terra virtutem*, ſe nuncupantis, ſuoſque ab omni imperio, apud Iren. l. 1. c. 20. eximentis, quinimo libros contradictorios appellatos aduerſus Chriſti fidem, teſte D. Dionyſ. libro de Diuin. nom. c. 6. ſcribentis; ſe itidem nulli niſi ſoli Chriſto ſubiacere, ſicut Apoſtoli aſſerebãt. Sic Valentiniani, eodem Iren. l. 2. c. 2. referente, nullos admittebant Superiores, Paſtores, Epiſcopos, ne Apoſtolos quidem. Sic Manichęi, legitimam Magiſtratus auctoritatem, tanquam libertati Chriſtianę reclamantem, aperte reſpuebant, vt docet D. Auguſt. contr. Fauſtum Manichęum l. 22. c. 74. & 75. 18

Hæretici ſiniſtre allegant libertatem Chriſtianam.

19 Quos nouiſſimis temporibus ſecuti ſunt pauperes de Lugduno, omnẽ Eccleſiæ poteſtatem infringentes, cum Ioan. Wicleff. epiſtolas decretal. velut Apocryphas ac friuolas repudiante; & Ioanne de Weſalia, qui aperte docuit, neq; Apoſtolos, neque eorum ſucceſſores, Prælatos Eccleſiæ, habere poteſtatem à Chriſto veras Leges & Canones condendi. Sic Begardi, ſic Beguinæ, hominem iuſtum in ſtatu perfectionis conſiſtentem, nulli teneri homini obedire, impie docuerunt. Quorum omnium errores iampridem obſoletos, Mart. Lutheri Pſeudoeuangelium reſuſcitauit: expreſſe enim docet Eccle-

Poteſtati Eccleſiaſticæ obgannitur ab hæreticis.

ſia

ſiæ obedientiam, non poſſe dilatari vltra ea quæ expreſſe in Sacra Pagina perhibentur, alias eſſe humanam ſeruitutem, Euangelicę & per Chriſtum partę libertati pręiudicantem.

Probatur Eccleſiæ poteſtas.

20 At qui directe primę Veritati per ſe & per Apoſtolos loquenti contradicunt, Matth. 23. 2. *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis ſeruate & facite; ſecundum opera vero eorum nolite facere.* Item D. Paulo Hebr. 14. 17. *Obedite Præpoſitis veſtris & ſubiacete eis.* Et 2. ad Theſſalon. c. 3. 14. *Quod ſiquis non obedit verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, & ne commiſceamini cum illo.* Act. 15. etiam ſtatuunt quædam Apoſtoli, quæ nec in Script. expreſſe reperiuntur, nec à Deo audiuerunt, ſed pro illo, non moderno tẽpore, ſeruanda, vt Eccleſia ex Gentibus & Iudęis melius coaleſceret in vnum; & tamen dicunt verſ. 28. *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris quam hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum & ſanguine, & ſuffocato & fornicatione, à quibus cuſtodientes vos, bene agetis.*

Ioan. Vviclef. damnatur à Concil. Conſtan.

21 Merito ergo Concil. Conſtan. ſeſſ. 8. Ioannẽ Wicleff. in hac forma: *Decretales epiſtolæ ſunt apocryphæ & ſeducunt à Chriſti fide, & Clerici ſunt ſtulti qui ſtudent in eis,* anathematizat; ſicut ſeſſion. 15. hanc Ioan. Hus aſſertionem: *Obedientia Eccleſiaſtica eſt obedientia ſecundum adinuentionem Sacerdotum Eccleſiæ, præter expreſſam auctoritatem Scripturæ,* eadem veritatis definitione reiicit ac damnat.

Damnatur Ioannes Hus

Citantes auctoritates Patrum, hæretici vocãt Patrologos.

22 Patrum auctoritates non deſunt; at quos ipſi in probationem non admittentes, ideoque nos Patrologos, appellantes, fuſe & ſacrilege ridẽt, ſolum

ſolum Dei verbum ſcriptum, ad omnem Controuerſiarũ diremptionem, buccinantes. Qua in re & vt eorum explicitum legitimæ *Dominationis* contemptum videamus, vnus nobis ſuffecerit excellens coryphæus Mart. Lutherus, qui tom. 2. lib. contra Regem Angliæ, Henricum 8. (*quem rude caput, aſinum, ſtupidum, craſſum, truncum, oſcitantem, hebetem, inſulſum & Sophiſtam* vocat) procedens, rotundum & germanicum ſuum, ſed impium, de patrum auctoritate iudicium, his verbis expreſſit. *Vltimo loco Henricus dicta patrum inducit pro Sacrificio Miſſario; hic dico, confirmari hoc nomine meam ſententiam: nam hoc eſt quod dixi, Thomiſticos aſinos* (ſic vocat Theologos Scholaſticos) *nihil habere quod producant, niſi multitudinem hominũ & antiquum vſum. Ego vero aduerſus dicta Patrum, hominum, Angelorum, Dæmonum, pono Maieſtatis æternæ verbum, Euangelium. Hic ſto, hic ſedeo, hic maneo, hic triumpho; hic inſulto dictis hominum quantumlibet ſanctorum, vt nihil curem ſi mille Auguſtini, mille Cypriani contra me ſtarent.*

Lutherus ſpernit Patres.

23 Doctrinam Lutheri audiſtis, factum eiuſdem requirite à Sleidano lib. 2. vbi narrat eum Wittenbergę 10. Decemb. Anno Domini 1520. omni conuocata Scholaſticorum multitudine, ac magna hominum doctiorum comitante cateruа, ſacrum Ius canonicum (quod ſicut pueri virgas, ipſe timebat) auſu temerario publicè combuſſiſſe.

Lutherus exuſſit ius Canonicum

24 Flocci pendit eoſdem PP. Huldericus Zwinglius, tom. 1. in explanation. artic. 64. vbi cum Luthero, vnicum & ſolum Dei verbum ſcriptũ, controuerſiarum iudicem enuncians; *Mox* (inquit) *incipis clamare Patres, Patres nempe, Patres ſic tradide-*

diderunt; *ſed ego non Patres tibi refero, non Matres, ſed Dei verbum requiro &c.* Verum contra hanc hæreſin ſublatę obedientiæ & Dominationis Eccleſiaſticæ, egregie ſcripſerunt Ioannes Roffenſis Epiſcopus, in tract. contra captiuit. Babylonicā M. Lutheri, edito, articulo 27. & Iudocus Clichtouæus parte prima ſui Antilutheri, qui in eiuſdem actis, Schiſmaticum hoc, Martini propria induſtria compoſitum, citat metrum. *Peſtiferum M. Lutheri carmen.*

Peſtis eram viuus, moriens tua mors ero Papa.

25 Eandem Dominationis cum Eccleſiaſt. tum ciuilis exploſionē Pſeudoeuangelicis Lutherolatris aſcribēs D. Eraſ. Rotterod. epiſt. in Pſeudoeuang. *Antea clericos* (ait) *conſecratio tuebatur à rigore prophani iuris, nunc Sacerdotes æque atque cerdones à carnifice torquentur, caduntur, ſuſpenduntur, decollantur, exuruntur ſine vlla regradatione: Sic effugiſtis regnum Pontificis. Excuſſiſtis aliquot locis Epiſcopos, Canonicos & Monachos.* Item. *Conabantur demoliri Pontificum, Epiſcoporum ac Monachorum tyrannidem, quod per illos non liceret veſti quibuſlibet, nec veſtiri quomodolibet.* Item alia epiſt. ad Fratres Germaniæ inferioris, *Hoccine eſt neminem lædere, Canonicos depellere à Collegijs, Monachos è Monaſterijs, Abbates & Epiſcopos ditione ſpoliare, mouere ciues Magiſtratu, virulentis libellis etiam in Regum ac Principum capita debacchari? Haccine longe lateque diſcrepant à ſeditione?* Ibidem paulo poſt. *Etſi iam multa ciuitates in hoc profecerunt, vt Epiſcopos abdicârint, non poſſint alia huc proficere, vt Principes ſuos eijciant? & an non quod diuino, vidimus tentatum ab Agricolis?* ſcilicet in ſeditione, auctore Thoma Muncero, ſuſcitata. *Eraſmi iudicium de perduellibus Pſeudoeuāgelicis.*

26 Quod ipſum annis plus 40. vidimus in afflicto Belgio noſtro, quando perduelles & rebelles

Lutherani & Caluiniani prætextu libertatis, excutiunt iugum Papæ & Regis, in Belgio.

les Lutherolatræ & Geuſij, prætextu libertatis religionis & conſcientiæ reformatioris, excuſſo Sereniſſ. Regis Hiſpan. Principis noſtri clementiore iugo, vnum ſimiliter Pontificem Romanum, Chriſti in terris Vicarium abnegârunt; at in cuius locum, duriora Politicorum Pontificũ vincula ſubintroduxerũt; nouas religionũ formulas Eccleſiis cum ſceptro, gladio, & fulmine Iouis intruſerunt, Principes expulerũt, Epiſcopos proſcripſerunt, Legitimos Magiſtratus mouerunt, ſeditioſos Coryphæos ſurrogârunt, in alienas ditiones caſtra, vrbes, municipia, Eccleſias, Sedes Epiſcopales, inuolârunt, iuriſdictionem Eccleſiaſticam & Politicam vſurpârũt. Ex his multos trucidârunt, bonorumque amiſſione mulctârunt, nullam non legitimã dominationem, etiam poſt fidem iuramento firmatam, violantes, & ſpernentes.

Seditioſa indoles hæreticorum, maxime Geuſiorum.

Caluini Seditio in vrbe Geneuenſi.

At quos non ita pridem prælata factionis face M. Lutherus anteiuerat cum Ioan. Caluino, qui, teſte Hieron. Bolſeco, vt rerum potitus eſt Geneuæ, Principis excuſſit iugum, Senatum diſpulit vrbe, & de Equeſtri dignitate, idẽ quod apud Heluetios, ordinauit, videlicet, vt nullum inter plebeium & virum nobilem, diſcrimen recipiatur.

Perduellio hæret. Lugdunẽſium & Rothomagẽſium.

An non Lugduni & Rothomagi, poſtquã eò 27 Caluiniana perrupit hæc Lerna, Magiſtratus eiecit, iudiciorum ſubſellia fregit, tabulas incendit, curiæ nomen abrogauit, in eaque ſeniores duodecim pro iudicibus ſedere, & aliis legibus, alio ritu, alia veſte, alio pileo, voluit iudicare?

An non Cabilloni in Cõciliabulo (quod Syn- 28

odi

odi nomine fucârunt) habito, ab illis decretũ eſt, vt cum primum liceret, vniuerſi Caluiniſtici fratres, adunatis viribus, ad tres orbis terrarum peſtes, ſiue quiſquilias exterminandas cõcurrerent, nimirum Epiſcoporum Eccleſiam Papiſticam, Nobilitatem & Iuris diſciplinam? A pura enim Religione alienum eſſe, vt quidam in Repub. dignitatum gradus, perſonarumque diſcrimina aſſignentur, quum Deus omnes homines, Rege vno (quem ad tempus putârunt excipiendum) dempto, poteſtate pari inſtruxerit & iure. Vnde nonnullos paulò poſt in Matiſconenſi territorio, ad certorum Nobilium ædes, ipſos eorum clientes, huius alioqui Pſeudoſynodalis braſſicæ eſu, in rabiem actos conuolâſſe, diruiſſe, exuſſiſſe, ſolo æquâſſe, teſtis eſt Staniſ. Hoſius, in Iudicio & Cenſura Miniſtrorum Tigurinorum & Heidelbergẽſium, ſuper dogmate contra adorandam Trinitatem in Polonia ſparſo.

Pſeudoſynodi Cabillonenſis decreta contra legitimam poteſtatem.

Matiſconenſis territorij vaſtitas per Caluiniſtas.

29 Cæterum quantum ſe Sancti Patres oppoſuerint Regibus & Imperatoribus, Eccleſiaſticam Poteſtatem inuadentibus, annihilantibus, vſurpantibus, fuſe tractauimus in noſtro *Pſeudominiſterio Pſeudoreformantium*, ſection. 19. vide etiam Franciſc. Feuardentium hic Cap. *De Immunitate Sacrorum hominum, ab huius ſaculi laico ciuilique Magiſtratu exemptorum*. Vide poſtremo Cypr. epiſtol. 3. lib. 1. vbi hæreſes ex contemptu

30 Rom. Pontificis, obortas eſſe demonſtrans, *Neque enim aliunde*, ait, *ſunt hæreſes obortæ, aut natæ ſchiſmata, quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus ſacerdos & ad tempus iudex*

Ex contemptu Rom. Pontificis hæreſes enaſcuntur.

 vice

vice Chriſti cogitatur: cui ſi ſecundum magiſteria Diuina, obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduerſus Sacerdotum collegium quicquam moueret, nemo poſt Diuinum iudicium, poſt pop. ſuffragium, poſt Coëpiſcoporum conſenſum, iudicem ſe non iam Epiſcopi, ſed Dei faceret: nemo diſſidio vnitatis, Chriſti Eccleſiam ſcinderet, nemo ſibi placens & tumens, ſeorſim foris nouam Eccleſiam conderet.

SECTIO III.

Maieſtatem autem blaſphemant.

31 REfertur ad Angelos Luciferianos, qui ſicut ex ſuperbia, Vnionem hypoſtaticam (quam non obtinuere) tanquam naturæ ſuæ ſupra humanam congruentiorem, inordinate appetiuerunt; ita Deum varijs blaſphemijs laceſſiuerunt, & Chriſto per fidem ipſis propoſito, ex tẽpore illo inuidere cœperũt; de quo ſupr. verſ. 6. ſection. 2. His ſimiles ſunt Pſeudoapoſtoli contra Deum ſuperbientes & blaſphema dogmata euomentes, qui ſimili proinde pœna veniunt puniendi.

Blaſphemia quomodo accipiatur.

32 *Suppono autem*, Blaſphemiam accipi pro contumelia in Deum qui eſt ſummè bonus & excellens, nempe quando corde vel ore aliquid dicitur, quo eius & amicorum eiuſdem, hoc eſt, Sanctorum, excellentiæ derogatur. Tales imprimis fuere Simoniani, quorũ Archimagiſter fuit Simon, quem Iren. l. 1. cap. 20. tradit à multis gentibus quaſi Deum glorificatum, quinimo docuiſſe, ſemetipſũ eũ eſſe, qui inter Iudæos quaſi Filius apparuerit, cæterum in Samaria, quaſi Pater

Blaſphemia Simonis magi.

Pater deſcenderit, at in reliquis gentibus quaſi Spiritus Sanctus aduentarit. Circumduxit autem Heleniem quandam, quã primam aſſeruit mentis ſuæ conceptionem, omnium Matrem, per quam initio, mente conceperit Angelos facere & Archangelos, &c. *Helenes Simonis.*

33 Talis Valentinus, qui auctore Tertull. aduerſus eundem, c. 27. & lib. de carne Chriſti, impie docuit Dominum Ieſum Chriſtum ſic natum de Virgine, vt ex ea nihil carnis acceperit, verũ per eam, tanquam per canalem tranſierit, carnem autem propriam de cælo adduxerit. Negauit Martyrium eſſe ſubeundum, negauit carnis reſurrectionem, aſſeruit vero deorum pluralitatem cum Marcione, quorum vnus bonus, alter vero foret malus; alter veteris legis; nouę alter auctor. Quamuis Orig. Dial. contra Marcionem, lib. 1. tres Deos numeret Marcionis, ſicut nouem ab eo aſſertos conuincit Tertull. contra eundem l. 5. c. 15. *Valentinus veritatem carnis remouet à Chriſto.* *Marcion ponit plures Deos.*

34 Affines hiſce blaſphemias noſtri temporis Hæretici euomuere, maxime Caluiniſtæ, qui Deum maiori quam Iudæi & Lucifer contumelia affecerunt, ideoque merito in eos quadrat illud Ierem. c. 7. 26. *Peius operati ſunt quam patres eorum*, nuſquam enim legitur Angelos Deum peccati conſtituiſſe auctorem, quamuis beneficio hypoſt. Vnionis Chriſto ſimiles eſſe deſiderarint: hi vero (quod multo eſt peius) vt Deum peccati veſtiant amictu, ſe omni exuunt peccato, & transferunt in Deum, ipſum aſſerentes ad peccatum impellentem, inclinantem, inflectentem, ac proinde peccantem, ſe vero impec- *Blaſphemia Caluiniſtarum.* *Maior eſt blaſphemia Caluiniſtarum quam Luciferi & Iudæorum.*

cabiles; vt ait Marloratus, de quo Caluin. ſup. verſ.4. ſectio 2. Dub. Cathol. item in cap.4. & 18 Ezechiel. Beza in Confeſſion. Magna. Muſculus in locis communibus, cap. de Electione. Huld. Zwinglius ſerm. de Pænitent. cap.6. *Vnum igitur*, inquit, *atque idem facinus, puta adulterium aut homicidium, quantum Dei eſt auctoris, motoris, impulſoris opus, crimen non eſt: quantum autē hominis, crimen ac ſcelus eſt.*

Horrenda blaſphemia Huld. Zwinglij.

35 Nuſquam etiam increduli Iudæi, abſolute, expreſſe, & in actu ſignato, omnipotentiam Dei negârunt, verum de ea ſubdubitantes dixerunt in Exod. & lib. Num. illud Pſal. 77. 19. *Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto? Nunquid & panem poterit dare, aut parare menſam pop. ſuo?* Caluiniſtæ autem ita Chriſtum in promiſſis faciunt infidelē, ita periurum, ita debilem, vt licet in Diuiniſſimo Euchariſtiæ Myſterio corpus ſuum his verbis, *Accipite & comedite; Hoc eſt enim corpus meum*, ſancte ſe dare & porrigere promittat, nihilominus tamen promiſſis ſtare nō poſſit: potentiæ quippe eius & naturæ corporeæ impoſſibile eſſe, vnum corpus, vno eodemque tempore, via reproductionis ſubſtantialis, in varijs, diſtinctis, atque integris poni locis: non poſſe non extendi in ordine ad ſitum extrinſecum circumſcriptiue, &c. Accidentia non poſſe per ſe, abſque & extra ſubiectum exiſtere, &c.

Caluiniſtæ faciunt Deum infidelē, auctorem peccati, & impotētem.

36 Quibus omnibus clauſula hæc ſeruiet interrogatoria, qua D. Hilarius contra Conſtantium Auguſt. blaſphemos perceſſit Arianos, æternā Filij generationem atque à Patre proceſſionem (quam intellectu aſſequi non poterant) negantes: *Et ſi ſermonem humanæ naturæ virtus generationis* exce-

D. Hilarius contra Arianos.

excedit, ergo ab ingenito Patre, ab æterno genitus non erit Filius? Et quis veſtrûm nouit quando infixa ei fuerint lumina? In minimis ignarus, in maximis inſolens videri cupis?

37 Ex hoc Caluini Ornithotropheio, maledici graculi prodierunt, qui omnia myſteria vitæ mortiſque Christi exſibilantes, blaſphemas haſce cantilenas, *De tribus impoſtoribus mundi, Chriſto, Mahumete & Moyſe*, Populo Belgico præcinere, & præcentas literis committere non dubitarunt, de quibus Guilhel. Reginal. Caluinoturciſ lib. 1. cap. 1. — *Horrenda blaſphemia*

38 Priuat Chriſtum ſuo regno Cal. Inſtitut. l. 4. c. 2. §. 1. & reſponſ. ad Sadoletum pag. 185. dum ſolius fidei iuſtificantis cognitione ſublata, dofinit & Chriſti gloriam extinctam, & Relig. abolitam, Eccleſiam deſtructam, & ſpem ſalutis pene euerſam. — *Caluinus, priuat Chriſtum ſuo Regno.*

Priuat Chriſti carnem, gratia incorruptibilitatis Beza, dum in Apolog. aduerſus Caſtalionē, eam alioqui ſanctiſſimam & maxime venerandam, *Charogne* impudentiſſime appellat. — *Blaſphemi in Chriſtū Beza & Vorſtius.*

Priuat denique Chriſtum vera deitate, æternitate, conſubſtātialitate, &c. Neo-arianus Conrardus Vorſtius, in Hollādia modernus Pſeudotheologiæ Profeſſor, (vide ſup. verſ. 4. ſectio. 3. & 5.) ſicut olim Deum ſua exuit Maieſtate Ioan. Wicleff in Concil. Conſtantien. ſeſſ. 8. artic. 6. vbi *Deum Diabolo obedire debere*, impudentiſſime affirmat.

Verſ.9. Cum Michael Archangelus, cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore: non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ, ſed dixit, Imperet tibi Dominus.

QVia verſ. præcedente in fine, meminit bla- 1
ſphemiarũ quibus indocti Borboritæ, Gno-
ſtici, Simoniani, &c. temporibus Apoſtolorum
Chriſtum, Diuinam maieſtatem, Diuina attri-
buta, Sanctos, Sacram ſcripturam, & quicquid
eorum captum tranſcendebat, laceſſebant; id-
circo cohibens, non ipſos tantũ, ſed & vniuer-
ſos conſequenter homines, vt linguas ab hiſce
maledictis habeant immunes, adeo vt ne qui-
dem aduerſus eos qui maledictis digni ſunt, ijs
vti præſumant: ait

SECTIO I.

Cum Michael Archãgelus cum diabolo diſputans, altercaretur de Moyſi corpore.

GRæca ſic habent, ὁ δὲ Μιχαὴλ ὁ Ἀρχάγγελος, 2
Hoc eſt: *Michael autem Archangelus diſputans*;
ita Oecumen. hic & Ioan. Gagnæius, vt duplex
ſcilicet ſit comparatio, vna à maiori ad minus,
altera

altera à minori ad maius. Primo modo. Si ſummus Archangelus iuſtiſſimam habens cauſam, non tamen maledixit diabolo, dum altercatus fuit cum eo; certe iniquum, vt homunciones & viliſſimę notę homines, audeant verbis inceſſere blaſphemis. 2. modo; Si Archangelus Michael non eſt auſus iudicium blaſphemiæ inferre diabolo reprobo & viliſſimo, dum altercaretur de Moyſi corpore, ſed tantum dixit: *Increpet te Deus*; quomodo hi Dominū vniuerſorum Chriſtum, Diuinam eius Sapientiam, prouidētiam, potentiam, ſanctitatem, bonitatem & reliquas perfectiones ac Sanctos, maledictis & blaphemis opinionibus inceſſere audent?

INDAGO PRIMA.

Quod fuerit obiectum ſeu Argumentum huius diſputationis?

RESpondeo: varias eſſe hac in re Patrū & Doct. ſententias: Primo enim apud Gloſſ. & Cardinal. quidam explicant de liberatione atque exitu pop. Iſraelitici de Ægypto, ita vt per Michaelem, Moyſes, qui verba Dei populo nūtiauit, per diabolum, Pharao, quia membrum diaboli, intelligatur: qui altercati videntur de corpore Moyſi, hoc eſt pop. Dei (cuius pop. certa portio Moyſes fuit) dum pro eius dimiſſione, vt ſacrificarent Deo ſuo in deſerto, inſtat Moyſes, ſed reluctatur impius & vilis Pharao: cui tamen rem adeo iniquam molienti, & pop. præ-

Varia ſententia de diſputatione Michaelis cum Diabolo.

De Moyſe & Pharaone in Exodo.

præter iuris ordinem detinenti, nuſquam legitur Moyſes vllam blaſphemiam intuliſſe. vide Bedam hic.

2 *De pop. Iſraelitico ex Babylone reducendo.*

2 Exponunt alij de populo, captiuitatis vin- 4
culis in Babylone irretito, cuius liberationi obſiſtebat diabolus, volens impedire cultum Dei qui ſolet fieri in Ieruſalem. Ieſus proinde ſacerdos intelligitur per Michaelem, is enim rogabat vt pop. liberaretur, obſiſtente Zachar. 3. 1. *Et oſtendit mihi Dominus Ieſu Sacerdotem magnum ſtantem coram Angelo Domini, & Satan ſtabat à dexteris eis vt aduerſaretur ei.* Et verſ. 2. *Increpet Dominus in te Satan, & increpet Dominus in te qui elegit Ieruſalem.* vide Cardinalem.

3 *De Chriſto & Pilato in Paſſione.*

3 Chriſto quidam applicant, dum ipſe *Magni* 5
conſilij Angelus, & princeps paſtorum, cum diabolo, ſeu Pilato diaboli membro, diſputans de regno ſuo, ſiue Eccleſia redempta ſuoque ſanguine lota, non intulit iudicium blaſphemiæ, volens ſalutem humani generis impedire; ſed *Factus eſt ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones*, Pſal. 37. 15. Immo Eſai. 53. 7. *Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt, & quaſi agnus coram tondente ſe obmutuit, & non aperuit os ſuum.* Vide Gloſſam.

4 *De inquinatione Angelorũ ex cõtactu corporis Moyſi, à Diab. producta.*

4 Eſt Epiphan. contra Samaritas hæreſi 7. 6
Angelos bonos, dum imperio Diuino condunt Moyſi corpus, à diabolo calumniam paſſos, tanquam qui ex contactu corporis mortui, inquinati, nec purificati, nec corpus Moyſi abluentes, rei eſſent Diuinæ Legis, Num. 19. *Sepelierunt* (inquit) *Angeli, vt habet Traditio quæ ad nos peruenit, corpus Moyſi, & non lauerunt, nec inquinati ſunt Angeli à ſancto corpore.* Cæterum reſtitiſſe ei Synagogæ Archi-

Archipatronum Archang. Michaelem, replicantem, Angelos velut formas immateriales & immortales, nihil legalis immunditiæ à corporibus mortuis contrahere poſſe.

7 5 Eſt Aretæ, Oecumen. Ioan. Bernardi Feliciani & Arnaldi Sorbini, docentium, diabolũ inuidiſſe honorificæ corporis Moyſi tumulationi per Angelos pręſtitæ, allegâſſe enim ipſum tali indignum ſepultura, propter homicidium olim commiſſum, quando occidit Ægyptium Exod. 2. 12. & ſabulo abſcondit. At quam calumniã ſancto viro à damnatiſſimo cacodæmone impactam Michael reciproca calumnia non diſſoluerit, (quum tamen merito eum, Apoſtatæ, calumniatoris, blaſphemi, accuſatoris ſanctorum titulis reſalutare potuiſſet) ſed ad Diuinam reprehenſionẽ ſe referens, dixerit dũtaxat; *Imperet tibi Dominus.*

5 De inuidia honorifica tumulationis corporis Moyſi.

8 6 & communior ſententia eſt Dionyſ. Carthuſ. Ioan. Gagnæi & Emanuel. Sa hic, cum Didaco de la Vega, homilia in feſto S. Michaelis Archang. prope initium. Franciſ. Feuardent. in comment. Blaſij Viegas in cap. 11. Apocal. ſect. 7. comment. 5. num. 2. & in cap. 12. comment. 1. ſectio. 17. num. 4. & aliorum, quæ ſic explicatur: Dæmon humani generis, ſignanter pop. Iudaici, peculium Dei, dicti, hoſtis capitalis, vt vidit Deũ, certa prouidentia & miſericordia ſua, emortuum Moyſi corpus celâſſe, ne Iudæi (qui magno illum ſtudio complectebantur) ad illud adorandum, atque adeo in idololatriæ crimen, prolaberentur; contentioſis rationibus obiectis, voluit illud obtectum reuelari, quo Iſraeli-

6 De attẽtata per Diabolũ reuelatione corporis Moyſi.

Diabolus vult reuelari corpus Moyſi, vt Iſraelitas pronocet ad idololatriam.

tæ illud videntes, in petram ſcandali aſſumerẽt, atque ita adorantes, à vera iuſtitiæ ſemita aberrarẽt. Strenuus autem Synagogæ defenſor Archan. Michael, eiuſdem bono ſpiritali conſulens, Satanam impediuit, ne corpus humatum auferret. Vnde longa vltro citroque inſtituta altercatione, tandem præualuit Michael, nullũ in aduerſarium, blaſphemiæ aut maledicentiæ verbum quidem contorquens, ſed ad Diuinum imperium ſe referens his verbis, *Imperet tibi Dominus*, non ego; ne ſcilicet iam humatum è terra auferas Moyſi cadauer, & à blaſphema deſiſtas in eundem calumnia.

Michael nõ vult reuelari corpus Moyſi.

Altercatio vero hæc, ſecundũ ſubſtantiam 10
quidem habetur in SS. literis, adeoque illis conſonat, vt diximus quæſt. 2. procemial. refutat. 3. argumenti, non autem ſecundum circumſtantias diſputantium, corporis de quo diſputatur, Archangelicique reſponſi. Vnde refricanda memoria eius quod Deutero. 34. refertur, *Moyſen de campeſtribus Moab, ſuper montem Nebo, & quidem in verticem Phaſga, contra Ierico aſcendiſſe*, vbi Deus promiſſæ terræ videndæ latiſſimum dedit campum, ſed inibi iubente Domino mortuum eſſe in terra Moab, *ſepultum autem in valle terræ Moab contra Phogor, Et non cognouit* (ait verſ. 7) *homo ſepulchrum eius vſque in præſentem diem.* Vbi notat Caiet. corpus Moyſi ab eo loco in quo obiit, ad vallem vbi ſepultus, viſibiliter eſſe tranſlatum, alias enim neſciretur, vtrum in monte vel in valle ſepultus eſſet. Quare Blaſius Viegas ſup. exiſtimat multos vidiſſe illud corpus ad vallem è monte deferri: incognitum vero fuiſſe ſingu-

Moyſes vbi ſit mortuus, & ſepultus.

ſingularem locũ in quo ab Angelis repoſitum eſſet, idque ob periculum idololatriæ Iſraelitarum, vt docet Chryſoſt. homilia 1. in Matthæũ.

Hac igitur de cauſa, ſententiam vltimã omni-
41 nibus anterioribus præferre viſum eſt, quia videlicet commode diſceptatio iſta hoc modo explicatur. Tum etiam quia fundamentum habet non infirmum in SS. literis, quod ſanctorũ Patrum accedente expoſitione, magis magiſq; firmatur, promouetur, & explicatur.

42 *Corollarium* 1. Magni ergo faciendæ ſunt traditiones, quum D. Iudas, magno in pretio Synagogæ atque incircumciſorum patrum habens ſuccedaneas doctrinas, hanc diſceptationem ſuę Canonicæ inſerat Epiſtolæ, quam tamẽ non eſt inuenire in eâ, quæ modo extat, Script. bene autem in traditione maiorum vel reuelatione, inquit Emanuel Sa. Quod ſane argumentũ non infimi eſſe roboris, vel ex eo habeo perſuaſum; Niſi enim verbi Diuini auctoritatem ſortiatur traditio, male Epiſtolæ ſuæ cõſuluerit Iudas, quippe qui fabulam loco oraculi Sacri ſubſtituerit, ac proinde reliquo Epiſt. ſuæ tenori, probandi ademerit energiam.

Magni facienda traditiones SS. Patrum.

Non moror hic Brentium, non Flaccum Illyricum, non reliquum hæreticorum vulgus, dum aſſerunt nihil credendum, niſi quod Diuinæ paginæ expreſſis traditum ſit monumentis. Quæro enim an Verbi Diuini auctoritate non fulciantur illa D. Pauli verba Actor. 20. 35. *Oportet ſuſcipere infirmos ac meminiſſe verbi Domini Ieſu (quoniam ipſe dixit) Beatius eſt magis dare quam accipere?* Rurſum *reſiſtentia Ioannis & Mambra* allegata

Solā Script. ſacram admittunt hæretici iudicē.

Digitized by Google

gata ab Apoſtolo 2. ad Timoth. 3.8.? Multum ſane per omnem modum. Ea tamen, ſicut ſola patrum traditione tenentur; ita nullis Sacræ pag. tabulis, antequam D. Paulus ſcriberet Timotheo, &c. conſignabantur. Idem proinde de hac Angelica diſceptatione eſto iudicium; eadem veneratione Sacras traditiones, qua Verbum Diuinum, proſequamur, memores Apoſtolicę monitionis 2. ad Theſſalon. 2.15. *Itaque fratres ſtate & tenete Traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per Epiſtolam noſtram.*

Hæretici Script: non traditiones corrumpere poſſunt.

Argumenta pro Traditionibus.

Sane quum varias S. Paginæ partes ſuſtule- 14
rint, corruperint, ſacrilege ſuppoſuerint Baſilides, Marcion, Manichæi, Ariani, Lutherani, Caluiniani, Piſcatoriani, Geuſij, cum reliquis hæreticarum viperarum audaculis geniminibus; ſola Eccleſiaſticarum atque vniuerſalium Traditionũ arcana ſcrinia expilare non valuerunt. Immo, dicite ſodes, quis libros Moyſi, quis epiſtolas Pauli, quis Euangelia Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis, talia eſſe, tanta, non plura, non pauciora, vere Canonica, ab illis ſcripta, &c. niſi ſola demonſtrat Traditio? neque enim ipſa in quæſtionem vocata, Diuina Scriptura ſibi proprium ius edicere valet.

Concludentes ergo cum D. Iren. l. 3. c. 2. & 3. 15
omnes præſentis ſæculi nouatores, adinſtar Valentinianorum, Sanctarum Traditionum contemptores, præſentium tenore compellamus, *Quid ſi neque Scripturam tradidiſſent nobis Apoſtoli? an non oportebat ſequi Patrum traditiones?* An non tempore legis naturæ, quum nullus ſcripti verbi Diuini extaret apex, Sanctis Traditionibus,

Dei

Dei Eccleſia directa fuit? Verbum ergo Diuinum, verbum ſacrum, non modus, vt puta traditionis, Scripturæ, viſionis, ſomnij, reuelationis, &c. Canonicam, cæleſtem, atque infallibilem auctoritatem impertit. Hoc autē eſt quod Caſulano Epiſt. 86. ſcribens D. Aug. *In his* (ait) *de quibus nihil certi tradit Scriptura, mos Sanctorum Patrum & ſtatuta Maiorum pro lege habenda ſunt: de quibus ſi diſputare liceat, & ex aliorum moribus alios improbare, orietur interminata luctatio. Cauendum interea, ne tempeſtate contentionis, ſerenitas charitatis obnubiletur.* Plura de Tradition. neceſſitate atque vtilit. vide ſup. quæſt. 2. procemial. Propoſitio. 2. circa finē, num. 33. 34. 35. 36.

16 *Corollar.* 2. Blaſphemos in Sanctos eorumque Reliquias, eſſe Dæmonas & hæreticos, at cum diſcrimine, & tali quidem, vt excedant hæretici, maxime Caluiniſtæ & Geuſij. Irrident quidem ſubinde Diaboli in Arreptitiorum exorciſmis, Preſbyteros, Epiſcopos, Exorciſtas, Sanctos, eorumque Reliquias, adeo vt (cæteris miſſis exemplis) teſtante libello Appendiculari Actorum ſancti Anaſtaſij Martyris, incertæ cuiuſdam virginis Energumenæ, liberatione, Romæ ad aquas Saluias inſtituta, dum Apoſtolorum Domini noſtri Ieſu Chriſti, Petri & Pauli auctoritate, meritis, virtute egredi iubetur Dæmon, reſponderit; *O iſte ſenex malus Petrus quid eſt operatus? Ego feceram vt regnaret Philippicus* (Princeps is erat hæreticus) *quia amicus noſter erat, & iſte abijt in die Pentecoſtes, & ordinauit ibi alium, ſed de iſto corpore eijcere non me poteſt.* Similiter San-

Hæreticis Sanctos & SS. Reliquias blaſphemādo, Satanā excedunt.

Diabolus blaſphemat D. Petrum.

Sanctorum Reliquias, nituntur quidem vel abſcondere ne honorentur, & infideles eorum cultu ſubinde miraculoſo cõuertantur; vel detegere, vt ad alterum ſuperſtitionis & idololatriæ, Chriſtiani deuoluantur extremum. Non 17
tamen ita ſacrilegis, abominandis, impijs, horribilibus blaſphemijs, adeoque directis contumelijs ac ſacrilegis prophanationibus, Sanctos eorumque oſſa ac ſacra vaſa, vti Caluiniſtæ, proſcindunt. Vt enim taceam Sacrorum oſſium receptacula aurea vel argentea, ab hiſce ſacrilegis, paſſim per Belgium noſtrum, Galliam, Germaniam, Angliam, Scotiam, Poloniam, aliaſque conterminas Prouincias & Regna, eſſe ſublata; certe eorum Sacra corpora, oſſa, martyrij inſtrumenta, veſtes, aliaſque Sanctorum Reliquias, ipſorum attactu vel vſu ſanctificatas, eoſdem raptores vidimus impie diſſipaſſe, in fluuios, mare, cloacas abieciſſe, diſperſiſſe, protriuiſſe, concremâſſe, adeoq; Sataniſmi & Diabolicæ audaciæ limites tranſijſſe.

Hæretici SS. Reliquias prophanãt, comburunt, &c.

An non Iacobus Soria Caluinianus, pirata, 18
poſtquam anno 1571. nauem Luſitanam inuaſiſſet, ibique ſacrum caput vnius è collegio Sacratiſſ. Vndecim millium Virginum deprehendiſſet, ad carcheſij funem ſuſpendit?

Sacrilega contumelia Iacobi Soriæ & Ioannis Cadauilij.

An non Ioannes Cadauilius ſimiliter Caluinianus, Sanctas Reliquias reptauit per tabulata nauis, pedibus conculcauit, flammis exuſſit, referente Laur. Surio in Commentario.

Nunquam certe has contumelias & ſacrilega opprobria, Satanam legimus Dei amicis eorumue tabernaculis irrogaſſe; quinimo inuiſibilibus

bilibus manus Diuinæ flagris compulſum, licet inuitum, Sacris oſſibus honorem dediſſe, martyrum cultum, ſanctum profeſſum eſſe, adeoque ad Reliquiarum Sanctarum applicationem, vexam remiſiſſe, pleni ſunt hiſtoriæ Eccleſiaſt. libri, plena experientia quotidiana.

19 Vnde vt ad pręcedentem me referam Hiſtoriam, quum dens è capite S. Anaſtaſij euulſus, atque è collo arreptitiæ ſuſpenſus, amplius inueniri non poſſet; rogarunt virginem, quo is dilapſus eſſet. Quibus Dæmon reſpondit: *Quando venit Anaſtaſius, tunc ipſe eduxit eum de collo, & poſuit in loco ſuo vbi ante manebat.* Quærentibus autem quando veniſſet D. Anaſtaſius; *Quando accenſa eſt,* inquit, *candela à ſemetipſa, tunc ingreſſus eſt Anaſtaſius, & reuocauit dentẽ in locũ ſuũ; quærite in arca vbi ſunt reliquiæ eius, & cognoſcetis.* Qui proinde Arcam Reliquiarum aperientes, inuenerunt dentem eodẽ loco quo ante, collocatum; adeo veritatẽ abſque vlla protritionis ſacrilega cõtumelia, fateri atq. energumenam deſerere cogitur cacodæmon. *Diabolus vi Reliquiarum defert honorem veritati.*

20 Vexam itidem, ad SS. oſſium, terræ ſanctæ, floſculorum Reliquijs applicatorum, cæterarumq. Reliquiarum contactum, Diabolum ſæpe aliàs remiſiſſe, abunde eædem Eccleſiæ teſtantur Hiſtoriæ. vide etiam D. Aug. de Ciuit. Dei l. 22. c. 8. & tom. 2. epiſt. 137. ad Clerum & pop. Hipponenſem. vnde multo maiori præ Diabolis, quoad hoc, hæretici afficiendi ſunt tormento.

21 Contra hos ſectarios, cum D. Hieron. in Vigilantium, interrogatoriam hanc clauſulam reproduco. *Reſponde* (ait) *quomodo in viliſſimo puluere & fauilla, neſcio qua, tanta ſit ſignorum & virtutum præſentia,* *Hiero. contra Vigilantium.*

tia? Sentio ſentio infeliciſſime mortalium, quid doleas, quid timeas: Spiritus iſte immundus qui hæc te ſcribere cogit, ſæpe hoc viliſſimo tortus eſt puluere, immo hodieque torquetur, & qui in te plagas diſſimulat, (iudicat enim Hieron. hæreticos omnes arreptitios eſſe) *in cæteris confitetur. Niſi forte in morem Gentilium, impiorumque Porphyrij & Eunomij, has præſtigias Dæmonum eſſe confingas, & non vere clamare Dæmones, ſed ſua ſimulare tormenta. Do conſilium: Ingredere in Baſilicas martyrum, & aliquando purgaberis, inuenies ibi multos ſocios tuos, & nequaquam cereis Martyrum, qui tibi diſplicent, ſed flammis inuiſibilibus combureris, & tunc fateberis quod nunc negas, & tuum nomen qui in Vigilantio loqueris, libere proclamabis.* Vtinã vtinam & ipſi ad miracula Reliquiarum accurrant Geuſij hæretici, ſi forte abiectâ perfidiâ, liberentur à malis dæmonibus, qui eos ad maledica ſcripta, verba blaſphema, & ſacrilegas Reliquiarum prophanationes impellunt.

Diabolus morientibus vt plurimũ adeſt & tentat.

Corollar. 3. Quum Diabolum morti & ſepulturæ Moyſi interfuiſſe inſinuetur, notandum ipſum ſimiliter hominibus vt plurimum in extremo mortis agone adeſſe & ſæpius terrificas formas morientium oculis obijcere, vt eos vel ad blaſphemias in Deum euomendas excitet, vel ad deſperationem adigat, vel in præſumptionem de propria iuſtitia præcipitet; & ſic in extremum æternæ damnationis barathrum ſecum abducat. vnde tum maiores vires exſerere, tentationes conglobare, ſpiritalis militiæ arma, ſi poſſit, ſubtrahere ſolet, nullum non mouẽs lapidem, vt in extrema iſta lucta, animã à gratiæ iuſtificantis ſtatu deijciat, atque omnibus virtutibus Chriſtianis, Charitatem comitan-

tantibus, ſpoliet priuetque. Scit enim poſt extremum illud momentum, nullum ſupereſſe pœnitentię vel meritoriæ reſipiſcentiæ locum, nec vllo modo infectum fieri poſſe, quod in termino viæ concluſerit homo.

23 Sic D. Martino, ſic aliis affuit morientibus Chriſti fidelibus, quorum mentem à recto ſuo ſtatu deiicere conatus, terribiles vmbras obiecit; at cui D. Martin. apud Seuer. Sulpitiũ; *Quid aſtas, inquit, cruenta beſtia? nihil in me funeſtum reperies.* Quippe qui Apocal. 12. 10. vocatur *Accuſator fratrum, qui accuſat illos ante conſpectum Dei noſtri die ac nocte.* *Diabolus agonizanti S. Martino aſtat.*

24 Siniſtrum proinde & triſte eſſe conſcientiæ læſæ ſignum, aſſerit Anaſt. Epiſc. Nicen. quæſt. 19. apud Sorbinum, dum agonizantes horribilibus aſpectibus & corporis tremoribus ſe in omnem lecti partem gyrumque membrorum conuertentes irremediabiliter torquentur, atque aſſiſtentibus ipſis timorem incutiunt & tremorem. Conteſtantur enim extremum horrorem, quo animæ ipſorum diſtringuntur ex præſentia dæmonum, qui ad deuorandum parati, acerbiſſimas infernalium punitionum pœnas minantur. E quorum viſione facile proinde eſt colligere, animas tales egreſſum de corporibus detrectare, vnde D. Chryſoſt. homil. 54. in Matth. *Qui vinctus propter ſua ſcelera fuit, cum ſoluitur vt ad iudicium produci queat; tunc maxime tremit.* Sicut reus dum ad tribunal, magis quum ad ſupplicium rapitur, præ nimio inſtantium tormentorum metu, contabeſcit, & ſanguinem ſubinde ſudare ſolet, vide Hugonem Eterianũ, *De horrendis aſpectibus agonizantium.* *Simile.*

ad Clerum Piſanum, de Regreſſu animarum. Item Bern. Tom. 2. in doctrina vbi millia Dæmonum, contra animas noſtras in hora mortis aſſerit vlulatura; at quorum vlulatus tum ſaluriter preuenerimus, ſi matura vitę emendatione, Sacramentali confeſſione, & iugi extremæ illius anxietatis meditatione, Domino occurramus: nullum enim eorum peccatorum, quę hic Deo & ſacerdoti fuerimus confeſſi, accuſare poteſt, bene autem reliqua. vnde Orig. lib. 3. in Leuit. *Cuncta peccata neceſſe eſt publicari, neceſſe proferri. Proferri autem aut à nobis, aut ab illo qui & accuſator peccati eſt & incentor. Si praueniamus eum in hac vita, nequitiam Diaboli praueniınus.*

Quomodo fideles poſſũt Diaboli nequitiã praeuenire. 25

INDAGO II.

An, quamdiu, quomodo, quando Angeli homines cuſtodiant?

Dæmones incitant homines ad varia peccata.

PRæſuppono 1: Cacodæmonas ad varia peccata homines in hac vita incitare: quum enim ratione Beneficij Vnionis Hypoſtat. naturæ humanæ impertiti, capitale odium contra homines conceperint, qui & *implent eorũ ruinas* Pſal. 109. 6. (vbi Franciſ. Titelmannus) nihil boni abſolute nobis volunt, ſed *tanquam leones rugientes circumeunt, quærentes quem deuorent*, 1. Petri. 5. 8. vnde ad Eccleſiaſticæ Iuriſdictionis peſſundationem, Tyrannicam gabellarum impoſitionem, militares ſeditiones, iurgia, bella, hæreſes, deſperationem, præſumptionem, Dei odium, 26

um, 7 peccata mortalia, &c. inſtigant, idque miris modis, videlicet magna vehementia, magna etiam aſtutia, vnde & ſerpentibus aſſimilantur, Geneſ. 3. 1. *Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ.*

27 Sic olim Radbodum Friſiæ Regem decepit, dum ſe in Angelum lucis transfigurans, ei apparet diademate aureo, circumfulgentibus gēmis capite coopertus, veſteque aurea textili toto corpore amictus; quin & certis præſtigijs, oſtentat ei domum aurei ſplendoris, miræ pulchritudinis, thronum vero incredibilis magnitudinis: hæc omnia ei promittens, ſi à cultura Deorum, & à prædeceſſorum ſuorum Religione idololatrica non recederet. Cui proinde credens Radbodus, deriſo Wlfranno Epiſcopo eum baptizare parato, à Sacro fonte pedem retraxit, dicens ſe malle aggregari maiori numero prædeceſſorum ſuorum Friſonum, quos ad Tartaream regionem tranſijſſe Epiſcopus dicebat; vnde ſine Baptiſmo moritur infidelis. vide Surium tom. 3. die 20 Maij. *Radbodus decipitur à Diabolo.* *VVlfrannus Epiſcopus inſtruit Radbodum*

28 *Præſuppono* 2: in corpora humana etiā poteſtatem, vexam & tentamenta ſua exercere Diabolum, dependenter tamen à voluntate permiſſiua Dei, non vltra, Iob 2. 6. *Dixit ergo Dominus ad Satan: ecce in manu tua eſt, veruntamen animam illius ſerua.* *Permiſſu Dei humana corpora vexat Dæmon.*

Cauſæ vero propter quas homines ſubinde corporaliter poſſideat, & diris cruciatibus poſſeſſos Diabolus exagitet, variæ ſunt: *Cauſæ ob quas homines à Diab. poſſideantur.*

29 Prima infidelitas, dum agnitæ fidei veritati vel reſiſtitur, vel ab ea, Apoſtatica defectione *1 Infidelitas.*

receditur, de quo varia exempla eſt videre apud Cypr. l. 4. epiſt. 7. ſermon. de lapſis, vide ſup. verſ. 5. ſectio. 1.

2 Sacramẽtorũ indigna ſuſceptio.

2. Eſt Sacramentorum, maxime Euchariſtiæ, abuſus.

3 Blaſphemia

3 Blaſphemia in Deum vel Sanctos.

4 Frequens vſurpatio nominis diaboli.

4. Frequens vſurpatio & inuocatio nominis Diaboli.

5 Studium Necromantia, &c.

5. Studium Necromantiæ, Chiromantiæ, Hydromantiæ, & aliarum artium prohibitarum, quarum periculum malo ſuo interitu didicit Apoſtata Iulianus.

6 Vehemens perturbatio.

6. Vehemens perturbatio iræ, & in proximũ maledicentia.

7 Imprecatio parentũ

7. Imprecatio parentum in filios & filias inter alia exempla, vnum refert D. Aug. lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 8. de decem fratribus Cappadocibus maledicto matris, infandam iniuriam ſibi ab eis illatam acerbiſſime ferentis, tali pœna Diuinitus coërcitis, vt quocumque pergerent, in ſe totius ciuitatis conuerterint aſpectum, dum horribiliter quaterentur omnes tremore membrorum, donec memoriam ſeu Reliquias glorioſiſſimi Stephani frequentãtes, priſtinæ ſanitati ſunt reſtituti. 30

8 Ocium.

8. Ocium & acedia, Lucæ 11. Diabolus hominem à quo ſemel eſt expulſus, bonis & pijs exercitijs vacuum inueniens, ingreditur & inhabitat, ſeptem alios ſpiritus ſe nequiores aſſumens. Recte ergo Hieron. ad Ruſticum Monachum, & habetur de Conſecrat. diſt. 5 c. Nunquam, *Semper aliquid operis facito, vt te Diabolus inueniat occupatum.* Sic in vitis Patrum, Sancti quidã dixe- 31

dixerunt; *Monachum operantem vnus Dæmon impulſat, ocioſum innumeri*, deſumpta videlicet ſimilitudine ab olla, cui iam feruidæ ac bullienti, vix vllæ, tepidæ autem, plurimæ inſident muſcæ, de quo Guilhel. Peraldus in Summa virtutum ac vitiorum.

32 9. Inuidia, vt patet in Saule. *9 Inuidia.*

10. Nimia triſtitia qua quis abſorbetur ſupra modum, cuius rei plurima exempla, experientia ſuppeditat quotidiana. *10 Nimia triſtitia.*

11. Superbia. Daniel. 2. Nabuchodonoſor propter elationem animi, ita à diabolo dementatur, vt perſuaſerit ſibi ſe beſtiam eſſe. *11 Superbia.*

12. Effrænis libido, dum ita Deum à mente ſua homines carnales ſecludunt, vt equo & bruto, quibus non eſt intellectus, potius quam animali rationali comparentur. Proſtant exẽpla Tob. 5. in ſeptem maritis Saræ, 1. Cor. 5. in fornicario à dæmone correpto. Item in fæmina quadam à dæmone poſſeſſa, dum Veneris idolum, in balneo poſitum, impudicis oculis contuetur, apud Proſperum in dimid. tempor. c. 6. *12 Effrænis libido.*

33 Poterit hic Eccleſiaſtes acerrimas inſtituere inuectiuas in illos Catholicos, qui turpiſſimas imagines (quas tenellarum animarum in familia oberrantia potius dixeris ſcortilla) ex parietibus ſuis ſuſpendunt, atque occaſionem mentalis ſaltem ruinæ ac luxuriæ aſpiciẽtibus ſubminiſtrant. Quorum auctores vti à magno peccati reatu excuſari non poſſunt; ita non paruam rationẽ in die iudicij (niſi reſipuerint) ſi de verbo ocioſo, certe de huius idoli peſtifera erectione, ſe meminerint redituros. Et tamen *Grauiſſime peccant qui nudas aut venereas imag. domi fouent.*

 vitium

vitium iſtud, hęc factio perieuloſa, plurimorũ, (proh dolor) lares hodie inuaſit Catholicorum: eorũ dico, qui in culmine dignitatis & Reipub. conſtituti, hęc idola, hęc monſtra, has peſtes, gladio, flamma, aliiſq́ue vltricibus pœnis interpoſitis, eliminare deberent.

Fugite fugite Chriſtiani, hæc enim non Chri- 34
ſtianiſmum, ſed Paganiſmum, ſed ſataniſmum ſapiunt; pudeat hos Chriſtianos, quibus non ſufficit ſe ſolos perire, ſolos peccare, ſed volupe eſt hanc ſcabiem ſuam, hanc peſtem, hanc damnationem proximo affricare.

13 Nimia curioſitas.

13 Nimia hominum curioſitas, de quibus plura apud Thom. Stapleton. Promptuar. Moral. in Dom. 3. Quadrage. §. 1. & Franciſ. Feuard. hic §. 6.

Cur Deus creauerit Angelum ita malum præuiſum ab æterno

Quærenti autem cur Deus creauerit Ange- 35
lum malum ſeu Diabolum, quem ab ęterno præſcientia abſoluta, ita peruerſum, atque homini ad imaginem Dei creato, infenſum fore prę̨ſciuit; apte reſpondet Marcus Marulus Spalatenſis, Euangeliſtarij lib. 3. c. 10. Deum id feciſſe, quia ſimul ſciebat iuſtis expedire vt crearetur, ne videlicet deeſſet illis aduerſarius, cuius moleſtis oppugnationibus ad prę̨lium exercerentur, & tandem victoria, per gratiam ſufficientem potiti, glorioſius coronarentur.

Malia Deo permittuntur ad maius bonum electorum.

Qua de cauſa & homines malos naſci ac viuere Deus permittit, non ad ſuã qui damnandi, ſed qui reapſe ſunt ſaluandi, vtilitatem maiorẽ. Vide D. Greg. homil. 34. in Euang. D. Thom. 1. part. quæſt. 113. art. 1. & 2. Magiſter Sentent. in 2. diſt. 2. & Philipp. Diez tomo 3. Concio. in feſto dedi-

dedication. S. Michael. ſerm. 3. num. 26.

36 Magnæ autem dæmonis in oppugnando violentiæ, obuiantia Diuina Prouidentia, media aſſignauit, quibus impulſus eius retunderentur, & in ampliorem meriti noſtri coronam conuerterentur. Quæ licet varia ſint, duorum tamen præcipue meminit D. Aug. Primo lib. 22. de Ciuit. cap. 8. Incruenti corporis Chriſti Sacrificij, quod capitali odio veterator ille auerſatur. Qũ enim Heſperius vir Tribunitius, afflictione animalium & ſeruorum, domum ſuam, malignorum ſpirituum vim noxiam pati comperiſſet, virtute Sacrificij ab vno preſbyterorum D. Auguſtini in iſto loco oblati, in fugam verſus eſt dæmon. 2 Aliud remedium eſt Crucis ſignum, quod tanquam trophæum de diabolo hoſte ſuperato, in frontibus fidelium poſuit Chriſtus, de quo S. Aug. tom. 9. de Symbolo ad Catechum.

D. Aug. præcipue duo ponit media contra Diabolicos impulſus.
1 Sacrificiũ
2 Signũ Crucis.

37 c. 1. *Purgata itaque familia Redemptoris, poſteaquam cantauit canticum ſalutis, accepit Symboli remedium contra antiqui ſerpentis venenum, vt ſiquando voluerit aduerſarius Diabolus denuo inſidiari, nouerit redemptus cum Symboli Sacramento & crucis vexillo, ei debere occurri, vt talibus armis indutus facile vincat Chriſtianus, de cuius oppreſſione male antea triumphauerat nequiſſimus Diabolus.* Item tom. 10. ſerm. 19. de Sanctis. *Hoc* (crucis ſignum) *curſum noſtrum dirigit, hoc ad agonem nos inſtruit, hoc in luctamine adiuuat, hoc ad victoriam prouehit, hoc ad coronam peruehit, hoc maleficia deſtruit, & omnia dæmonum machinamenta ad nihilum redigit. Et quod faciebat in terris Corporis Chriſti præſentia, hoc facit cum fideli inuocatione nominis Chriſti, victorioſa Crucis inſignita memoria.* Vide eundem Tract. 36. in Ioannem.

Conſonat Theodorus Lector Collect. libro 2. 38
vbi refert Caſtrum Thundadecro multis pecuniis & gẽmis plenum, per Cabadem Regem, impedientibus diabolis, nulla vi magica expugnari potuiſſe, donec euocatus Chriſtianorum in Perſia Epiſcopus, peracta ſuper ea re Synaxi, & acceptis diſtributiſq; in Chriſtianos qui aderant, Diuinis myſteriis, Crucis ſigno dæmones profligauit, & caſtrum Cabadi ſine vlla moleſtia tradidit.

Signo Crucis dæmones profligãtur caſtro Thundadecro.

Cæterum quia extrinſecus homo habet An- 39
gelos malos oppugnantes; ita æquum vt bonos habeat aſſiſtentes & cuſtodientes: pro quo

Angeli boni cuſtodiunt homines.

Dico primo: Fide certum eſt Angelos bonos beatifica Dei viſione fruentes, homines cuſtodire. Probatur 1. Iudith 13.20. vbi ipſa ex Holofernis interfectione regreſſa, *Viuit autem ipſe Dominus* (ait) *quoniã cuſtodiuit me Angelus.* Pſal. 90. 11. *Angelis ſuis Deus mãdauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis.* Matth. 18. 10. *Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem patris.* Rationẽ congruam huius propoſit. vide apud D. Tho. q. 165. art. 1. videlicet, oppugnatio extrinſeca diabolorũ, dictat reciprocam hominis defenſionẽ per Angelos bonos. Quæ ratio etiam militat in ſtatu Innocentię. Magna igitur felicitas hominis, quem talibus & tantis Pędagogis dignatur Deus; ſicut felicem eum iudicaremus adoleſcentem, qui in Pędagogum haberet Epiſcopum vel Card. de quo Didacus Stella in c. 1. Lucæ, ad illa verba: *Miſſus eſt Angelus Gabriel.*

Omnes homines etiam Antichriſtus, habent

Dico 2. Omnibus omnino hominibus fideli- 40
bus & infidelibus, adeoq; ipſi Antichriſto aſſignatos eſſe proprios & ſingulos Angelos cuſtodes.

des. Quæ communior eſt ſentent. Doctorum Scholaſt. in 2. diſt. 7. & 11. Item Patrum ex cap. 18. Matth. ſup. *Angeli eorũ ſemper vident faciem Patris*. Quod Chriſtus ad omnes prorſus direxit paruulos ſibi oblatos, ſiue bonos & fideles, ſiue infideles; ſiue baptizatos, ſiue non baptizatos, &c. In quem locum ſcribens D. Hieron. *Magna*, inquit, *eſt dignitas animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiam ſui Angelum delegatum*. Baſil. lib. 3. contra Eunomium, in initio: *Quod adſit ſingulis credentibus Angelus, tanquam Pædagogus & paſtor vitam dirigens, nemo contradicet, qui memor fuerit verborum Domini, vbi dicit, Ne contemnatis vnum de puſillis iſtis, nam Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei qui in cælis eſt*. Vide eundẽ concio 9. in Pſal. 33. & concio. 13. in Pſal. 48. Quibus locis licet expreſſe ac præcipue loquatur de credentibus, Deumq. ti-

ſingulos Angelos cuſtodes.

Dignitas hominis ex cuſtodia Angelica.

41 mentibus, non tamen vult alios excludere à peculiari cuſtodia Angelorum, vt patet ex ratione directionis vitæ noſtræ ab illo allegata, quę in omnibus hominibus locum habet: nã omnium vita à diuina prouidẽtia ordinate regitur, ac cõſequenter miniſterio Angelorũ. D. Greg. Nyſſ. l. de vita Moyſis; *Occultior traditio eſt, verus ſermo ad nos vſque deſcendit, quo creditur, poſteaquam in peccatum natura noſtra lapſa eſt, non omnino clementia Diuina neglectã, nec abſque ſuo patrocinio dimiſſam, ſed Angelorum, qui natura incorporei ſunt, aliquem in adminiculum cuique conſtitutum eſſe*.

Gregor. Nazianz. orat. in S. Lauacrum, ſcribit, *Angelicos Spiritus nobis ad optima quaque eſſe adiumẽto*. Theodor. orat. 10. in Danielem; *Ex his docemur, ſingulis Angelis, vniuſcuiuſque noſtrum creditam eſſe curam,*

vt cuſtodiant, tueantur, & à praui dæmonis nos liberent inſidÿs. Vide Orig. homil. 23. in Lucam, homil. 20. ſuper Num. & 20. etiam ſuper Ioſue. Clem. Alexand. l. 6. Stromat. ſub finem. Lactant. l. 2. cap. 15. Chryſoſt. homil. 60. in Matth. Greg. 17. Moral. c. 7. Iſidorum l. 1. de ſummo bono, cap. 12. 42
Bern. ſermo. 12. in Pſal. *Qui habitat in adiutorio Altiſſimi*: & D. Aug. tom. 9. de diligendo Deo c. 3. *De excelſo igitur cælorũ habitaculo, ad conſulendos, viſitandos, & adiuuandum nos, attrahit ſupereminens charitas Angelos, propter Deum, propter nos, propter ſeipſos. Propter Deum vtique, cuius tanta erga nos pietatis viſcera, ipſi quoque vt dignum eſt, imitantur. Propter nos, in quibus nimirum propriam ſimilitudinem admirantur. Propter ſeipſos, quorum Ordines inſtaurandos ex nobis toto deſiderio præſtolantur.* Quę ratio etiam ſeruit pro cuſtodia Angelica, reſpectu malorum & infidelium, quos ſimul propoſitio comprehendit.

Triplex cauſa cur Angeli ita ſedulo nos cuſtodiant.

Ratio Patribus ſuffragatur, apud D. Thom. 1. part. Summę, quæſt 113. art. 5. Quũ enim Deus 43
in hac vita neminem deſtituat generalibus auxiliis ad ſalutem requiſitis, atque adeo cuſtodia Angelorum, commune ſit beneficiũ, ſine quo vix ab impulſibus dæmonum liberi ac tuti eſſe poſſumus, hinc optime concluditur intentum etiam pro non baptizatis ethnicis, Iudæis, Antichriſto, quibus omnibus, poſt præuiſum peccatum originale, habuit Deus abſolutam voluntatem, dandi ſufficientia præſidia gratiæ contra peccatum, & auxilia ad vitam æternam aſſequendam, vti nunc ſuppono.

Deus omnibus hominibus dat ſufficientem gratiam.

Plures vero homines ab vno Angelo non cuſtodiri, quum Scrip. inſinuet Act. 12. 15. *Ange-* 44

lus

lus eius eſt, videlicet Petri, & Matth. 18. ſup. *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris*; certe Diuinæ prouidentiæ ſuauis diſpoſitio, cum bono regimine hominis, id poſtulare videtur; ſi enim vnus Angelus multorum eſſet cuſtos, non poſſet ſimul omnibus commode ſubuenire; fieri quippe poteſt, eos qui cuſtodiendi eſſent, interuallo locorum diſcerni, atque eodem tempore, auxilio tutelari egere, in quo caſu non poſſet eos commodè tutari Angelus eorum cuſtos, quia viribus naturæ nullus Angelus poteſt eſſe in locis à ſe diſtantibus adæquatiſque.

Temerariam ergo explodimus ſententiam Ioan. Cal. qui l. 1. Inſtitut. c. 14. §. 7. pro vulgi tantum opinione habet hanc aſſertionem de cuſtodia ſingulorum hominum ſingulis Angelis commiſſa, quum eam communiter doceant DD. in 2. Sentent. diſtinct. 11. ex Script. prææallegatis. *Temeritas Ioan. Caluini.*

45 *Chriſtus Saluator* interim nullo eguit, nullum habuit Angelum cuſtodem, quum angelica tutela, viatorum tantum, qui mutari atque à Beatitudine excidere poſſunt, ſaluti, non vero comprehenſoribus ſubſeruiat, qualis fuit Chriſtus, magis immutabilis quam Angeli ipſimet Beati; vnde ſuperuacanea ipſi talis cuſtodia fuiſſet; maxime quum ſicut homines à Deo per Angelos, ita ipſe immediate à Verbo Diuino dirigeretur & cuſtodiretur, ipſe inquam, qui vt humana indutus natura, caput erat Angelorum; quare ei Angelus debebatur, non tanquam cuſtos & ſuperior, ſed tanquam miniſter & inferior. Vnde Matth. 4. cap. leguntur Angeli acceſ- *Chriſtus nõ habuit Angelum cuſtodem.*

ceſſiſſe, eique velut inferiores & ſubditi, Principi ſuo miniſtrâſſe.

Tamdiu durat cuſtodia Angelica quãdiu hominis vita.

Dico. 3 Tamdiu durare Angelorum cuſtodiam, quamdiu eorum qui cuſtodiuntur, durat vita. Ratio eſt, nam quamdiu durat hominum vita, tamdiu exponuntur tentationibus & periculis lapſus: at quando anima à corpore eſt ſeparata, non amplius Angelica eget cuſtodia, quia non poteſt amitti, ſed vel eſt ſalua, vel irrecuperabiliter amiſſa. Felicibus quidem & Beatis omni macula carentibus, in cælum comitatum; iuſtis vero, ſed reatu temporalis pœnæ in purgatorio diſſoluendæ conſtrictis, impertiunt conſolationem; verum id non cuſtodiam, ſed obſequium dixeris Charitatis. 46

Angeli ſolãtur animas Purgatorij.

Cuſtodia Angelica incipit ab hominis cõceptione.

Corollarie ſequitur 1. Angelos cuſtodiæ ſuæ telam ordiri ab hominis cuiuſque natiuitate, vt bene Hiero. ſupr. Orig. tract. 6. in Matth. & D. Tho. 1. part. quæſt. 113. art. 5. Immo probabilius eſt quod à conceptione prolis in vtero: tum enim viuit, eſt homo, grauiaque incurrere poteſt incõmoda & pericula; quinimo (factione Diabolica) fœtus poteſt ſuffocari, ac conſequenter Sacro Baptiſ. lauacro priuari damnarique. Poſſunt etiam infantis organa male compingi, ita vt ad functiones virtutum vel plane reddatur ineptus, vel ad vitia vehemẽter propenſus, quibus proinde adultus facile ſuccumbet, niſi Angeli cuſtodia ab hiſce periculis & incõmodis præſeruetur, vt recte docet D. Bonau. & Gabr. in 2. ſent. diſt. 11. cũ Alberto ibidem art. 3. ad 1. Nec Patres qui dicunt cuſtodiã incipere à Natiuitate, negant deputationem à conceptione. 47

Huius

41 Huius tamen contrarium tenet D. Thom. 1. part. quæſt. 113. art. 5. ad 3. quē ſequitur Greg. à Valentia Comment. Theol. tom. 1. diſputat. 8. quæſt. 6. de effect. gubernat. Diuin. puncto 3. Ratio horum eſt, quod puer quamdiu eſt in vtero materno, non totaliter à matre ſit ſeparatus, ſed per quandam colligationem, ſit quodammodo aliquid eius, ſicut fructus arboris ex arbore pendens, eſt aliquid arboris. E quo probabiliter inferunt, eundem Angelum qui eſt matris cuſtos, prolem cuſtodire in vtero matris conſiſtentem, non eſſe proinde opus alio diſtincto. Secus eſſe in natiuitate, tum enim nouum ad eius cuſtodiam deputari, quum à matre eum contingat ſeparari, nec deinceps eſſe quid amplius eius.

49 *Corollar.* 2. Quemadmodum nemo per omnia deſeritur à Diuina Prouidentia; ita nullus quātumuis malus & impius, totaliter à cuſtodia Angelica, per quam Diuina Prouidentia exercetur, vt recte docet D. Thom. ſup. art. 6. licet permittat Angelus eum interdum, ſecundum ordinationem Diuinorum iudiciorū, vel pœnæ, vel culpæ reatum pati. Ratio prioris eſt, quia quamdiu homo viuit, tamdiu eſt viator, tamdiu eſt periculis expoſitus ruinæ & ſalutis æternæ perdendæ; vnde quum non minus prompti ſint Angeli boni ad ſaluandum, quam mali ad damnandum, quorum proinde impugnatio nunquam ceſſat ante mortē, idem certe de Angelis bonis erit iudiciū, inquantum homines cōtra diabolicos defendunt inſultus. Ratio poſterioris eſt, quando enim videt Angelus

Nemo totaliter deſeritur à cuſtodia Angelica, ſed ex parte.

lus aliquem grauius & iteratò, delinquentem, aut medijs ad ſalutem ducentibus turpiter abutentem, non tanta vigilantia & cura eum cuſtodit, ſed iuſto Dei iudicio nonnihil remittit officium ſuum, ſinitque eum in grauia peccata & tribulationes prolabi, vnde Baſil. concion. 9. in Pſal, 33. *Quemadmodum enim apes fugat fumus, & columbas graueolentia expellit; ſic cuſtodem vitæ noſtræ Angelum, lachrymoſum & graueolens abigit peccatum.* Secundum hoc dicitur Babylon derelicta ab Angelis Ierem. 51. 9. *Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata; derelinquamus eam & eamus vnuſquiſque in terram ſuam, quoniam peruenit vſque ad cælos iudicium eius, & eleuatum eſt vſque ad nubes.* Quæ vox, vt exponit Gloſſa, videtur fuiſſe bonorum Angelorum à Deo conſtitutorum in præſidium & cuſtodiam Babylonis. Sic Eſai. 5. 5. *Auferam ſepem eius* (Gloſſa, Angelorum cuſtodiam) *& erit in direptionem, diruam maceriam eius, & erit in conculcationem.* Domus Iſrael ſcilicet ab Angelis dicitur derelicta, quia Angelus eius cuſtos non impediuit quin tribulationibus ſubderetur.

Quomodo Angeli abigi dicantur.

Corollar. 3. Angeli boni adſunt pijs morituris in Domino, quos aduerſus mortis horrores & graues tentationes tunc confortant, ac contra rabientium dæmonum impetus, ad extremum vſque, adiuuare non ceſſant, vt patet in varijs Sanctorum dormitionibus, quando Angeli viſi & auditi fuerunt. Nec mirum, quia tum defunguntur officio, cui à Deo deputati fuerunt, de quo plura apud Didacum Stella ſup. 51

Angeli cuſtodes tempore mortis.

Dico 4. Singulis Gentibus, Regnis, atque Prouincijs deputati ſunt Angeli Cuſtodes, illorum 52

Singulæ Gētes, Regna, Prouinciæ

ſalu-

ſaluti inuigilantes, vti docet Dionyſ. Areop. cæleſt. hierarch. c. 9. Origen. homil. 12. in Lucam, & multi alij Patres ſup. citati: colligiturque ex Daniel. cap. 10. 11. *Nemo eſt adiutor meus in omnibus his, niſi Michael Princeps veſter*; vbi Michael, Princeps Gentis Iudæorum vocatur, cuius videlicet bonum ſucceſſum, iuſtitiam & bona ſpiritalia procurabat; vnde ratione officij ſui, in hac D. Iudæ Canonica, non immerito reſiſtit Diabolo detegere volenti corpus Moyſi, ex qua reuelatione non paruum ſciebat ſibi commiſſæ Synagogæ imminere idololatriæ periculum. Eodem cap. verſ. 13. Gabriel Angelus ſic loquitur Da-

habent Angelos cuſtodes.

53 nieli: *Princeps Regni Perſarum reſtitit mihi 20 & vno diebus, & ecce Michael vnus de Principibus primis, venit in adiutorium meum.* Vbi per Principem Perſarum, à PP. intelligitur bonus Angelus cuſtos Regni Perſarum, qui reſiſtebat Gabrieli procuranti liberationem Iudæorum, quia multi Gentiliũ Perſarum, exemplo bono Iudæorum, ad veri Dei cognitionem ac cultum conuertebantur. Gabriel vero, Michael & Daniel poſtulant reditum Iſraelis, quia multo plures Iudæi ex contubernio gentium peruertebantur, & ad idololatriam deflectebant, quam conuertebantur Gentiles, ex commercio Iudæorum.

Contrarietas Principis Perſarũ & Gabrielis, Daniel. cap. 10.

54 Diuinæ porro Prouidentiæ conueniens fuit, vt toti communitati Angelus aliquis præſideret, qui eius neceſſitatibus prouideret; ſæpe namque contingit nonnulla neceſſaria eſſe eſſe communitati, quæ noxia ſunt vtilitati priuatæ. Decet ergò aliquem eſſe Angelum communitati præſidentem.

Dico,

Singula Eccleſiæ, ciuitates, familiæ, & congregationes habent Angelos cuſtodes.

Dico 5. Singulas Eccleſias, ciuitates, familias & alias bonas congregationes, ſingulos habere Angelos cuſtodes; quod eadem ratio proxime allegata depoſcit, & docet D. Hilar. in Pſal. 124. Greg. Nazianz. in Orat. Conſtantinopoli habita in præſentia 150 Epiſcoporum: & D. Tho. in 2. Sent. diſt. 11. quæſt. 1. art. 2.

Item Reges, Magiſtratus, Epiſcopi. Prælati Ordinum.

55 *Dico* 6. Perſonis quibus commiſſum eſt Regimen alicuius Communitatis, vtputa Regibus, Principibus, Magiſtratibus, Epiſcopis, Prælatis, Præfectis Ordinum, &c. deputatos eſſe proprios Angelos cuſtodes, qui ea dirigant quę ad commune bonum communitatis ſpectant. Ita D. Tho. ſup. Non tamen certum eſt, vtrum hic Angelus Perſonæ publicæ, ſit diſtinctus ab eo qui præſidet eius communitati.

Homines ſanctitate eximij aliquando plures habent Angelos cuſtodes.

56 *Dico* 7. Ex peculiari Dei liberalitate, hominibus ſanctitate præcellentibus aliquando plures dari Angelos cuſtodes. Probatur exemplo Heliſæi Prophetæ, 4. Reg. 6. 17. vbi miniſter eius, poſtquam ipſi oculos aperuit Dominus, vidit *Montem plenum equorum & curruum igneorum in circuitu Heliſæi*, qui indubie Angeli erant, vnde ait ipſe verſ. 16. *Noli timere, plures enim nobiſcum ſunt quam cum illis.* Item Pſalm. 90. 11. de homine à Deo particulariter dilecto & cuſtodito, dicitur: *Angelis ſuis Deus mandauit de te.*

Angeli cuſtodes ſēper & vbique hominibus adſunt.

57 *Dico* 8. Quũ Angeli hominibus ſemper & vbique aſſiſtant, domi foriſque, in cubiculis, templis, in officinis, foro, agris, ſyluis, nauibus, curribus, ſiue quieſcant, ſiue peregrinentur, varij ſunt modi cuſtodiæ ipſorum. Primo ergo clientum ſuorum preces Deo offerunt & pro

ijs in-

ijs intercedunt, Tobiæ 12. 12. *Quando orabas cum lacrymis, &c. ego obtuli orationem tuam Domino.* Apocal. 8. 4. *Aſcendit fumus incenſorum de orationibus Sanctorum, de manu Angeli coram Deo.* vide D. Aug. de tempor. ſerm. 7.

2. Clientibus exprobrant peccata, Apocal. 2. 4. dicit Epiſcopo Epheſi. *Habeo aduerſum te pauca, quod charitatem tuam primam reliquiſti.* Item verſ. 14. *Habeo aduerſus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam.* Apocal. 3. 1. *Nomen habes quod viuas, & mortuus es.* verſ. 15. *Neque frigidus es, neque calidus, vtinam frigidus eſſes aut calidus.*

Angeli clientibus exprobrant peccata.

3. Increpationibus & ſuaſionibus reuocant peccatores, eodem cap. 16. *Incipiam te euomere ex ore meo.* verſ. 18. *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum.*

Angeli reuocant peccatores.

58 4. Illecebras peccati & remoras boni excludunt, quod ſignificatum fuit per Angelum, qui *Percuſsit primogenita Ægypti*, Pſal. 134. 8.

Angeli excludunt remoras boni.

5. Præſeruant ab inſidijs & furore Cacodæmonum, Tobiæ 12. 14. *Miſit me Dominus vt curarem te, & Saram vxorem filij tui à dæmonio liberarem.*

Angeli præſeruant ab inſidijs Diaboli.

6. Docent & illuminant, Daniel 9. 22. *Egreſſus ſum vt docerem te, & intelligeres.*

Angeli docẽt & illuminant.

7. Secreta Dei conſilia aliquando reuelant, vt patet in Abraham, Loth, Moyſe, Ioſue, Dauide, Tobia, &c.

Angeli ſecreta Dei reuelant.

8. Afflictos Dei ſeruos conſolantur & in ſpẽ erigunt. Patet in Agare Gen. 16. Elia 3. Reg. 19. Daniel c. 14.

Angeli afflictos ſolãtur.

9. Confirmant & addunt animos ad progrediendum in via Dei, 3. Reg. 19. 7. *Dixitque illi (Angelus) Surge, comede: grandis enim tibi reſtat via.*

Angeli animum addũt

Angeli cuſtodiunt in via.

10. Seruos Dei, quum ad eius gloriam ſpectat, 57
à corporalibus aduerſitatibus tutantur in via,
Gen.48.16. *Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis.* Gen.19. Loth è Sodomis liberatur. tres pueri, Danielis 3 ipſe denique Daniel, c.6.

Angeli pellunt hoſtes

11. Depellunt hoſtes, Iſai.37.36. *Egreſſus eſt autem Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum 85 millia.*

Angeli vim tentationũ deminuunt.

12 Vim tentationum infringunt, quod figuratur facto Angeli, qui Geneſ.32.25. *tetigit neruũ femoris (Iacob) & ſtatim emarcuit.* vide Gregor. à Valentia ſup. ex Gabriel. in 2. diſt. 11. quæſt. vnica. Item Ioan. Gerſon tract. 8. ſuper *Magnificat*, part. 3. Denique Bernard. homil. 7. in Cantica. Item homil. 11. 12. 13. ſuper Pſal. *Qui habitat.*

Concludo cum D. Aug. Tom. 9. Soliloqu. cap.
27. *Inſuper facis Angelos tuos Spiritus propter me, quibus* 6
mandaſti vt cuſtodiant me in omnibus vijs meis, ne forte offendam ad lapidem pedem meum. hi enim ſunt cuſtodes ſuper muros ciuitatis tuæ nouæ Hieruſalem, & montes in circuitu eius vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem tuum: ne quando rapiat vt leo animas noſtras, dum non eſſet qui eriperet, ille antiquus ſerpens, aduerſarius noſter Diabolus, qui quaſi leo rugiens ſemper circumit quærens quem deuoret. Hi ſunt ciues beatæ ciuitatis ſupernæ Hieruſalem, quæ ſurſum eſt mater noſtra in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis, vt eos liberent ab inimicis ſuis, & cuſtodiant in omnibus vijs ſuis: confortent quoque & moneant, & orationes filiorum tuorum offerant in conſpectu gloriæ Maieſtatis tuæ.

Angeli diligunt nos tanquam conciues.

Diligunt nempe conciues ſuos, per quos ſuæ ruinæ ſciſſuras
inſtaurari expectant. Ideoque magna cura & vigilanti ſtu- 61
dio adſunt nobis omnibus horis & locis, ſuccurrentes & prouiden-

dentes neceſſitatibus noſtris, & ſolliciti diſcurrentes inter nos & te Domine: gemitus noſtros atque ſuſpiria referentes ad te, vt impetrent nobis facilem tuæ benignitatis propitiationem, & referant ad nos deſideratam tuæ gratiæ benedictionem. Ambulant enim nobiſcum in omnibus vijs noſtris, intrant & exeunt nobiſcum, attente conſiderantes, quam pie, quamque honeſte in medio prauæ nationis conuerſemur, quantoque ſtudio & deſiderio quæramus Regnum tuum & iuſtitiam eius, quantoque timore & tremore ſeruiamus & exultemus tibi in lætitia cordis noſtri. Adiuuant laborantes, protegunt quieſcentes, hortantur pugnantes, coronant vincentes, congaudent gaudentibus, de te, inquã, gau-

Pulchrum D. Auguſt. ſchema de Angelis.

62 *dentibus, compatiuntur patientibus, pro te, inquam, patientibus. Grandis eſt eis cura de nobis. Magnus eſt affectus dilectionis eorum erga nos: & hoc totum propter honorem tuæ inæſtimabilis charitatis, qua dilexiſti nos. Diligunt enim quos tu diligis, cuſtodiunt quos tu cuſtodis, & deſerunt quos tu deſeris. Nec diligunt operantes iniquitatem; quoniam & tu odiſti omnes operantes iniquitatem, & perdis omnes qui loquuntur mendacium. Quoties bene agimus, gaudent Angeli; & triſtantur dæmones. Quoties vero à bono deuiamus, Diabolum lætificamus; & Angelos tuos ſuo gaudio defraudamus: gaudium eſt enim eis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente; ſed Diabolo ſuper vno iuſto pænitentiam deſerente.*

Gaudium Angelorum.

SECTIO II.

Non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ, ſed dixit: Imperet tibi Dominus.

63 PRopter communis Creatoris nomen ac reuerentiam, noluit conuitijs laceſſere crea-

do, quis alteri vult euenire malum vt malũ eſt, quæ ſemper eſt illicita: Materialẽ alteram, qua quis ſub ratione boni vult imprecando vel imperando, alicui euenire malum, idque dupliciter, vel ſub ratione boni vtilis, quando videlicet peccatori alicui imprecamur ægritudinem vel impedimentum, quo ſcilicet ipſe melior fiat, vel alijs nocere deſiſtat; vel ſub ratione boni iuſti, quo modo Iudex maledicit, imperando pœnam inferri reo, & Eccleſia, imprecando mala ei quem anathematizat. Quo item pacto Prophetæ in Scripturis quandoq. imprecantur mala peccatoribus, ſuam Diuinæ Iuſtitiæ voluntatem conformantes: licet per modum propheticę prædictionis, ſæpius eorum imprecationes exponat D. Aug. *Maledictio materialis.*

99 Irrationabilibus Creaturis tanquã libertatę carentibus, proinde nec merentibus alicuius mali euentũ vel imprecationẽ, nullæ propriæ & ſecundũ ſe competũt maledictiones. Si quę autẽ tales ſint, vel illæ irrationales creaturæ conſiderantur cum Deo, inquantũ ſunt aliquid Dei, & ſic apertiſſimam blaſphemiam inuoluunt: vel conſiderantur cum homine, inquantum ſunt aliquid eius; quo pacto licitæ vel ſunt illicitæ, quo licitum vel illicitum homini (ad quem referuntur) maledicere demonſtratum eſt ſupr. *Maledictiones creaturarum irrationalium.*

67 Quare D. Thom. art. 2. ex ſent. D. Gregor. l. 4. Moral. cap. 3. omnes maledictiones eiuſmodi rerum irrationalium in Script. occurrentes, ad homines referri docet; Geneſ. 3. 17. *Maledicta terra in opere tuo.* Deutero. 28. 16. *Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro: maledictum horreum tuum, &*

maledicta reliquiæ tuæ; maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ouium tuarum. 2. Reg. 1.21. *Montes Gelboë nec ros nec pluuia veniant ſuper vos, neque ſint agri Primitiarum.* Denique Matth. 21.19. quum Chriſtus inueniſſet arborẽ fici, folia duntaxat, non fructum ferentem, dixit: *Nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum: & arefacta eſt continuo ficulnea.* Hæc enim & ſimilia, ad homines potius rationales, quorum eæ res irrationales ſunt, referri debent.

Laus Michaelis.

Laudandus proinde & Pſeudoapoſtolis præ 68
ferendus eſt Michael Archangelus, qui quum ſub ratione boni iuſti, ſuamque Diuinæ Iuſtitię voluntatem conformans, damnatiſſimo, Deoque & hominibus infenſiſſimo Diabolo materialiter maledicere potuiſſet; non tamen id fecit, ſed dixit; *Imperet tibi Dominus*, ob cuius videlicet reſpectum & reuerentiam, nolo conuitijs laceſſere ſubſtantiam Creatoris, tuam inquam.

Ad quæ verba, ſalutarem doctrinam notat Cardinal. contra multorum Prelatorum cum auſteritate & potentia regnantium, prępoſteros mores.

Verſ.

1 *Verſ.* 10. Hi autem quæcumque quidem ignorant, blaſphemãt: quæcumque autem naturaliter, tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur.

ALtera pars inſtitutæ comparationis, in qua D. Iudas ponit Pſeudoapoſtolicæ audaciæ ſupra Angelicam modeſtiam, exceſſum.

SECTIO PRIMA.

Hi autem quæcumque quidẽ ignorant, blaſphemant.

QVaſi dicat, Tam ſunt homines illi impudentes, maledici, audaces, vt eos fidei articulos, impudenter audeant inceſſere maledictis, quos præ nimia (qua turgent) ſuperbia, ſtupide ignorant, maxime circa Trinitatem perſonarũ in vnitate eſſentiæ diuinæ, atque vnionem naturæ Diuinæ cũ humana in ſuppoſito Verbi increati; circa Angelos, Prophetas, Apoſtolos & legitimam poteſtatem ſiue Eccleſiaſticam, ſiue Politicam; ita præ nimia malitia, excæcata eſt mens eorum, ita nihil niſi craſſum, & pecuariũ ſapiunt: qui tamen & ſceleſtas blaſphemias in Deum ac diuinos euomere, & Gnoſticos, hoc eſt, ſapientes, ſe iactare non verentur, temere damnantes ea quę captum ſuum naturaliter tranſcendunt.

2 *Vbi nota* 1. inſignem Hęreticorum omnium

Stupida inſcitia Hæreticorum. taxari inſcitiam, de qua Paulus 2. ad Timoth. 3. 7. *Semper diſcentes & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes.* Et 1. ad Timoth. 1. 7. *Volentes eſſe legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, &c.* Quemadmodum & Phariſæos Chriſtus Matth. 15. & 23. vocat cæcos, immo duces cæcorum. Cæteris autem, more noſtro, prætere lectis antiquioribus hæreticis, vnicos Manichæos, meræ ignorantiæ inſimulatos, apud D. Aug. l. 3. confeſſio. cap. 6. ſpectemus: *Incidi* (inquit) *in homines ſuperbè delirantes, in quorum ore laquei diaboli & viſcum confectum commixtione ſyllabarũ nominis tui, & Domini Ieſu Chriſti, & Paracleti, hæc enim omnia non recedebant de ore eorum: ſed ſono tenus & ſtrepitu linguæ, cæterum cor inane veri. Et dicebant: Veritas, Veritas, & nuſquam erat in eis.*

Ignorantia Manichæorũ.

Ignorantia M. Lutheri. Sic Luther. tom. 1. in Colloq. *Ego Mart. Lutherus neq. Hebraice neq. Græce calleo; attamen Hebræo & Græco mediocriter reſpondebo.* Sic alij Lutherolatræ, Caluinolatræ, Bezolatræ, in ſimilia portentoſæ ſuperbiæ argumenta prorumpere non erubeſcunt.

Quinque cauſæ cæcitatis hæreticorum ex D. Auguſtino. *Sciendum* 2. Quinque cauſas huius hæret. cæcitatis aſſignari à D. Aug. tom. 2. epiſtol. 48. ad Vincentium, prope medium: videlicet Timorem offenſionis ſuorum, obduratam conſuetudinem, torporem inquirendæ Cathol. veritatis, maledicorum linguas; denique falſam perſuaſionem nihil intereſſe in qua quiſque parte ſit Chriſtianus. *Quam multi enim (quod certò ſcimus) iam volebant eſſe Catholici, manifeſtiſſima veritate commoti, & offenſionem ſuorum reuerendo, quotidie differebant. Quam multos non veritas (in qua nunquam præſumpſiſtis) ſed obdurata conſuetudinis graue vinculum colligabat, vt*

in

in eis compleretur Diuina illa ſententia (Prouerb. 9.) *Verbis non emendabitur ſeruus durus; ſi enim & intellexerit, non obediet. Quam multi propterea putabant veram Eccleſiam eſſe partem Donati, quia eos ad cognoſcendam Cathol. veritatem, ſecuritas torpidos, faſtidioſos, pigroſque faciebat. Quam multis aditum intrandi obſerabant rumores maledicorum, qui neſcio quid aliud nos in altare Dei ponere iactabant. Quam multi nihil intereſſe credentes, in qua quiſque parte Chriſtianus ſit, ideo permanebant in parte Donati, quia ibi nati erant, & eos inde diſcedere, atque ad Catholicam nemo tranſire cogebat.*

4 Aliam tamen eamque vniuerſaliorem huius occæcationis cauſam, ſuperbam videlicet obſtinationẽ, demonſtrat Aurelius tom. 7. contr. Iulian. Pelag. l. 3. cap. 17. *Quid ſi tot* (inquit) *Epiſcopos ex Africa nominâſſem, quot ex alijs partibus orbis nominaui? Aut quid ſi in eis ipſis plures Afri eſſent? Vnus hinc eſt, cæteri aliunde, quorum ab Oriente & Occidente, conſenſione confoderis, & tamen tanta obſtinatione cæcaris, vt non videas te velle potius corrumpere antiquum Eccleſiæ decorem, id eſt, antiquam fidem, tanquam Sara aniculæ pulcherrimæ caſtitatem. Si enim per ſanctos Antiſtites Dei, memorabileſque doctores, Irenæum, Cyprianum, Reticium, Olympium, Hilarium, Ambroſ. Grego. Baſilium, Ioannem, Innocentium & Hieron. conſtuprauerunt Eccleſiam Manichæi; dic mihi Iuliane, quæ te peperit? vtrum te caſta, an vero meretrix in lucem quam deſeruiſti, per vterum gratiæ ſpiritalis enixa eſt? An vt dogmata Pelagiana defendas, coniugis Chriſti & Matris tuæ viſcera, inſtinctu nefario, non erroris, ſed furoris infamas?*

Superba obſtinatio, cauſa cæcitatis hæreticorum.

5 Vbi notanda verba illa, ly, *obſtinatione cæcaris*, & ly, *inſtinctu nefario furoris infamas*, quippe quæ omnium, maxime recentium Neochriſtianorũ

vnicam teſſeram, obſtinationem furibundam, ſcilicet excæcationis matrem, depingunt, obſtinationem inquam furibundam, ſed non minùs à ſuperbia imbibitâ, quæ hæreticos omnes errare facit *in inuio & non in via. Quos* (inquit Greg. curæ paſtoral. part. 3.) *ad intellectum prauum intentio peruerſa non raperet, niſi prius ſuperbia inflaret. Dum enim ſe præ cæteris ſapientes arbitrantur, ſequi alios ad melius intellecta deſpiciunt, atque vt apud imperitum vulgus ſcientiæ ſibi nomen extorqueant, ſtudent ſummopere & ab alijs certe intellecta deſtruere, & ſua peruerſa roborare.*

Elias Patriarcha Aquileienſis, de cauſa cæcitatis Arianorum.

Eandem elatioris animi obſtinationem, Arianæ cæcitatis ac tenebrarum dediſſe cauſam, longè ante nos perſpexit Elias Patriarcha Aquileienſis, cuius veriſſimum teſtimonium vti Claudius de Sainctes in fine lib. Ad edicta veterum Principum, de licentia Sectarum in Chriſtiana Religione, ex Iuſtiniani Patricij hiſtor. Veneta allegat; ita à nobis reproduci, vtile fuit viſum. Is ergo quum orationem haberet de infauſtiore ſorte Catholicorum cum hæreticis Arianis habitantium; *Diutius nos,* inquit, *fratres, ſpes fruſtrata eſt hac vna expectatione centum & amplius annos, id eſt, ab Attila, in hunc vſque diem, meliorem Eccleſiæ ſtatum expectantes. Deterior indies eſt factus: ſed alium finge minus amarum fore. Quænam obſecro fideli ſatis grata accidere poteſt vita inter infideles? Aut quam ego deteriorem, moleſtioremq́ue exiſtimem quam inter hæreticos. Cum gentili homine nunquam fere accidit contentio. At vero nulla datur pax cum hæreticis, vel propter quotidianos eccleſiarum fructus, qui ab eodem Chriſtiano nomine vtriſque proueniunt; vel quia ferre non poſſunt, in eadem aſſeueranda veritate ſuperari. Elati ſunt & ſuperbi; ſi*

quando

quando admonitionibus, exemplis, Sanctorum dictis cum his agitur, mox ad iurgia prorumpunt. Pati non poſſunt vinci ſe ratione & à Catholicis compelli ad confeßionem veritatis.

Vera effigies Caluiniſtarum.

7 *Sciendum* 3. Cæcam ignorantiam innumerabilium blaſphemiarum hæreticis ſubſternere materiam, teſte hoc Iuda noſtro, teſte Paulo 1. ad Timoth. 1. blaſphemiam & perſecutionem ſuam ignorantiæ aſcribente, teſtibus omnium pæne ſæculorũ hiſtoriographis Eccleſiaſticis. An non quia humana ratione, Diuiniſſ. Trinitatis, Conſubſtantialitatis, Vnionis Hypoſtat. Deiparæ virginitatis, &c. myſteria, puro viatori incomprehenſibilia, comprehendere voluere Arius, Eunomius, Macedonius, Ebion, Cherinthus, Heluidius, Iouinianus, &c. in abominandas prolapſi ſunt blaſphemias? An non hanc

Ignorantia hæreticis blaſphemias dictat.

8 vnicam conuerſionis ſuæ remoram, in confeſſion. libris, agnoſcit Auguſtinus, quod in altiſſimorum Sacramentorum perſcrutatione, ſeipſo duce vteretur? An non Berengarius, Wicleff, Carolſtadius, Zwinglius, Bullingerus, Caluinus, Beza, Geuſij, ſolis cerebelli ſui viribus, in Sacroſ. Euchariſtiæ Myſterio, fidentes, nihil ſalubriori fidei tribuentes, quin etiã oculis clauſis Eſaiam cap. 7. 9. *Si non credideritis, non permanebitis* (alia lectio habet, *Non intelligetis*) præterlegentes, adeoque accidentia à ſubiecto, via ſupernaturali ſecernere, veras & reales dimenſiones quantitatiuas, abſque extenſione in ordine ad ſitum extrinſecũ, ſeparare, panis & vini (quoad omnes gradus genericos & ſpecificos naturæ) transſubſtantiationem, atque eiuſdẽ ſubſtantiæ ante iam exiſtentis nouam dependentiam, nouam

Remora Cõuerſionis Auguſtini.

Ignorantia in Pſeudoeuangelicis quantas pepererit blaſphemias.

uam replicationem, nouam reproductionē vti poſſibilem, apprehendere non valentes, verius concedere nolentes, veritatē Corporis & Sang. Chriſti ſacrilege ſuſtulerunt, atque exſecrandis blaſphemijs, auguſtiſſimam ſynaxin, Dei omnipotentiam, tremendum Miſſæ Sacrificium, vtriuſque demum Eccleſiæ, cum triumphantis, tum militantis incolas Sacros, onerârunt, conſpurcârunt?

An non Lutherani cũ Caluiniſtis, Diuis cum Deo regnantibus, longas & pendulas, blaſpheme affingunt aures, quibus orationes ex hac lachrymarum valle, ad ſe in cælum directas, excipiant, non intelligentes, & affectata ignorantia neſcientes, quod eaſdem vel in Verbo tanquam in ſpeculo, vel extra Verbum, per peculiarem Dei reuelationem perfecte intelligere poſſint?

Cæcitas Caroli Molinæi graues peperit hæreſes.

Sic Carolus Molinæus, ex cathedratico Iuris Profeſſore, in momentaneum mutatus Theologum, ac velut in ſcena Mimus, mutatis veſtibus ac ſuperinducta perſona, licentia hiſtrionica, ſtatim vociferari, ac vociferando blaſphemare aggreditur Pontifices Romanos, quod ſuper vniuerſalem Eccleſiam, primatus ſibi arrogent cum auctoritatem tum nomenclaturam, idque ex perperam intellectis Pelagij Pap. II. Decretal. verbis. Idem dum ſutor vltra crepidam, terminos Theologicos turbat, dũ in Theologiæ palæſtra cæcutiendo, decertare audacter geſtit, in turpiſſimũ illum errorem ac hæreſin eſt prolapſus, vt vſuras nec prohibitas eſſe, nec peccati reatum inuoluere, contra communem

Theo-

Theologorum & Canoniſtarum ſententiam, blaſphemet,libro de commercijs, à numero 7. vſque ad 11.

11 Sic miſellulus Literio Deſ. Eraſmus Rotterodamus, in eandem tenebroſæ audaciæ Scyllam dilapſus, dum alienos, ſibique inhoſpitos S. Theologiæ terminos inuadit, plurium hæreſeon ſeminarium ponit, immo omnium poſterioris ſęculi Hęreticorũ, Lutheri, Zwinglij, &c. blaſphemos errores, ouum illud Eraſmianum excluſiſſe, à pleriſque emunctę naris viris putatur.

Cæcitas Eraſmi, hæreſes noſtri ſæculi excluſit.

12 Taceo Belgij noſtri ſtupidos ac Cimmerijs affectatæ ignorantiæ tenebris offuſos, ideoque blaſphemouomos, Geuſios, ſeu Religion. Pſeudoreformatę, modernos buccinatores, qui proinde quicquid captum ſuum tranſcendit, quicquid diſſoluere, diſtinguere, cõciliare, explicare, dum vi premuntur argumenti, neſciunt, turpiter negant, vel ore maledico laceſſunt.

Geuſii blaſphemant excæcitate.

Talis Ruſſus ille, quem ab annis circiter 43.
13 tempore Belgicæ Iconomachię, Vltraiecti Pſeudominiſtri vice functum eſſe, ſcribit R^mus Dominus Henricus Cuyckius, quondam in Academia Louanienſi S. Theol. Doctor, Tract. de Sacrif. Miſſę, ſermon. 4. Is ergo quum SS. Imaginum cultum oppugnaturus, illud Exod. 20. vbi ſculptilia & omnem ſimilitudinem fieri prohibet Deus, in argumentum produxiſſet; id reſponſi à prȩfato Domino Cuyckio ſocio nauigationis laterali accepit, eundem Deum, eodem lib. cap. 25. eidem Moyſi verſ. 18. prȩcepiſſe, vt 2. Cherubin ſeu Angelos aureos & productiz

Henricus Cuyckius de ſtupido ideoque blaſphemo Ruſſo.

ductiles faceret ex vtraque parte oraculi, ita vt vtrumque latus Propitiatorij tegerent, expanſione alarum. At qui huic propoſitioni ſeu Aſſumpto, aliud non reſpondit, quàm ſe huius rei & lectionis nō meminiſſe, nec credere ſcriptum eſſe. Quamobrem quum textus ſententiam ex cap. 25. ordine & memoriter Cuyckius recitâſſet, quinimo ex libro (qui ad manū erat) legendā obtuliſſet, in eam Pſeudoeuangelicus ille impoſtor dilapſus eſt blaſphemiam, vt rotunde, nullaque circuitione vſus, reſponderit; Deum hoc poſterius Moyſi præcipientem, à ſeipſo diſſentire, & ſecū pugnare. O linguam ſceleſtam, & flamma vltrice compeſcendam! Et tamen his atque ſimilibus per Hollandiam cæteraſq; hæreſeos vinculo concatenatas Prouincias, ſalutem ſuam pop. concredit. ô plorandam cæcitatem!

Auctor de maledico Pſeudominiſtro Palatino.

Anni elapſi ſunt circiter octo, quum Treuiris (vbi tum manſionis meæ locus) per Palatinatū 14
in Franconiam, & quidem ad nundinas Francfordienſes, in habitu Ordinis mei Auguſtiniani tendens, incidi in ſocium naualem Zwinglianum, quem poſtmodum Pſeudoeuangelicum Prędicantem in Sobernhaim agere comperi; magnum ſane religionis ſuæ Zwinglianæ bucconem. Is autem exoticam ſibiq; peregrinam veſtem Ordinis Auguſtiniani conſpicatus, atq; adeo omni cauillandi, & ſciole Monachum corā centenis hominibus (quos facile Moguntina Holcas capiebat) confundendi, occaſionem captās, de patria, & ordine meo percūctari cœpit. Cui ego, hominis vafri ſubolens ingeniū, pau-

cis

tis reſpondi; ſi de Patria agatur, Mechliniam, Inuictiſſimo Hiſpaniarum Regi parentem; ſi de fide, Catholicam, Romanam, ſeu Ieſuiticam, hoc nomine Caluiniſtis meliuſcule notam; ſi de Ordine atque Inſtituto, Auguſtinianum Eremitanum inconcuſſe me profiteri, ipſe vlterius vt ex vngue leonem colligeret, lubens concedebam. Optare autem me vnice, vt ad fidei amuſſim, Sanctiſſimi fundatoris noſtri Aurelij *AVGVSTINI* dogmata ſcripto commiſſa, Zwinglianarũ & Caluinianarũ hæreſeon Buccinatores, examinarent, intelligerent, docerẽt, citarent; quo nihil minus fieri ab ipſis, plorabã.

15 At qui de tanti Eccleſiæ doctoris D. Auguſtini patrocinio mihi congratulatus, os ſuum maledicum in RR. Patres Societatis Ieſu, conuitiis & mendacibus iniuriis lacerandos aperuit, atq; ad Illuſtriſſ. & doctiſſimum S. R. E. Cardinalem D. Robertum Bellarminũ digreſſus, eum inſcitiæ, tanquã qui D. Auguſtinum nec caperet, nec ad rem, in ſuis Controuerſijs, ſignanter myſterio SS. Sacramenti Euchariſtiæ (cænam Dominicam ipſi vocant) citaret, inſimulauit.

Quem ego ! Sed iuſtæ indignationis fluctibus compoſitis; ad communẽ offenſionis deſcendimus petram, Corporis inquam & Sang. Domini in S. Euchariſtiæ Sacramento, pręſentiam; quam quum ille ſpiritualem duntaxat per modum fidei apprehendentis, aut velut in ſigno ac figura, cum Carolſtadio, Caluino, & Zwinglio; ego autem veram & realem aſſererem, adeo vt idem in indiuiduo, idem numero corpus, quod oblatũ in cruce, quod glorioſe regnat in cælo;

ſiſtatur

ſiſtatur in ara, ſumatur à populo. Impoſſibilitatis meā incuſauit Theſin, excipiens, vnū corpus ſubſtantialiter & ſimul in duobus non poſſe eſſe locis adæquatis: verum cui diametraliter hanc Antitheſin, *Vnum corpus Diuina virtute* 16
ſupernaturali, per modum reproductionis, ſimul eſſe poſſe in mille locis, ſubiiciens, hoc argumento confirmabam. Non implicat contradictionem via ſupernaturali, per penetrationem dimenſionum, 2. corpora poni in vno eodemque loco, (vt patet in Chriſto clauſo vtero Virginis nato, clauſis ianuis ad Apoſtolos intrante, &c.) ergo nec implicat contradictionem vel impoſſibilitatem, eadem potentia ſupernaturali, per modum reproductionis, ſimul & eodem tempore, poni in mille locis. Quę conſequentia vti patet à paritate potentię, qui Termini, vt in ſtadio Theol. Scholaſticorum ſunt tritiſſimi; ita illi erant inhoſpiti, ignoti, ideoque exoſi.

Vnum corpus ſimul poteſt eſſe in mille locis.

Quare maledicam in Pontificios Doctores 17
exacuere cœpit linguam, dicens nihil ſolidi nos ſapere, atque omnem ſolidam de Deo rebuſq; Diuinis doctrinam, his terminis, his nugis, his ſophiſmatibus inauditis, exſibilare, diluere, exenterare. Quem vbi conuitiis miſſis, Ad rem, ad rem, ad argumenti formam vrgeo reſpondere, ad proxima ſocius noſter digreditur tranſtra, vbi altum cœpit obdormire, quoaduſque excitatus opiparæ accumbit menſæ, ad quam tamen nec me nec confratrem meum, vti ante congreſſum, inuitabat. Sed cuius dapibus non egebamus.

Maledicentia victi Pſeudominiſtri Palatini.

Quam multi hodie per Hollandiam, Zeelandiam,

diũ, aliaſque confœderatas Prouincias, diſperſi Arminiani, Gummariani, Anabaptiſtę, &c. vbi à Catholicis vi argumenti è Script. deprompti vrgentur, in apertiſſimas blaſphemias, errores, Paradoxa deuoluuntur, Scripturas ſuo cerebro occinentes impudenter reijciunt, expungunt, in falſos ſenſus detorquent: hoc præſertim tempore, quo odio pluſquam canino, Arminiani Gummarianos & reciproce: item Gummariani Vorſtianos perſequuntur, & dentibus Theoninis deſcerpunt. *Maledicentia Genſiorum.* *Odium Arminianorũ, Gummarianorum, Vorſtianorum.*

18 Qualiter ergo teſte D. Chryſ. in c. 6. Matth. homil. 14. *Ouis inclinata deorſum balat; lupus vero eleuata in cælum facie in area vlulat*: taliter Catholicus humilis & abiectus, propria & aliena lamentatur peccata: arrogantior vero hæreticus, vlulat atque os ſuum aperit ad blaſphemandũ Deum, eos qui in cælo habitant, matrem Eccleſiam, atque affectate ignoratam veritatem. *Comparatio vlulantis lupicum hæretico maledico.*

19 Blaſphemorum denique prodigioſam punitionem vide apud Ioan. Damaſc. de Imag. oratio. 3. vbi Olympius Arianus in SS. Trinitatem blaſphemus, horrendas dat pænas, miſereque eiulans, *Miſeremini*, carnes ſuas vngulis dilaniat, & ab oſſibus diuellit. Apud Euagrium l. 6. c. 8.9. Græci in Deiparam Virginem maledici, à malis ſpiritibus corripiuntur. Gregor. Turon. l. 4. cap. 16. ſcribit Leonem Pictauienſem, in SS. Martinum & Martialem, blaſphemum, ſtatim percuſſum à virtute Confeſſorũ, ita vt ſurdus, mutus, atque amens tandem ſit mortuus. *Prodigioſa punitio blaſphemorum.*

SECTIO II.

Quæcumq; autem naturaliter tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur.

SEnſus eſt: Quæcumque ſenſuali exteriorum 2.
& corporeorum ſenſuum cognitione (quæ dicitur naturalis, prout natura diuiditur contra rationem) experiuntur carni eſſe delectabilia, vt ſunt eſcę, potus, venerisque voluptates, adinſtar brutorum, quæ nulla ratione, nullo conſilio, lege aut rationis dictamine, in iſta obiecta, velut naturæ ſuæ conſentanea, feruntur; his ad materiam peccati abutuntur, nulloque temperantiæ aut honeſtatis repagulo concluſi, brutaliter ſe ingurgitant, & cœno luxuriæ profunde immergunt; vnde ſicut in animalibus rationis expertibus; ſic in eis voluntas appetitum ſtatim ſequitur, vt impleant quod optauerunt, concupiſcentias ſuas ſequentes; & hoc eſt quod D. Petrus dicit 2. 12. *Hi vero velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem & in perniciem, in his quæ ignorant blaſphemantes, in corruptione ſua peribunt.*

Pſeudoapoſtolici, carnales ſuos ſequuntur appetitus.

Non ſic fecerunt Sancti, qui toti in eo fuerũt, 21
vt pecuina carnis ſuæ deſideria mortificantes, ſenſualitatem & rationem inferiorem ſuperiori ſubiicerent. Talis Iob cap. 31. 7. *Si ſecutus eſt oculus meus cor meum.* Hoc eſt, Si voluntas vel conſenſus eius ad hoc ſe extendit, vt opere complerem quod cordis mei appetitus ingerebat. Quaſi dicat, Non feci, vt bene Cardinalis ibidē.

Sancti domuerunt deſideria carnis.

22 Dæmonibus brutalia nomina à Script. aſcribi, pulchre oſtendit Marcus Marulus Euangeliſtarij. l. 3. c. 12. Vnde Beſtiæ, Leones, Dracones, Beemoth, Leuiathan, Vulpes, Sanguiſugæ, Serpentes, Scorpiones, Strutiones, Piloſi, Vlulæ, Sirenes, Volucres, &c. vocantur; quarum terribilium beſtiarum ſæuitiam, vel aſtum nemo poſſet euadere, niſi periclitantibus Dominus opem ferret, virtute ſua eorum furorem comprimẽdo atque aſtum ſupplantando.

Dæmones habent varia nomina brutalia.

23 Quare & hæretici diabolici ſeminis genimina, adeoque ex patre diabolo prognati, ratione inexplicabilis crudelitatis, nocitui aſtus, aliarumque proprietatum, varia brutalia nomina ſunt ſortiti, quæ à proprietatibus nimirum brutorum ſunt deſumpta: talia ſunt: Canes, Serpentes, Lupi rapaces, Vulpes aſtutæ, Leones, Aſpides, propter obſtinationem, Perdices, Dracones, de quibus R. Pater noſter F. Bartholomęus de Vſingen, Tract. de falſis Prophetis cap. 3. & 4. item Franciſ. Feuardentius hic in fine verſ. 10. Thom. Stapleton. vtroque Promptuar. Cathol. & Moral. variis locis, & Petrus Berchorius Pictauienſis, Repertor. Moral. part. 2. verb. Hæreſis, vbi etiam comparat hæreticos hirundinibus, quę ſunt aues multorũ in cantu flexuum, à locis occultis omni anno venientes. Sic hęretici variis doctrinarum ambagibus tortuoſi, occulte prorepunt, & ad fidem vix poſſunt domeſticari, nec à ſuo corrigi errore, vt bene contra Donatiſt. docet D. Aug. lib. 2.

Hæretici etiam varijs animantibus brutis comparantur.

24 Eoſdem non immerito pulicibus comparaueris, ſicut enim hi dum digitis venantibus

tanguntur, premuntur, non conteruntur, de loco ad locum continuum inſtituunt ſaltum, nullo fere (præter ſinuoſa veſtium diuerticula) loco confidentes; ſic hæretici, ſic moderni Geuſij, & Quinteuangelici; Biblijſtæ, ſi cum ijs contuleris, vel in arenam Theologicam deſcenderis, atque adeo Scripturam quampiam, in argumenti confirmationem, vel dilutionem, ab ipſis productam, ad oculum ſolueris, ſi ex orthodoxa Eccleſiæ Sanctorumque Patrum ſententia fueris interpretatus, ſi ratione preſſeris, ſi, vt ad formam reſpondeant, vrſeris; ſtatim ad alias & alias infinitas Scripturas (quibus hoc hominum genus abundat) non expectata ſolutione, non obtento genuino intellectu, tripudiando tranſiliunt, conuolant, reuolant, donec ſinuoſo Papiſticorum ſophiſmatum (ſic victi appellant Theologorum dogmatica argumenta) diuerticulo ſe obuoluant.

Praxis quotidiana Geuſiorum Belgicorum in diſputando.

Verſ.

Verſ.11. Væ illis qui in via Cain abierunt, & errore Balaam, mercede effuſi ſunt, & in contradictione Core perierunt.

1 ELeganti comparatione rurſum confert Pſeudoeuangelicos impoſtores, tribus ſceleſtiſſimis, & perditiſſimis viris Cain, Balaam & Core, quorum mentio fit in Script. Quo diuerſa eorum enumeret peccata, propter quæ eos fugiendos, non in exemplar imitatio nis proponendos eſſe, implicite monet; ideoq. per modum Propheticæ prædictionis, horrendum æternę damnationis *Væ*, tanquam fulgur præmittit, de quibus breuiter Beda.

2 *Via Cain abeunt, qui propter inuidiam meliorum, nomen ſibi Doctorum, quo honorificentur, aſſumunt. Et errore Balaam effuſi ſunt, qui pro amore terreſtrium commodorũ, veritatem quam ipſi nôrunt, impugnant. Contradictione Core, qui viuus ad inferna deſcendit, intereunt, quicumque appetitu indebiti Primatus, ſeſe ab vnitate Sanctæ Eccleſiæ ſecernunt, ſcientes & præuidentes quantum mali gerant, ad ſcelerum tamen Tartara deſcendunt. Et quidem Cain de fratricidio cogitantem Dominus corripuit; ſed eum inuidia ſaluari non ſinit. Balaam autem aduerſus Dei Pop. iter agentem Dominus vetuit, ſed amor pecuniæ ne obtemperaret, obſtitit. Core ſuperbientem Moyſes Domino in ſe loquente lenire curauit: ſed eum elatio qua feruebat, inſanabilem reddidit. Sic profecto, ſic faciunt hæretici, qui ad increpationem S. Eccleſiæ emendari deſpiciunt; quin potius fratres gladio malæ doctrinæ, ſicut Cain interficere; malo* *Expoſitio Bedæ.*

conſilio decipere, ſicut Balaam; contra Doctores Catholicos erigere, ſicut Core, ad ſuam ipſorum perditionem contendunt.

Pſeudoapoſtolorum alia 3 vitia, inuidia, auaritia, ambitio.

Hactenus Beda breuiter 3 Pſeudoeuangelicorum vitia, inuidiam, auaritiam & ſacrilegam ambitionem complexus.

SECTIO PRIMA.

Væ illis qui in via Cain abierunt.

Væ multifariam accipitur in Scriptura.

MOnoſyllabum Væ, multifariam accipi in Script. annotat Hugo Cardinalis.

Væ ſignificat planctum exſequiarum.

Primo pro cantu exſequiarum, Ierem. 22. 18. *Non plangent eum, væ frater, & væ ſoror, non concrepabunt ei, væ Domine & væ inclyte*. Tales enim erant voces plangentium mortuos.

2 Væ accipitur pro tranſgreſſione mandatorũ Dei

2. Pro tranſgreſſione mandatorum, 1. Corinth. 9. 16. *Væ enim mihi eſt ſi non euangelizauero.*

3 Pro perſecutione.

3. Pro perſecutione, Apocal. 9. 12. *Væ vnum abijt, & ecce veniunt adhuc duo væ poſt hæc*. ſit vero alluſio ad 3 calamitates ſup. c. 8. 13. *væ, væ, væ*, poſitas.

4 Pro tẽporali pœnæ prædictione.

4. Pro temporali pœnæ prædictione, Ierem. 15. 10. *Væ mihi mater mea, quare genuiſti me virum rixæ & diſcordiæ in vniuerſa terra?* videbat enim ſe rixæ & diſcordiæ, hoc eſt, contradictioni expoſitum, propter ea quæ prædicebat.

5 Pro pœna præſente.

5. Pro pœna præſente, Eſai 6. 5. *Væ mihi quia tacui*, ſcilicet non arguens libere delinquentẽ, populi timore vel pudore perterritus. Item 1. Reg.

Reg. 4. 8. *Væ nobis. quis nos ſeruabit de manu Deorum ſublimium iſtorum?*

6. Pro pœnæ recordatione, Ierem. 45. 3. *Væ miſero, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo: laboraui cum gemitu meo, & requiem non inueni.* *6 Pro pœna recordatione.*

7. Pro pœna temporali futura, Ezechiel. 30. 2. *Vlulate: væ væ diei.* *7 Pro pœna temporali futura*

8. Et ſæpiſſime pro pœna damnationis æternæ. Sic Ezechiel 2. 10. *Expandit illum* (librum) *corã me, qui erat ſcriptus intus & foris, & ſcriptæ erant in eo lamentationes, & carmen & væ,* hoc eſt, damnatio æterna impiorũ, de quo Illuſtr. ac R^mus. Thomas à Villanoua, homil. 1. de natiuitate D. Virginis Mariæ. ſic & hic, *Væ illis,* id eſt æterna damnatio expectat eos, & certo ijs infligetur. *8 Pro pœna dãnationis æternæ.*

Proinde non fucate, non adulatorie, ſed rigidis verbis, increpationibus, æternę maledictionis comminationibus, cõtra hæreticos, publicos peccatores, Patriæ oppreſſores, Iuſtitiæ peruerſores, Principum aſſentatores, Reipub. per mala conſilia & Tyrannicam gabellarum exactionem euerſores, procedet Eccleſiaſtes, vt ſaltem pœnarum infernaliũ ſeruili, non tamen hypocritico metu, ſalubriter perterriti, cœptis factionibus ſuperſedeant, & ad meliorẽ mentem reuertantur. Sic omnes viri Sancti, ſic Patres fecere, Athanaſ. Hilar. D. Aug. Ambro. Hiero, &c. qui miro & Apoſtolico zelo, atque exemplo Prophetarum, miras & emphaticas, contra Arianos, Manichæos, Valentinianos, Pelagianos, Donatiſtas, Iouinianos, aliosque animarum homicidas & Diuinæ Religionis hoſtes: item ſcandaloſos peccatores, li- *Rigidis verbis & minis Eccleſiaſtes terrebit hæreticos & publicos in Rep. peccatores.* *Zelus Patrũ antiquorũ.*

cet Principes viros, inuectiuas inſtituerunt, nõ perfunctorie perſtrinxerunt, non molliter colluſerunt.

Non eſt autem, non eſt, quod huiuſmodi hæreticorum, Politicorum, Staticorum, vel auditorum mundanorum, dum vitia eorundem aperiunt, timeant lubricam indignationem. Quis enim vnquam potuit Deo placere & hominibus? Certè non Chriſtus, non Apoſtoli, nõ Martyres, non Confeſſores, non Epiſcopi zeloſi, non vere Apoſtolici viri, non Athanaſ. non Chryſoſt. non Ambroſius, zelique eorum ſequaces. An horum ergo veſtigiis non inſiſtent eiuſdẽ verbi Diuini diſpenſatores & præcones? Quidum cum præfatis, maxime hæreticis vel in colloquiis, vel concionibus diſſimulant, & cauſam Chriſti prodere, & cum ijſdem colludere conuincuntur. 7

Cõcionatores molles cum hæreticis, Politicis & publicis peccatoribus colludunt.

8 An non Laodicenſis Epiſcopus, *quia nec frigidus nec calidus, euomitur ex ore Dei*, Apocal. 3. 16. An non *contra Chriſtum eſt qui non eſt cum illo, & qui non congregat cum illo, ſpargit*, Matth. 12. 30? An diſſimulârunt cum hæreticis Patres? An hæreticorum malleus & Parens noſter D. Auguſt. Manichęis, Fortunatianis, Pelagianis, cæteriſque manibus immanibus, vnquã pepercit, vlloue paſſus eſt conſiſtere loco? Hæccine D. Hieron. doctrina vel praxis? Neutiquam, neutiquam; *Reſpondeo* (inquit Procem. Dial. aduerſ. Pelag.) *nunquam me peperciſſe hæreticis, ſed omni ſtudio egiſſe, vt hoſtes Eccleſiæ, mei quoque hoſtes fierent, Omnes qui Catholicam ſectamur fidem, optamus & cupimus damnare hæreſin, homines emendari.*

Zelus D. Auguſtini.

Zelus D. Hiero.

Non

Non nouerat ſyncerior ille Patrum zelus,
9 *Materia Statica* figmentis, nugis, & pernicioſis
phaleris conciones palliare, non hæreticis, nō
Atheiſtis, non quouis vento volubilioribus Po-
liticis & Libertinis (quibus præſens ſeculum ni-
mium, proh dolor! abundat) abblandiri, non in
cauſa Religionis Principibus aſſentari. Dixi ſæ-
pius, iterum dico, hæcque animo fixa ſtat ſen-
tentia, *Materiam Status*, ſecundum præſentis tē-
10 poris vſurpationem, Materiam eſſe dæmonia-
cam, exſecrabilem, pernicioſam; quippe ex cu-
ius dictatione, Religio Orthodoxa, Catholica,
Apoſtolica, Sancta, Romana, quæ Principem in
Repub. Chriſtiana obtinet locum; ad quam
defenſandam omnium Chriſtian. Regum, Im-
peratorum, Ducum, Principum, adeoque ter-
ræ Potentatum, gladios oportet ſtringi, euo-
cari, animari; pro qua ſarta tecta ſeruanda, tot
SS. Martyrum, profuſo ſanguine, myriades oc-
cubuerunt; quam tantis S. Paginæ, miraculorū,
infallibiliū Traditionum, Conciliorum, Alle-
goriarum, dogmaticorum Patrum, rationum,
definitionum, reſolutionum, &c. argumentis
Deus ſtabiliuit; quæ ſola denique ad æternam
Beatitudinem nobis viam ſternit; hæc inquam
ſacra & vnice neceſſaria Religio, præpoſtero
ordine, à præfatis frigidis & Politicis Salaman-
dris; Regnorum, Ditionum, Prouinciarum
temporalibus, proſperioribus ſucceſſibus, Sta-
tibus, ampliationibus, adminiſtrationibus, cum
fidei, Eccleſię, adeoque millium animarum
præiudicio, vti pediſſequa poſtponitur, non vt
Domina antefertur.

Materia ſtatica damnatur in cauſa Religionis

Sententia Auctoris ſuper Materia ſtatus.

Frigida, Politica, atque Atheiſtica Salamādra.

Eraſmus politicus cur deſerat Brabantiam.

Ex qua ſchola politicus deſcendit D. Eraſmus, qui quum Mart. Lutherum (quo familiariter per literas vtebatur & aſſentabatur) virus ſuum in Cathol. Eccleſiam paſſim videret euomere, ſe hac præcipue de cauſa, è Brabantia in Germaniam commigrâſſe ſcribit, epiſt. ad Fratres German. Inferior. *Ne quod tum agebatur*, ait, *odioſum aduerſus Lutherum negotium, in meos humeros protruderetur.* O frigide literio, vt placeas hoſti, tutelam matris deſeris Eccleſiæ? 11

Principes Chriſtiani propter rationem ſtatiſticam ruina ſunt Eccleſiæ.

Ex eadẽ palæſtra multi fœdifragi Deo Principes prodiêrunt, qui licet Chriſtiani ſint, tamen vt alium vicinum vel conterminum, (quem timent, quem bello laceſſunt) Chriſtianum ſimiliter principem debilitent; eiuſdem vaſallis perduellibus, hęreticis, ac S. Roman. Eccleſiæ hoſtibus, adeoque Turcæ confœderatis; armis, pecunia, milite, fauore, &c. ſuppetias inceſſanter ferre non verentur; ſceleratã contra Deum, legitimos Reges, Duces, Principes & Magiſtratus, hæreticorum tyrannidem vel tyrannicam rebellionem fouentes, atque impientiſſimis eorum conatibus, ad S. R. E. & fidei certiſſimum excidium tendentibus, fauentes: quod licitum ſibi aſſerunt, in *materia, non Religionis, ſed ſtatus.* 12

Va, va, va huiuſmodi ſtatiſtis claudicantibus in 2 partes.

Væ, væ, væ, centies væ huiuſmodi politicis & frigidis Salamandris. Vah diſtinctionem impiam & à diabolo inuentam! quibus merito illud Elię ad inſtabilem pop. 3. Reg. 18. 21. duxi proponendum; *Vſquequo claudicatis in 2. partes? Si Dominus eſt Deus, ſequimini eum; ſi autem Baal, ſequimini illum.* Si Deus Cathol. ſeu Pontificiorum 13

eſt

eſt verus Deus, ſequimini illum; ſi autem Geuſiorum hereticorum Iehouaticus Deus, ſequimini illum valedicto Romano. Vtinam ſaperetis, intelligeretis, ac nouiſſima prouideretis huius ſacrilegi veſtri fauoris, quem multis verbis in miſerabili Francorum Regno deteſtatur Franc. Feuardentius Comment. in cap. 4. Eſther, ad verſ. 13. 14. 15. Concionatores ergo laſciuiam, vitæ impuritatem, ac fraudes hæreticorum denunciaturos hoc Apoſtolico *ve*, his D. Hieron. Apolog. 3. ad Ruffin. verbis, hac reſolutione inſtruere decreui: *In vno tibi conſentire non potero, vt parcam hæreticis, vt me Catholicum non probem.*

Franc. Feuardentius deteſtatur Gallorum quorundam ſtaticum fauorem.

Væ, væ, væ ergo illis, qui (Græcè eſt, ὅτι τῇ ὁδῷ, hoc eſt, Quia) *in via Cain abierunt*, ſeu mores, conſilia, & viuendi rationem Caini ſunt imitati.

14 *Viæ Cain: in quas Pſeudoapoſtoli abiêrunt.*

VAriæ ſunt viæ Cain in quas hæretici abiêrunt.

Prima: Summa in Deum impietas, qua (ex traditione veterum Hebræorum) conatus fuit fratri ſuo perſuadere falſas doctrinas circa eius Diuinam Prouidentiam, Iuſtitiam, Potentiam & futurum Iudicium, quaſi nullum tale aliquando eſſet habendum, in quo iuſtis præmium, impijs vero ſupplicium decerneretur æternum. Vnde merito D. Ioan. 1. Epiſt. 3. 12. Cainum *Ex maligno fuiſſe* ſcribit. Viam iſtam varij ingreſſi ſunt Hæretici, veteres & moderni, ſignan-

Prima via Cain, male ſētire de Deo.

nouum , Chriſti Regnum , non nouam legem , ſed Reformationem eorum profitentur , vnde Reformatæ Eccleſiæ Miniſtros (verius Pſeudoreformatæ)ſe paſſim iactant.

18 Sic Martinus Bucerus,quum ſciret pop. Anglicanum Orthod.fidei ac Religionis apprime tenacem & ſtudioſum,nō facile ab vno Cathol. pietatis extremo, ad alterum Anglocaluiniſticæ irreligionis deducendum;hoc medium dicitur excogitaſſe,vt & quibuſdam externis, publici cantus eccleſiaſtici, Epiſcopalium cum dignitatū, tum veſtium,geſtandi bireti Sacerdotalis, Proceſſionum,altarium , candelabrorum , cereorum,&c. phaleris,priorem ac verā Religionem ſimularet,& titulo palliatæ reformationis, ſchiſmaticum hæreticumque ſuum virus , ſimpliciorum animis inſtillaret.

Aſtutia Martini Buceri.

16 Quomodo vero Euſebiani,hæreſin ſuam aureo calice propinârint , dum eloquentiæ fucis illito ſermone & ſophiſmatibus pollente oratione , ſimpliciorum animos ſibi deuinxerunt, vide Luciferum Calaritanum , libro, *Moriendum pro filio Dei*,& D. Gregor. Nazianz. orat. in laud. Athanaſij.

5. *Via homicidium*. Sicut enim Cain fratrem occidit corporaliter;ita hi fratres ſuos vel peſtiferis doctrinis,ſecundum ſpiritū occidunt; vel dum mulieribus fœde mixti,ſemen humanum (contra Naturæ ordinem) non in vuluam fœmineam effundebant;ſed imperfecta abominatione in os earundem , manibus ſuis immittebant;fratres ſuos in radice occidebant,quos ſeminis

5 *Cain homicida.*

6 *Abominatio Borboritarum.*

minis fructificatio potuiſſet in vitam proferre, quum virtute in ſemine continerentur. Ita Oecumenius hic & Bern. Felicianus, loquentes de Borboritis.

6 *Inuidia fraterna, in Caino.*

6. *Via priori affinis:* ſicut Cain mera inuidia, atque odio fraterno perſecutus eſt fratrem; ſic 20
Pſeudoapoſtoli, veros Apoſtolos & Apoſtolicos viros, fideles, Chriſtianos, &c. ex odio inuidiaque ſunt perſecuti. Quod de omnium ſæculorum hæreticis impoſtoribus facile eſt demonſtrare, ex Iren. Aug. Hieron. Optato Milleuit. aliiſque Cathol. Scriptoribus.

Crudelitas Donatiſtarũ & Circumcellionum.

Vnum duntaxat de Donatiſtarũ & Circum- 21
cellionum latrociniis teſtimonium producam D. Aug. tom. 2. epiſt. 122. ad Victorianum. *Ecce in regione* (ait) *noſtra Hipponenſi, quoniam eam Barbari non attigerunt, clericorum Donatiſtarum & Circumcellionum latronia ſic vaſtant Eccleſias, vt Barbarorum fortaſſe facta mitiora ſint. Quis enim Barbarus excogitare potuit, quod iſti, vt in oculos clericorum noſtrorũ, calcem & acetũ mitterent, quorum membra etiam cæteris plagis horrendis vulneribuſque ſauciarunt? Deprædantur etiam domos aliquas & incendunt, fructus aridos diripiunt, humidos fundunt; & talia cæteris comminando, multos etiam rebaptizari compellunt. Pridie quam iſta ad te dictarem, ex vno loco, per huiuſmodi terrores, 40. & octo animæ rebaptizatæ nuntiatæ ſunt.* Hactenus Aug.

Quanta autem inuidia & crudelitate vltimi 22
ſæculi ann. 1500. Pſeudoapoſtoli Lutherani, Caluiniani, Zwingliani, Anabaptiſtæ, Geuſij, &c. Catholicos fideles perſecuti ſint, ſuperfluum eſt dicere, quum amplos huius rei teſtes habeamus oculos noſtros, teſtes Coryphæos ipſos;

ipſos; vnde illud Lutheri apud Lutheranos ſuos, in Colloquiis celebratum elogium manſuetudinis Cainæ: *Si loco Lantgrauij Haſsiæ eſſem, aut perirem, aut ipſos Papiſtas perderem.* At qui Papiſtarũ principibus viris, ne matulam quidem porrigere dignus fuit.

Crudelitas Mart. Lutheri.

23 Teſtes iterum ſunt Caluini libri, qui Chriſtianæ Inſtitutiones vocantur. Verum nihil minus quam Chriſtianam ſapiunt charitatem; quinimo cædem, ferrum, flammam, Papiſticas ſuperſtitiones, Papiſtarum fætidum oleum, aliaque ſceleratiſſima, odio & inuidia contra Romanos concepta, plena cognomenta ſpirant. Quorum ſcriptorum & dogmatum quotidianis ſtimulis acti eiuſdem gregales, tantam per Angliam, Scotiam, Gallias, Poloniam, & afflictum Belgium noſtrum, gregi Chriſti Catholico ſtragem intulere, vt Turcicam tyrannidem non exæquâſſe, ſed ſuperâſſe credantur; de quo Theatr. Crudelitat. hæreticorum noſtri temporis.

Crudelitas & inuidia Ioa. Caluini.

Crudelitas Caluineſtarum.

24 Teſtis denique vltimorum Neochriſtianorũ Prodromus Eraſ. Rotterod. epiſt. ad Fratres Inferior. Germa. *Mihi ſemper,* inquit, *diſplicuit, quod initio Zwinglius tam odioſe ſcriberet Epiſcopo ſuo. Deinde nonne imaginum eiectio per ſe res eſt ſeditioſa? Etiam cruẽta, ſi Canonici & Catholici voluiſſent tueri quod tuendum putant. Nonne belle probatum eſt quod Zwinglium nuſquam non facio ſeditioſum? Sed quamobrem nunc tantopere horrent ſeditionis vocabulum, quum Lutherus ſcripſerit eam eſſe peculiarem Euangelij naturam, mouere ſeditiones, celebreturque Zwinglij dictum,*

Eraſm. teſtis crudelitatis Pſeudoeuãgelicorũ.

Euangelium vult ſanguinem?

Zwinglij crudele dictum.

Item Epiſt. in Pſeudoeuangelicos, *Nunc ſacerdotes*

dotes æque atque cerdones, à carnifice torquentur, cæduntur, ſuſpenduntur, decollantur, exuruntur, ſine vlla regradatione. Sic effugiſtis regnum Pontificis. Excuſſiſtis aliquot locis Epiſcopos, Canonicos, & Monachos; ſed muſcas iam propemodũ ſaturas, ac pro his ſiticuloſas aſciuiſtis. Hæc ſunt renaſcentis Euangelij veſtri præclara auſpicia, quid immineat malorum, vos diuinate, &c.

7 *Deſperatio Cain.* 7. *Via Cain*, Deſperatio, dum propter fratricidij grauitatem, Diuinæ Miſericordiæ blaſpheme diffidens, ait Gen. 4. 13. *Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam conſequar.*

Hanc autem pro flagitijs ſuis, deſperationis mercedem pleroſque hæreſiarchas recepiſſe, 25 inductiue oſtendit Franc. Feuardent. hic. De *Caluinus in fine vitæ deſperauit.* Caluino autem ex certo & nouo relatu, idem refert R. Pater Ioannes Baptiſta à Glano Auguſtinianus, l. *Remonſtrance Catholique de la Meſſe.* Quibus poſtremo adijcio, nouũ illum nuperę Pſeudoeuangelicorum in vrbe Aquenſi, anno 1611. tumultuationis Coryphæum, qui laqueo ſibi vitam domi conſciuiſſet, niſi ſubito accurrentes filij, ſceleratæ animæ ſuccurriſſent.

Hi fructus, hæ labruſcę, hic finis Geuſiſmi.

SECTIO II.

Et errore Balaam, mercede effuſi ſunt.

IOannes Gagnæius caute hic monet, *Balaam*, non ad mercedem referri debere; q.d. Errore ſiue per errorem, Balaam mercede effuſi ſunt,

ſi ſunt; ſed errore Balaam, effuſi ſunt mercede, ſiue propter mercedem & mercedis gratia. Q. D. In ſimilem cum Balaam errorem defluxerunt & lapſi ſunt propter mercedem: ſicut enim is mercedis gratia pop. Iſraelitico maledicere volebat; ita iſti Deum, Diuos, viroſque dignitate politica & Eccleſiaſtica pollentes, cōuitijs laceſſunt ac blaſphemant. Quamuis illud (*Effuſi*) Claudius Guilliaudus aliter hic exponat, vt nimirum quæſtu, auaritia, meruerint in aliud horrendius ſceleris genus prolabi, ita vt in omne facinus ſint demerſi, adeoque iam quod malum & facinus grande eſt, pro virtute ducant, à nullo ſibi malo temperantes.

27 Hiſtoria autem Balaam deſcribitur Num. 22. 23. 24. Quum enim Balaam à Rege Balac, vt Iſraelitis malediceret, mercede vocatus, atque ideo ab Angelo (aſina loquente) correptus eſſet, loco maledictionis, ſemel & iterum Iſraeli benedicit. Cohibitus ergo à Deo, Balaco Regi Moab conſilium dedit, vt elegantis formæ mulieres ſubmitteret Hebręis, quarū amore illecti, primo comederent de carnibus immolatis earū Diis, deinde cum ijſdē fornicarentur, atque ita ex cōſequenti à Deo deſererētur; de quo Franc. Ribera in c. 2. Apocal. verſ. 14. num. 19. vnde *Hiſtoria malitiæ Balaam.*

28 *Prima conditio Balaam* eſt, fuiſſe magum ſtipendiarium, ita vt pretio ſuas incantationes applicaret, de quo vide Orig. in Num. homil. 14. 15. 16. Hieron. Comment. in lib. Num. Procopium Gazęum ibidē, & D. Aug. ſermo. 103. de tēpore. *1 Balaam fuit Magus.*

In huius vitium effuſus fuit Simon Magus, Carpocratiani, atque alij hæretici antiquiores.

Aa Neote-

Neoterici autem non ita expreſſe,& in actu ſignato, Magiæ profeſſionem hactenus edidere; fauent interim,dum velut ſacrilegas ſuperſtitiones,tollunt Sacrificium,Exorciſmos, aquã, ſalem,cereum,panem,&c. benedicta, ſicut & alia Sacramentalia; quorum virtute diabolicæ faſcinationes diſſoluuntur.

2 *Balaam fuit auarus.*

2. *Conditio :* maleſuada auaritia præuentum fuiſſe ad maledicendum, Numer.22.7. *Perrexeruntque ſeniores Moab, & maiores natu Madian, habentes diuinationis pretium in manibus*. Hoc morbo anteriores Antichriſti præambulones laborâſſe,optime deducit Franc. Feuardent. ex Ignatio, Iren. Optato Milleuit. & Victore Vticenſi. Poſteriores Pſeudoeuãgeliſtas hac etiam mercede fuiſſe effuſos, graphice his verbis eorum confæderatus amicus Eraſ. Rotterod. proſequitur epiſt. ad Fratres Inferioris Germaniæ ſup. 29

Eraſmus cõtra Pſeudoeuangelicorũ auaritiam.

Quemadmodum nec illud abſque riſu legetur,quod aiunt ſe neminem velle lædere,neminem cogere, à ſeditione longe lateq; abhorrere,minimis ſalarijs contentos prædicare Euangelium. An contenti ſint,Deus nouit. Illud in confeſſo eſt, quoſdam grauiter egiſſe cum Magiſtratu, de augendo ſalario. Sed faciat magiſtratus periculum: offerat cuiuis concionatori aureos mille : ſi recuſant,fatebor illos eſſe contentos ſuis ſalarijs. Certe hodie apud Geuſios prædicantes, quo quis oſtentoſius in Catholicos debacchatur ex cathedra, eo auctiorem plerumque recipit pecuniam in burſa, de quibus merito illud affirmari poteſt,

Geuſij Prædicantij propter quæſtũ peccant.

——— *Deme lucrum, ſuperos & ſacra negabunt.*

Pro materia morali vide Polyanth. v. Auaritia, ſicut & Arnald. Sorbinũ hic, cõtra Simoniacos.

3. *Condi-*

30 3. *Conditio Balaam*, Maledicentia eſt, quam parili paſſu Quinteuangelici noſtri ſequuntur, vt latius ſup.verſ.8.ſection.3. Certe Mart.Lutherus, præterquam quod precationes contra Papam & Papatũ compoſuerit, tom.5.in epiſt. ad Galat.cap.1.maledicentię ſuę frænis egregie & Germanice laxatis; *Valde* (inquit) *ſpecioſum & robuſtum videtur argumentum Papiſtarum : Eccleſia tot ſæculis ſic ſenſit & docuit : ſic ſenſerunt & docuerunt omnes primitiuæ Eccleſiæ Doctores viri ſanctiſſimi : quis es tu qui auſis ab ijs omnibus diſſentire?* Reſpondet Lutherus; *Quando Satan hoc vrget, conſtanter dicas; Siue S.Cypr.Aug. Ambroſ. ſiue S.Petrus, Paulus, Ioannes, immo Angelus de cælo aliter doceat, tamen hoc certo ſcio, quod humana non ſuadeo, ſed Diuina. Ibi enim cum fiducia dicere poſſum : Eſto ſane Eccleſia, Auguſtinus & alij Doctores, item Petrus, Apollo, item Angelus è cælo diuerſum doceant; tamen mea doctrina eſt eiuſmodi, quæ ſolius Dei gloriam illuſtrat. Petrus Apoſtolorum ſummus viuebat, & docebat extra verbum Dei.* Item Comment.in cap.22.Gen. exclamans in D.Hieron. *Quin te* (inquit) *Hieronyme conculcamus, cum tua Bethleem, cuculla & deſerto?* vah maledicam excucullati Monachi linguam!

3 Balaã maledicus fuit.

Maledicum os Mart. Lutheri.

O ſcelus!

SECTIO III.

31
Et in contradictione Core peierũt;

Id eſt: Perire meruerunt.

VLtimo exemplo Core, Pſeudoeuangelicorum tangit ſchiſmaticam ab Eccleſia ſeparationem ac rebellionẽ, dum ſummi Sacerdotis & Capitis ſpreto Primatu, eius imperio &

doctrinæ acquieſcere nolunt. Sane Core Num. 16.3. factioſus & ambitioſus, Sacerdotium vſurpare volens, contra Moyſen & Aaronem ſe audacter erexit cum Dathan atq; Abiron, dicens: *Sufficiat vobis, quia omnis multitudo ſanctorum eſt, & in ipſis eſt Dominus; cur eleuamini ſuper pop. Domini?* Quũ autẽ Moyſes eos vocâſſet, reſponderunt ſe non venturos, verſ. 13. *Nunquid parum eſt tibi quod eduxiſti nos de terra quæ lacte & melle manabat, vt occideres in deſerto, niſi & dominatus fueris noſtri?* Verũ ſtatim cum exercitu coniuratorum ſuorum, viui abſorpti ſunt à terra dehiſcente, atque ad inferos deſcenderunt.

Factio Core, Dathan & Abiron.

Punitio eorundem.

Horum veſtigia premunt hęreſiarchæ om- 32
nes, qui primo vnitatem Eccleſię deſerentes, miniſterium verbi ac Sacerdotium, ſacrilege & non legitime miſſi, vſurpantes, ſchiſmatica cõuenticula, & in ijs nouas Sacramentorum adminiſtrationes, Verbi Diuini adulterationes, contra veros Eccleſiæ paſtores, contexentes, altare erigunt contra altare; deinde ex hoc ſchiſmate tanquam omnium errorum matre, in turpiſſimas hæreſes deuoluuntur, teſte Cypr. epiſt. 2. & 3. ad Cornelium.

Hæreſiarchæ deſerunt Eccleſiæ vnitatem.

Nota hic primò grauitatem Schiſmatis Ec- 33
cleſię, quod ſpeciale peccatum eſt contra charitatem, tollit enim fundamentum illius ſingularis amicitiæ quę eſt inter membra eiuſdẽ corporis, videlicet ſingularẽ illam communionem & vnionem, quæ eſt membrorũ Eccleſiæ, tum inter ſe, tum eorundẽ cum ſuo capite, quæ vnio eſt fundamentũ ſingularis cuiuſdam dilectionis. Vnde duo requiruntur ad Schiſma, primo

Grauitas Schiſmatis Eccleſiæ.

vt

vt ſeparet ſe à vera Chriſti Eccleſia, nolens eſſe amplius pars illius cœtus ſub vno capite. Secundo vt ſe conferat ad aliam congregationem profeſſionis Chriſtianæ, habentem aliud caput, vel etiam capite carentẽ, vel nitatur aliud caput introducere, de quo plura apud D. Tho. & Doct. 2.2. quæſt. 39. art. 1. 2. 3. &c.

34 Nota 2. tangi hic illegitimã omnium Hæreſiarcharũ miſſionẽ, de qua Cypr. lib. de vnitate Eccleſ. *Iſti ſine Diuina diſpoſitione, ſeſe vltro apud temerarios conuenas ſeu ſodales præfecerunt, ſe præpoſitos ſine vlla ordinationis lege conſtituerunt, & nemine Epiſcopatũ dante Epiſcopi ſibi nomen aſſumpſerunt.* Vide Arnald. Sorbin. hic, Chryſ. homil. in Pſal. 13. & noſtrũ *Pſeudominiſterium Pſeudoreformantium*, ex quo contra falſam & prætenſam omniũ Pſeudopaſtorum vocationem, tela hoc tempore conuenientia, depromere Concionatori licebit, placebitque. *Omnes hæretici miniſtri illegitime mittuntur.*

35 Hanc enim vnicã inter cæteras, deprauati & hæreſeos lue infecti Belgij noſtri, cauſam eſſe reor, quod populus nouitatum cupidus, ſtatim, nulloq; delectu habito, faciles adiecerit aures Pſeudoeuãgelicis Miniſtris & Hæreſiarchis, Hermanno, Adolpho, Illyrico, Spãgenbergio, Martino Sinetio, atq; aliis illegitime ex Germania miſſis impoſtoribus, adeo vt Surius Cõment. rerum in orbe geſtar. Bruxellenſesquoſdã Sectarios tanto narret hoſce Pſeudoprophetas, complexos fuiſſe feruore, vt portis clauſis obſtiterit Magiſtratus, ne poſſent egredi ad nouellas & clancularias eorum conciones, conſentientibus ea in re ciuibus omnibus qui in conſilium ſolent adhiberi. *Cauſa deprauati Belgij.* *Primi Pſeuminiſtri Belgij, Hermãnus, Illyricus, Spangẽbergius, Sinetius &c.*

Verſ. 12. Hi ſunt in epulis ſuis maculæ, cõuiuantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ.

PSeudoapoſtolorum malitia hactenus deſcripta per exempla Scripturalia, eandem viuis ſeptem naturalium ſimilitudinum coloribus depingere pergit, idq. eo fine communi, prout ſæpe eſt dictum, vt ab eorum conuerſatione, imitatione & mala vita ſibi mature proſpiciant fideles.

SECTIO PRIMA.

Hi ſunt in epulis ſuis maculæ.

Prima Nota Hæreticorũ ſimilitudinalis.

Conuiuia templaria in Primitiua Eccleſia.

PRima nota. Pro cuius intellectu nota Græci textus lectionẽ. ὑτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν, σπιλάδες; hoc eſt, Hi ſunt in conuiuijs veſtris rupes, ſcilicet non præuiſæ. Vbi ἀγάπας, ἀπὸ τῆς ἀγάπης, id eſt, à dilectione, vocat illa conuiuia, quæ in primitiua Eccleſia, in templis moderate & pie, poſt communionem corporis & ſanguinis Chriſti, pauperibus Chriſtianis extrui ſolent, confirmandæ charitatis & dilectionis ergo, vt notant Oecumenius, Ioannes Bernard. Felicianus, Ioannes Gagnæius, Thom. Stapleto. Arnald. Sorbinus, & Franciſ. Feuard. in Comment-

ment. De his Paulus 1. Corinth. 11. 20. *Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non eſt Dominicam cœnam mãducare.* Quia videlicet poſt Euchariſtiam, vna cænare ſolebant, inuitatis pauperibus; poſtea tamen, per abuſum quidam ſoli cænabant, non expectatis egenis, quod hic culpat Apoſtolus, vt explicat Emanuel Sa. De his Oecumen. *Erant adhuc tempore illo menſæ quæ parabantur, de quibus & Paulus in Epiſt. ad Corinth. loquitur; quas etiam Ἀγάπας, hoc eſt charitates ſiue dilectiones appellabant.* Item Tertull. in Apologetico. *Cœna noſtra de nomine rationem reddit, vocatur enim Ἀγάπη, quod eſt penes Græcos dilectio, quantiſcumque ſumptibus conſtet, lucrum eſt pietatis nomine facere ſumptum: ſiquidem inopes refrigerio iſto iuuamus. Cœna noſtra nihil immodeſtiæ admittit. Editur quantum eſurientes cupiunt, bibitur quantum pudicis eſt vtile.*

Ἀγάπη certum ſignificat conuiuiũ Chriſtianum.

Idem refert Clem. Rom. ex Conſtitut. Apo-
2 ſtol. cuius moris aliquale veſtigium Treuiris atque in alijs Germaniæ locis ſupereſſe videtur, vbi in magnis ſolennitatibus, Veſperis abſolutis, ad Capitulum conuenire ſolent Canonici, atque in mutuæ Charitatis teſſeram, publico ritu, ſibi mutuo & (ni fallar) circumſtãti pop. ſolent moderatum vini hauſtum propinare.

3 Vtut eſt, in hæc conuiuia, ex improuiſo ac nõ vocati Simoniani, Nicolaitæ, Ebionitæ, &c. irruere, eaque ebrietatibus ac laſciuijs verbo & nutu expreſſis, maculare, contentioſis vero diſputationibus turbare præſumebant. Proinde non male Græcus textus vocat eos, σπιλάδας, ſeu cauernoſas maris rupes, quas Plinius præfatio. lib. 3. *Tenias* vocat. Sicut enim illę non prouiſæ, naufragium afferunt nauigantibus; ita huiuſmo-

Inſolentia menſalis Pſeudoapoſtolorum.

σπιλάδες quid ſignificent.

 iuſmo-

iuſmodi Impoſtores dum toto corde carnis ſe-ſualitatem ſpirantes & ſectantes, ſimulataque extrinſecus amicitia, ſimpliciorum Chriſtianorum conuiuia frequentant; niſi diligenter prçuideantur & præcaueantur, certiſſimum animabus conueſcentium periculum propinant. vnde Petrus 2. epiſt. 2. 13. *Delitijs affluentes, in conuiuijs ſuis luxuriantes vobiſcum, oculos habentes plenos adulterij, & inceſſabilis delicti*: quippe qui crapulæ & veneri duntaxat indulgebant, eaque quæ pauperibus ad refocillandos eorum animos miſſa erant, guloſe (ſicut lurcones erant inſignes) deuorabant.

Spurcitiæ menſalis Lutheri.

Horum contubernalis non infimę claſſis fuit ingluuioſus Pamphagus M. Lutherus, qui fœdiſſimis colloquijs menſam ſuam his fere verbis condire ſolebat, Tom. 1. Colloqu. Lutheri, fol. 230. *In inferiori Germania fertur ſponſus ſeparari, & Beguinas illi cuſtodes adhiberi. Sponſus quidam ad lectũ veniens, cum Beguina congreſſus eſt. Illa poſt ſe excuſauit, dicens ſe tacuiſſe, quia iuxta Regulam ſuam, poſt Completorium nemo loquatur.* Sic tom. 2. fol. 18. *In vxorem duxi virginem Monialem: quis mihi ex aſtris hoc prædixiſſet?* 4

Huius & ſimilium vitanda colloquia, conuiuia, greſſus, ex quibus velut gradibus, in pares itur affectus, ſtudia paria, conatus pares. Plura documenta moralia, maxime conuiuia tangentia, vide apud Franc. Feuard. hic, vbi inter cætera, menſale hoc Mart. Lutheri canticum, ex Henrico Petro Rebenſtock, eiuſdem diſcipulo & commenſale citat. *Ego M. Lutherus vix vllam conſolationem ex morte & Reſurrect. Chriſti capere poſſum;* 5

Menſale & pingue Martini Lutheri elogium.

bonis

bonis autem corporalibus, vt edere & bibere, optime poſſum. Dignum ſane tali ganeone elogium.

SECTIO II.

Conuiuantes ſine timore.

6 SEcunda Nota: qua maxime perſtringit Adiaphoritas, negantes eſſe veri nominis peccatum in homine; ſiquod enim tale eſſet, Deo auctore, directore, & impulſore immitti atque in ipſum redundare. Hoc ergo timoris Diuini fræno excuſſo, in omnem carnis & ventris ingluuiem ſe demergentes, abdomini & veneri ſeruiebant, abſque vlla verecundia, & genuino pudore: hinc illa Tertull. in Apologet. lamentatio; *Dicimur ſceleratiſſimi de Sacramento infanticidij, & pabulo inde & poſt conuiuium inceſto, quod euerſores luminum, canes, lenones, ſcilicet tenebrarum & libidinum impiarum inuerecundia procurent.* De Carpocratianis Epiphan. *2 nota Hæret.* *Adiaphoritæ negant eſſe peccatū.*

7 hæreſ. 26. *Vbi compotârunt & venas (vt ita dicam) ſatietate impleuerunt, vir quidem concedens vxorem alteri, ad ipſam dicit, Surge, fac dilectionem cum fratre. Miſeri autem illi vbi inter ſe mixti fuerunt, & reuera erubeſco dicere quæ apud ipſos fiunt, &c. Poſtquam inter ſe permixti fuerunt per ſcortationis affectum, inſuper blaſphemiam ſuam in cælum extendunt.* Item poſt multa. *Corpora autem ſua tum muliebria, tum virilia, noctu ac diu curant, vnguentis, balneis epulationibus & ebrietatibus vacantes. Deteſtantur ieiunātem, dicentes, quod non oportet ieiunare: Principis enim qui fecit ſæculū, eſt ieiunium; verum oportere nutriri, vt corpora ſint robuſta, quo poſſint fructum reddere in tempore ſuo.* *Immundiſſima Carpocratianorū conuiuia.*

8 Similia conuiuantium Anabaptiſtarum, va-

rijs in Belgij locis fuiſſe conuenticula, in quibus extinctis lucernis, pater cum filia, cum matre filius, ſoror cum fratre, &c. promiſcue & canino coiuere modo, plures hiſtoriographi, atque oculati conteſtantur. Claudimus ergo cum D. Hieron. in c. 3. Ierem. aſſerente: *Quod omnis hæreſis propter gulam ventremque conſtruitur.* vide dicta ſup. v. 4. ſection. 4.

Nocturna & ſpurca Anabaptiſtarum conuenticula.

SECTIO III.

Semetipſos paſcentes.

TErtia *Nota*. Quum enim animarum illi ſe iactarent eſſe Paſtores, oſtendit eos non veros & ſynceros eſſe tales, ſed qui tanquam mercenarij, ſuo potius quam ouium commodo inhiarent; &, vt Tiberius apud Dionem, eas degluberent non tonderent, de quibus Ezechiel 34. 2. *Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos: nonne greges à paſtoribus paſcuntur? Lac comedebatis & lanis operiebamini. & quod craſſum erat, occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis*. Item Ierem. 12. 10. *Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam, conculcauerunt partem meam, dederunt portionem deſiderabilem in deſertum ſolitudinis.* 9

3 Nota. Hæreticorū.

Quod ſi de vllis verum eſt Pſeudopaſtoribus, certe de Lutherolatris, Caluinolatris, cæteriſque pſeudoreformati Euangelij buccinatoribus Geuſijs noſtris, procul omni dubio eſto; quippe qui apud ſuos in tantum profecerunt, vt titulo Reformatæ Relig. Euangelicæ libertatis, abolendæ Papiſtarum ſuperſtitionis, pauperum denique ſuorum alimentationis, 10

tem-

templa expilârint, ornamenta aurea (auri ergo colligendi) exuſſerint, Calices Sacros, Thuribula, Patenas, SS. Reliquiarum argenteas, aureas, pretioſiſſimis monilibus inſtructas Thecas, Monſtrantias, aliaque ter Venerand. Sacrificij vaſa, inſtrumenta ac campanas, diripuerint, fauiſſas ſacratiores prophanârint, aliena, ſcilicet Eccleſiaſtica beneficia, inuaſerint, vendiderint, in dotem matrimonialem conuerterint, & quod caput eſt rei, ijs ſe, vxores, concubinas & liberos guloſe pauerint.

Quomodo bonis Eccleſiæ ſe in Belgio pauerint hæretici.

11 Pro cujus rei fide, ad ſolitum Neochriſtianorum præambulonẽ & teſtem recurro Eraſmũ, qui in epiſt. ad Fratres German. Inferioris, nuſquam ſe maiorem luxum quam inter Euangelicos teſtatur vidiſſe. Eadem epiſt. inſimulans eos ſeditionis, ſic affatur, *An fides erat ruitura ſi fuiſſent incolumes imagines? Rurſus an non ſeditioſum, vaſa ſacra conflare in monetam? Exigere Abbates ſua ditione? Mouere magiſtratu qui veterem Eccleſiæ diſciplinam deſerere noluerunt?* Item: *Si tales ſunt Argentorati eccleſiaſtæ, magnopere gratulor ei Reip. Cæterum hæc indecore ſcribunt, qui demoliuntur aliorum extructa ſumptibus, qui occupantes Collegia ac Monaſteria dicunt;*

Teſtimo. Eraſmi de luxu Pſeudoeuãgelicorũ

Veteres migrate coloni.

12 Item epiſt. ad Vulturium in Pſeudoeuangel. *Vos ſtrenue clamatis in luxum ſacerdotum, in ambitionem Epiſcoporum, in tyrannidem Rom. Pontificis, in garrulitatẽ Sophiſtarum, in preces, ieiunia & Miſſas: nec iſta purgari vultis, ſed tolli, nec omnino quicquam in receptis placet, ſed zizaniam euellitis cum tritico, aut vt melius dicam, triticum euellitis pro zizania. At quid interim nobis profertis melius & Euangelio dignius, vt ab adſuetis recedamus? Circum-*

cum-

cumſpice pop. iſtum Euangelicum, & obſerua num minus illic indulgeatur luxui, libidini, & pecuniæ, quam faciunt ij quos deteſtamini. Profer mihi quem iſtud Euangelium ex comeſſatore, ſobrium; ex feroci, manſuetum; ex rapaci, liberalem; ex maledico, benedicum; ex impudico, reddiderit verecundum. Ego multos tibi oſtendam, qui facti ſunt ſeipſis deteriores. Hactenus Eraſmus.

Hereticus quidam Eccleſiæ campanam ad proprium vſum cõtorquet.

Vidi ego in Germaniæ limitibus, prope Walderfangen caſtrum, nomine Felſzberg, cuius 13 Dominus & Præfectus, hæretica Lutheri lue infectus, titulo quidẽ reformatę Religionis, verius autem cõmodi domeſtici, eccleſiaſticã campanulam, è vicino Cathol. templo (in quod certum ſibi ius Patronatus vel ſimile, vendicabat) ſuſtulit, atque ex editiore loco, ad famulos, bubulcos, agaſones, opiliones, aratores, meſſores, per agros quaquaverſum diſperſos & palantes, tempore prandij ac cœnæ conuocandos, ſuſpẽdit, atque adeo rem ſacram in vſum priuatum, prophanum, ſibi lucroſum, ſacrilege conuertit. verum (iuſta hæc Dei vltio videtur) dum primum ſonitum ſuſpenſa edere cogitur campana, finditur, ſonum denegat, & præten ſæ factioni redditur inutilis.

Lantgrauij Haſſiæ Reformatio.

In idem recidit Lantgrauij Haſſiæ nomine 41 edita nuper reformatio, qua Eccleſiæ calices, ex lignis deinceps cauari mandauit: aureos vero atque argenteos, vti & campanas, ad aulã, certa ſtatuta pœna, referri. Et hoc quidẽ non propter Ieſum, ſed propter eſum.

SECTIO IIII.

Nubes ſine aqua, quæ à vento circunferuntur.

15 Q*Varta nota*, qua eorum vanitatem deſignat, dum promitterent ſapientiam, veritatem, Dei virtutem, quæ tamen non habebant. Talis Simon Magus, qui magnam ſe vocitans Dei virtutem, varia circa aërem, volando; circa ignem, illæſis eum pedibus pertranſeundo, ſtatuas localiter mouendo, corpora mortua virtute progreſſiua inſtruendo, attentabat: ſed caſſo effectu & proprio interitu. Sic Carpocratiani Gnoſticos ſe, hoc eſt, ſapiētes appellabāt. Sic Manichæi lib. 3. Conf. c. 6. *Incidi* (ait D. Aug.) *in homines ſuperbe delirantes, in quorum ore laquei diaboli, & viſcum confectū commixtione ſyllabarum nominis tui & Domini Ieſu Chriſti & Paracleti; & dicebant, Veritas,*
16 *Veritas, & nuſquam erat in eis.* Sic Geuſij Religionis & verbi Dei ſe vocant Reformantes, (verius dixeris, *Deformantes*) quum nihil niſi vitæ ſuperbiam, carnis ingluuiem, munerū ambitiones, Regnorum diuiſiones, excidia, vaſtitates, bella, cædes, ſeditiones, ſcelerū libertatem, in veros principes perduellionem, verbi Diuini corruptelam, pietatis denique, veræ lucis, timoris ac Religionis Dei exterminium ſpirent. Vnde Gloſſa hic.

4 Nota: Inſipientia vana hæreticorum.

Vanitas Manichæorum.

Vanitas Pſeudoreformātium Geuſiorum.

Comparant ſe prædicatoribus pluentibus iuſtitiam, coruſcantibus per miracula: ſed ipſi ſunt nubes obſcurantes ſolem, ponentes in cælum os ſuum, peruerſa ſuperbe docendo

ſine aqua Sapientia. Tertull. lib. de præſcriptio. aduerſ. hæret. *Omnes tument, omnes ſcientiam pollicentur*, at lucernæ ſunt abſque candela.

Verum ſicut multi per *Nubes ſine aqua*, intelligunt miracula, de quibus ſe inaniter iactitabant, & inefficaciſſime exhibebant, cum Anti- 17
qui tum Neoterici Pſeudoprophetæ; inter quos & Thomas Muncerus, qui centum fere millia ruſticorum, titulo libertatis, velut in altum elato vexillo, in clerum & Principes, per Germaniam & Lotharingiã, inflammârat, eis perſuadens, ſe omnes Bombardarum glandes tormentarias, manica ſua, illæſe ideoque miraculoſe, excepturum; ita per Spiritus eas circunferentes, & à veræ pluuiæ irroratione prohibentes, inuiſibiles dæmonum intelliguntur Poteſtates, quibus conſentit Beda; *Qui* (ſcilicet hæretici) *à ventis circunferuntur, quaſi ad ſuggeſtionem ſpirituum inuiſibilium, in diuerſos vitiorum raptantur errores.*

Thomas Muncerus falſo miracula promittit.

SECTIO V.

Arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ.

5 Nota Hæreticorum.

QVinta nota, qua eoſdem Antichriſti Præambu- 18
lones vocat *Arbores autumnales*: quæ extremo Autumno, præter temporis rationem, florent, quod agricolis argumento eſſe ſolet, quo iudicant eas breui emorituras: quæ proinde vel fructus non faciunt, vel ſi faciunt, inquit Cardinal. adulterini ſunt, quia non perueniunt ad

ad maturitatem: quibus merito hæretici comparantur, vt deſperata eorum ſalus oſtendatur. Beda. *Autumni enim tempore, non ſolum poma nulla naſci, ſed etiam ea quæ nata erant matura, ſolent decidere. Cui videlicet tempori aſſimilantur hi, qui & fructus fidei ferre ipſi negligunt, & ea quæ fideles quoſlibet facere bona conſpiciunt, extirpare atque in caduca ſtudent negotia conuertere.*

Arbores autumnales.

19 Omnimoda ergo eorum infructuoſitas deſignatur, quippe qui nullum veræ pietatis, Relig. fidei, charitatis, humilitatis, caſtitatis, obſeruantiæ, deuotionis, patientiæ, obedientiæ, pacis, ſpei, manſuetudinis, &c. ſolidum producunt fructum, ſed apparentias duntaxat operum bonorum, in quibus etiam mala intentione procedunt. Quare & *Infructuoſas arbores*, eoſdem vocat, quia videlicet nec boni operis condignum meritum, nec æternæ ſalutis brauium reportant; vnde Cypr. lib. de Simplicit. Prælatorum: *Cum Deo manere non poſſunt, qui eſſe in Eccleſia Dei vnanimes noluerunt; ardeant licet flammis & ignibus traditi, vel obiecti beſtijs animas ſuas ponant, non erat illa fidei corona, ſed pœna perfidiæ: occidi talis poteſt, coronari non poteſt.* Item D. Auguſtinus contra Parmen. l. 2. c. 7. *Extra Eccleſiæ vnitatem quicquid operantur hæretici, quamuis magna diligentia, & ſolertia fieri videatur, tamen nihil illis prodeſt aduerſus iram Dei.* Itē tom. 7. Serm. de Geſtis Emeriti Donatiſt. *Extra Eccleſiam Cathol. totum poteſt hæreticus habere præter ſalutem: poteſt habere Ordinem Eccleſiaſticum, habere Sacramentū, cantare Alleluia, reſpondere Amen, tenere Euangelium, fidem Trinitatis habere & prædicare: ſolam ſalutem non poteſt habere: fundere ſanguinem poteſt ne idola colat, coronam accipere*

Omnia opera Hæreticorum infructuoſa.

accipere non poteſt. Ita fruſtraneus & vanus eſt omnium hæreticorum conatus & fructus, licet iactantiæ ac blandiloquentiæ non deſint frondes, vti honeſtioris ſubinde conuerſationis tranſitorius fucus; ſed quem breuiuſculo tempore amittunt.

Moralis doctrina de fructuoſitate Iuſtorum.

Secus de iuſto loquitur Script. Pſal. 1. 3. *Et erit* 20
tanquam lignũ quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, id eſt, tam bona opera, quum erit oportunum, proferet, quã bonorum operum mercedem, ſuo tempore, tempore meſſis reportabit. Immo quum foliorum fluxus, ſit mortis arborum ſignum, verſ. 3. *Folium eius non defluet, & omnia quacumque faciet, proſperabuntur;* ſemper quippe vireſcet in gratia, quum in laboris ſui præmiũ, ei concedatur hic gratię continuatio, quæ eſt vita quædam. Pſal. 91. 13. *Iuſtus vt palma florebit, ſicut cedrus Libani multiplicabitur;* vbi Iuſti, propter perpetuum virorem, quem nec hyeme, nec æſtate amittit, palmæ comparãtur, ſicut propter fructus ſuauitatem, firmitatem & diuturnitatem. Cedrus autem, quia ſe copioſe multiplicat, quia non putreſcit, quia folia non abiicit, quia maxime odorifera, procera, recta eſt & vmbroſa, iuſtos adumbrat, qui firmi ſunt ac ſtabiles, quia quo magis premuntur, eo altius aſſurgunt, maxime in perſecutionibus; quod enim, auctore Iuſtino in Tryphonem, in vineis eſt putatio, hoc in iuſtis eſt perſecutio. vt ergo illæ, ſui putatione, ad vbertatem prouocantur; ita Eccleſiæ filij iuſti, perſecutionibus creſcunt. Vnde Leo ſermo. 1. de SS. Petro & Paulo: *Non minuitur perſecutionibus*

Iuſtus comparatur Palmæ & Cedro.

Eccle-

Eccleſia, ſed augetur, & ſemper Dominicus ager ſegete ditiore veſtitur, dum grana quæ ſingula cadunt, multiplicata naſcuntur.

22 *Bis mortuæ.* Semel videlicet ante conuerſionẽ per peccatum mortale; ſemel poſt lapſum in hæreſin, vt vult Lyra. Cardinalis; hic, per culpam: poſtmodum, per pænam æternam. Thomas Stapleton. Quia & fructu & folijs carent, nec bene credunt, nec bene loquuntur. Feuardentius: Deo & proximo, corpore corrupti, anima peruerſi: in hoc ſæculo, in futuro. Cæterum Oecumen. ad aliud Borboritarum reſpiciens ſcelus; *Ipſi bis* (inquit) *moriuntur, ſuum fructum abiicientes ſeminis abſorptione, & caſtæ conuerſationis ornatu ſeſe priuantes.* *Hæretici arbores ſunt bis mortuæ*

23 *Eradicatæ* vero dicuntur, quia fidei & charitatis radicibus amiſſis, quia ab Eccleſiæ vnitate ſeparati, nulla opera meritoria præſtare, nec æternam Beatitud. contingere poſſunt. Tanti refert in S. Eccleſiæ gremio, pace atque vnitate permanere: vnde D. Hieron. epiſtol. ad Damaſ. Papam: *Beatitudini tuæ*, id eſt, *Cathedræ Petri, communione conſocior: ſuper illam petram, ædificatam Eccleſiam ſcio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, prophanus eſt: ſiquis in Arca Noë non fuerit, peribit regnante diluuio. Non noui Vitalem, Meletium reſpuo, ignoro Paulinum; quicumque tecum non colligit, ſpargit, id eſt, qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt.* *Hæretici ſunt arbores eradicatæ.*

24 Quintæ autem huic notæ ſimilis videtur & illa, qua Iren. aduerſ. hæreſes Valentin. l. 1. c. 33. & Epipha. hæreſ. 31. ratione peſtiferæ infructuoſitatis, comparant hæreticos fungis, dicentes: *Simonianos & multitudinem Gnoſticorum, velut à terra* *Hæretici cõparantur fungis.*

fungos manifeſtatos fuiſſe. Quorum naturam Plinius natural. hiſtor. l. 22. c. 23. deſcribens, varia eſſe fungorum genera, ſed originem nonniſi ex pituita arborum ducere affirmat.

Fungi ſunt arborum excrementa.

Primo ergo fungi, ſicut vera ſunt arborum & qui- 25
dem mortifera excrementa, ij præſertim qui ſunt ſuilli, vt Plinius ait ſup. ſic hæretici ipſiſſima ſunt florentiſſimæ Eccleſiæ excrementa. 1. Ioan. 2. 19. *Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis.* Senſus eſt; A noſtra ſeſe externa ſocietate ſegregârunt, ſed qui per internam gratiam & dilectionem, nobis firmiter coniuncti non erant. Vnde Tertull. lib. de præſcription. hæret. *De noſtro fructificant non noſtri*, ſcilicet hæretici.

Generatio fungorum non eſt à principio vniuoco.

2. *Fungi* non generantur ab alio ſuæ ſpeciei 26
vniuoco principio generante ſeu efficiente, verbi gratia, ſemine vel frutice; ſicut leo à leone, homo ab homine, vitis à vite: verum alio modo ex arborum pituita. Sic hæreſes, ſic hæretici, nunquã potuerunt, poſſunt aut poterunt per ſucceſſionem aſcendere ad Patres ſuos, id eſt, Apoſtolos, vel ad eum in quo reſidet Apoſtolicæ cathedræ Principatus, eſtque Eccleſiæ caput, Rom. ſcilicet Pontificem: quos idcirco Optat. Milleuit. l. 1. vocat *Filios ſine patre, tyrones ſine Principe, diſcipulos ſine magiſtro, ſequentes ſine antecedente, inquilinos ſine domo, hoſpites ſine hoſpitio, Paſtores ſine grege, Epiſcopos ſine populo.* Tertull. ſup. *Nemini ſuccedentes, extorres, ſine ſede vagantes.* Idem. *Cedant hæretici origines ſuarum Eccleſiarum, euoluant ordinem Epiſciporum ſuorum, ita per ſucceſſionem ab initio decurrentem, vt primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris habuerit auctorem & anteceſſorem. Hoc enim modo Romanorum*

Hæretici carêt legitima ſucceſſione.

norum Eccleſia, Clementem à Petro ordinatũ refert. Cypr. l. 1. epiſt. 6. ad Magnum, *Paſtor haberi quomodo poteſt, qui manente vero paſtore, & in Eccleſia Dei, ordinatione ſuccedanea, præſidente, nemini ſuccedens, & à ſeipſo inci-piens, alienus fit & profanus*? Idem lib. de ſimplicit. Prælat. *Ii ſunt qui ſe vltro apud temerarios cõuenas ſine Di-uina diſpoſitione præficiunt, qui ſe Præpoſitos, ſine vlla ordi-nationis lege conſtituunt, qui nemine Eiſcopatum dante, Epiſcopi ſibi nomen aſſumunt*. Deniq; D. Aug. in Pſal. contra Part. Donati; *Numerate ſacerdotes vel ab ipſa ſede Petri, & in ordine illo Patrum, quis cui ſucceſſerit, vi-dete*. Fungi ergo ſunt omnes hæreſiarchæ, nul-lum verum habentes principium vel patrem à quo generentur, præter diabolum.

27 3. *Fungi* vna nocte extruſi, breuiſſimo diei vnius ſpatio intereunt: ſic hereſes derepente natæ, citiſſime emoriuntur, iuxta illud Pſalm. 9. 8. *Periĳt memoria eorum cum ſonitu, & Dominus in æternum permanet*. Sic D. Aug. in Pſalm. 57. *Non vos terreant, fratres, quidam fluuĳ, qui dicuntur torrentes: de-currit aqua, ad tempus perſtrepit, mox ceſſabit, diu ſtare non poſſunt. Multæ hæreſes iam emortuæ ſunt, cucurrerunt in riuis ſuis quantum potuerunt, decurrerunt, ſiccati ſunt riui, vix eorum memoria reperitur*. Quod de Simonia-nis, Menandrianis, Encratitis, Baſilidianis, Aria-nis, Montaniſtis, Pelagianis, Borboritis, Nico-laitis, Nouatianis, Albigenſibus, &c. conſtat, paucis duntaxat Arianorum, Neſtorianorum, & Huſſitarum reliquiis exceptis; Lutherani vero & Caluiniſtæ per interminatas degenera-tiones, quotidianas ſubdiuiſiones, & diuerſiſſi-marum, recens iterum enatarum, falſiſſima-rumque opinionum diſſenſiones, concertatio-

Fungi vna nocte extruſi, ſtatim pereunt.

Hæreſes ſta-tim emori-untur.

 nes,

nes, ac populares ſeditiones, ad certum tendunt occaſum, vt erudite oſtendit Reuer. & doctiſſ. Dominus Petrus Cudſemius, in ſua *deſperata Caluini cauſa*.

Experiuntur hoc indies Hollandiæ, Zeelandiæ, cæterarumque Prouinciarum confæderatarum Rectores Statiſtæ, dum nullis legibus, nullis interdictis, minis, vel rationibus compeſcere, multo minùs componere poſſunt, caninum illud inter Arminianos & Gummarianos Pſeudominiſtros diſſidium, ſectarumque (in negotio Prædeſtinationis, Reprobationis, & Diuinæ prouidentiæ) extremam contrarietatem. Quare non abs re Senatus Rotterodamus, (potiores Arminianiſmo deferens partes) ante dies 20. dum hæc ſcribo, Prædicantium Gummariſtam, ſæpe concione interdictum, ſæpe minis diſtrictum, in clancularibus nihilominus conuenticulis ſuum virus diffundentem, per duos lictores prætorianos, vulgo, furum deductores, inuitum expulit vrbe. 28

Senatus Rotterodamus expellit Miniſtrũ Gummarianũ.

Diuinate viri quò talis factio tendat.

Iuxta præfatorum ergo fungorum momentaneum decurſum, concludo cum D. Hieron. Dial. aduerſ. Luciferianos: *Breuem apertamque animi mei ſententiam proferam, in illa eſſe Eccleſia permanendum, quæ ab Apoſtolis fundata, vſque ad diem hanc durat.* 29

Pulchra reſolutio in qua Eccleſia manendum.

4. *Fungi*, maximè ſuilli, ſunt pleni periculo & venenis accomodatiſſimi, ita vt certas familias & tota conuiuia, atque in ijs Anneum Serenum, Præfectum Neronis vigilum, Tribunos, Centurioneſque interemiſſe ſcribat Plinius ſupra.

Fungi ſunt periculoſi.

pra. Ex quo ſequitur ſæpius mortem nobis quã vitam aut nutrimentum propinare. Sic hæreſis, ita eſt venenoſa, ita mortifera, ita virus ſuum per animę potentias, intellectum & voluntatem diffundit, vt è centum eius guſtu venenoſo infectis, vix 2 aut 3 ad fidem ſaniorem reuertentes, pręſentiſſimam æternæ damnationis mortem euadant.

30 5. *Fungi*, ſicut appetitu potius gulæ, quam famis explendę ſumuntur: ſic hęreſin non tam ſtudium ſolidæ veritatis, quam nouellæ auiditas peperit doctrinæ. Vnde D. Auguſtinus libro de vera Relig. cap. 8. *Ex his omnibus hæretici ſiunt, qui etſi eſſent in Eccleſia, nihilominus errarent: quum autem foris ſunt, multum proficiunt, non veritatem docendo, quod neſciunt, ſed ad veritatem quærendam, carnales, & ad aperiendam, ſpiritales excitando.* Sic D. Paulus 1. ad Timoth. 6. 4. de iiſdem loquens; *Superbus eſt* (inquit) *nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones & pugnas verborum.* *Fungi ſeruiunt gulæ.*

Vide Arnald. Sorbinum homil. 11. in Iudam.

*Verſ.*13. Fluctus feri maris, deſpu- 1
mantes ſuas confuſiones, ſydera
errantia: quibus procella tene-
brarum ſeruata eſt in æternum.

PRoſequitur naturalium ſimilitudinum coloribus effigiare Pſeudoapoſtolos & hæreſiarchas, eorumque ſequaces: quibus ad extremum tenebras infernalium tormẽtorum prędicit æternas.

SECTIO PRIMA.

Fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones.

6 Nota Hæreticorum. *Natura maris.*

SExta *nota Hæreſiarcharum*, quæ eſt crudelis ſeditio, indigitatur per *fluctus feros maris*. Primo vero mare fluctuat. 2. vlulat. 3. ſpumat. Sic hæreſis primo per dubias & ſuſpectas doctrinas, incipit fluctuare & Eccleſiam mouere, debacchari, conqueri, ſtomachari in abuſus Cleri, maxime auaritiam & incontinentiam.

Progreſſus hæreſeos.

Fluctibus ſuſpectorũ dogmatum ac querelarum, ſuccedunt libellorum infamium, maledicorum, iniurijs & calumnijs refertorum horriſoni vlulatus; vlulatibus denique, rebellionum, ſeditionum, bellorum, deuaſtationum, homicidiorum, iconomachiarum, expilationũ templariũ, &c. furioſa funeſtiſſimaque ſpuma. Sic Arius in initio fluctuauit & dubitauit circa 2
ver-

verbum ὁμοούσιος, quod ſignificat conſubſtantia- *ὁμοούσιος.*
lem, filium videlicet, ingenito Patri in Trinitate. Sic Neſtorius circa nomen Θεοτόκος cœ- *Θεοτόκος.*
pit hęſitare: hæſitationum fluctibus ſucceſſerunt, in Eccleſiam & Epiſcopos, blaſphemiarũ ac maledicentię boatus, quibus ad extremũ homicidia & Prouinciarum vaſtitas. teſtibus antiquioribus Eccleſiæ ſcriptoribus, D. Athan. Baſil. epiſt. 67. ad Epiſcop. Gall. & Ital. Hilar. cōtra Conſtant. & Sozomen. hiſtor. l. 2. cap. 17. vbi diſcordias Epiſcoporum nimis curioſe verbum ὁμοούσιον, expendentium deſcribit, ſicut cap. 20. inſeq. Meletianorum atque Arianorum in vnum conuentum: *Quamquam enim* (inquit) *Meletiani cum Arianis conſpirant contra Catholicos.*
3 *Ariani & Meletiani inter ſe diſſentiebant, tamen quum viderent multitudinem ad partes ſacerdotum Eccleſiæ Cathol. deflectere, eam rapere in inuidiam, fœdera amicitiæ ipſi inter ſe iungere, commune odium inter Clerum Alexandrinum ſuſcipere, promiſcue illis contra quos deſceptabant, crimina inferre, & ſe mutuo defendere ſtuduerunt.*

4 Sic Mart. Lutherus, initio non alia de re quã *Initium hæreſeos Lutheranæ.*
peccatorum remiſſionibus, vulgo Indulgentias vocant, cœpit dubitare & dubitando diſputare, non quod legitimum earum vſum prorſus damnaret, ſed abuſum, immo verius, lucrũ, (quod Ordini ſuo ſibiq. ex Indulgentiarum promulgatione reſultare ſolebat, iamque ad ordinem Dominicanum tranſlatum videbatur) ceſſans, nam Deus venter in hæreticam factionem prodeundi, illi auctor fuit. Hinc cœpti fluctus Lutheranæ tempeſtatis. At non ſubſtiterunt, donec arrepto calamo, vlulare, Romani Pontificis auctoritatem oppugnare, librum de Miſſa An-

gulari abroganda, De Captiuitate Babyl. pergit exarare, donec infinitis poſt ſe maledicentiæ, blaſphemiæ, hæreſeos ductis abominationibus; palam & aperto Marte, ferro, flamma, cæde Eccleſ. Germanicam labefactauit, & furibunda ſeditionum ſpuma conſpurcauit.

Eandem ingreſſi viam Huldericus Zwinglius, Thomas Muncerus, Ioan. Cal. Theod. Beza, ſimileſque gregales Geuſij noſtri, qui ex primis, de Eccleſiaſticorum luxu & abuſu, querelis, ad libellos infamatorios, & maledicentiæ in Pontificios, pleniſſimos, inde ad eas cædes, bella, ſeditiones & Patriæ depopulationes (quas etiamnum experimur) ſunt progreſſi, vt Turcicam ſuperârint Tyrannidem, quam poſteri nō ſint credituri. 5

Geuſiorum in clerum Belgicum murmur.

Deſpumant autem ſuas Confuſiones, ait Beda, *quia inſtar tumentium vndarum, quanto altius ſe ſuperbientes attollunt, tanto amplius confuſi, quaſi in ſpumas leuiſſimas diſſoluuntur & pereunt.*

Deſpumatio Hæreticorū.

SECTIO II.

Sydera errantia, quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum.

SEptima nota, qua Pſeudoeuangelicorum hæreſiarcharum depingitur vanitas & inconſtantia. 6

7 Nota Hæreticorū id eſt vanitas.

Pro quo nota 2 modis intelligi poſſe hæc Sydera errantia; Primo vt capiantur pro Meteoris,

ris,quę in ſuprema,media,vel infima aëris re- *Sydera errātia vel ſunt Meteora.*
gione apparent, accenduntur, & gignuntur à
viſcoſis terræ exhalatibus, virtute ſolis verſus
ignis firmamentum eleuatis,quales ſunt; Faces,
Capræ ſaltantes, Lanceę, Sydera diſcurrentia,
Ignes fatui, Dracones volantes,Ignes lambē-
tes,Caſtores,Helenæ,Polluces,Fulgura,Come-
tæ, Fulmina, Ignes perpendiculares, Tonitrua,
&c. de quibus Ariſtot. & Philoſophi in Meteo-
ris. Tales ſunt Pſeudoeuangelici Impoſtores; *Haeretici cōparantur Meteoris ob 4 cauſas.*
7 primo quia ordinaria eorum origo,eſt vitæ prę-
cedentis, incontinentis videlicet & ingluuioſæ
exhalatio nociua, ſicut præcedentium Meteo-
rorum exhalatio terreſtris, vnde Pſal.72.7.*Pro-
dijt quaſi ex adipe iniquitas eorum,* & Hiero. in c.5.
Ierem. *Omnis hæreſis propter gulam ventremq́; conſtrui-
tur.* Vide Tho.Stapleto.in Prompt.Cathol feſto
SS.Apoſtol.Simonis & Iudæ, §. vnico, ad illa
verba, *Si ſermonem meum ſeruauerunt, & veſtrum ſer-
uabunt,*&c,vbi vnicam omnis hæreſeos radicem
tangit Chriſtus,præcedentis ſcilicet vitæ car-
nalis impietatem.

2 Meteora hæc tamdiu coruſcant,quamdiu
8 eorum materia ſubſiſtit,proxima videlicet,quę
eſt exhalatio,maior vel minor, ſpiſſior vel ra-
rior. Non ſecus hæreſis tamdiu ſubſiſtit,quam-
diu carnis ac ventris fomento,item defenſorū
conniuentia, ac patrocinio in Eſſe ſuo conſer-
uatur; quæ vbi conciderint,& ipſam emori eſt *Hæreſes carnis fomento & Principū patrocinio deficiētibus, intereunt.*
neceſſe. Neque enim Ariana impoſtura,non ſe-
cta Lutherana,tam altas hactenus egiſſent ra-
dices, niſi & iſtam Conſtantius,Valens, Iulia-
nus, Valentinianus,& hanc Saxonię Principes,
præ-

præſertim Fredericus,ſuo patrocinio muniuiſſent. Quibus proinde paulatim emortuis,& libertate graſſandi, per Conſtantinum Magnum & Theodoſ. Imperatores,alioſque Catholicos Principes, cohibitis, paulatim ad interitum tetenderunt.

Tertiò,erratica meteora,vbi annatam terre- 9
ſtreitatem ac viſcoſitatem ardendo conſumpſerunt, lumen amittunt,idque irrecuperabiliter, niſi noua materia ſubſternatur. Taliter hęreſis, vbi certorum defectuum, qui inter Catholicos,dormientibus Eccleſię Paſtoribus,obrepſerant, abſumpſerit, purgauerit terreſtreitatem; abſque ſpe reuiuiſcendi(niſi noua ſubiecti combuſtibilis diſpoſitione ſubſtrata)lumen ac principatum amittit.

4. Lanceæ, Dracones volantes, Polluces, 10
Ignes fatui,Cometæ, Caſtores, &c. reſoluti in fumũ, deſinunt in inſtanti. Idem iudicium de omnibus eſto hæręſibus,quæ licet ferro, flamma,Principum,Regum,Imperatorum,Epiſcoporumque fauore,potentia,Doctorum reſcriptis,libris,Apologijs,S.Paginæ miris verſionibus,mirifico apparatu coruſcârint per mundũ: ita nihilominus interierunt, atque ad omnimodam annihilationem ſunt prolapſæ, vt vix earundem memoria,vel quia fuerint; ſuperſit. Quæ veritas ſuo tempore de Lutheraniſmo, & eo nequiore Caluiniſmo,indies magis magiſq. ad interitum properantibus, non lento greſſu euntibus,à poſteris noſtris enunciabitur dubio procul, dum Regij vatis canora voce decantabunt Pſal.36.20. *Inimici vero Domini mox vt honoriſi-*

cati

cati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient. Et Pſal. 9. 8. *Perijt memoria eorum cum ſonitu.* Pſal. 48. 11. *Inſipiens & ſtultus peribunt*, Pſal. 9. 35. *Quæretur peccatum illius, & non inuenietur.* Hactenus de Meteoris erraticis.

11 Ceterum Beda, Oecumen. Ioan. Bernardus Felicianus, Claudius Guilliaudus, Thom. Stapleto. Ioan. Gagnæius, Dionyſ. Carthuſ. & Hugo Cardinal. vagam hæreticorum in aſſerendis mutandiſque dogmatibus ſuis, inconſtantiam perſtringi arbitrati; adeo vt inter ſe & cum Eccleſia Cathol. ſæpiſſime diſcordent, varios habentes motus erronei intellectus ac furibundæ voluntatis; per ſydera errantia, intelligunt 7. Planetas, qui proprios & varios habent motus ac reſpectus cum inter ſe, tum etiam cum ſtellis fixis firmamenti, vnde Beda, *Sydera errantia quæ ſunt ſeptem, nunquam in eodem loco vbi pridie fecerãt, ortum vel occaſum faciunt; ſed modo ad infima Zonæ Brumalis deſcendunt, modo ad alta Zonæ Solſtitialis aſcẽdunt: modo mediam Zonæ Aequinoctialis lineam repetunt. Sic nimirum ſic ſunt hæretici, qui lucem veritatis promittentes, nunquam in eodem ſtatu docendi perdurant, ſed modo ſic, modo ſic doctrinam ſuam informantes, ipſi vtique quam ſit contemnenda lucis oſtentatio quam pollicentur, inſinuant.*

Vel per ſydera errantia, intelliguntur 7. Planetæ errantes.

12 Cõcinne ergo erratici hi Planetæ exprimũt Hæreticos, propter dogmatũ ſuorum per erroresquotidianam fluctuationẽ, quippe qui nec in vniformi ſtant regula veritatis, nec in Eccleſia quaſi in orbe figuntur, ſed proprios, flante Diabolo, habent motus erronei intellectus, iuxta illud Eſai. cap. 19. 14. *Dominus miſcuit in medio*

Hæretici in ſua doctrina inconſtantiſſimi.

dit eius, ſpiritum vertiginis, & errare fecerunt Ægyptum in omni opere ſuo, ſicut errat ebrius & vomens. Pſal. 11. 9. *In circuitu impij ambulant.* Et Pſalm. 82. 14. *Deus meus pone illos vt rotam.* Vnde D. Auguſtin. contra epiſtol. Parmen. lib. 3. cap 4, *In ipſa Africa dicant Donatiſtæ Carthaginenſes, vel quicumque ſunt in ciuitate Carthaginis, quot partes per Numidiam & Mauritaniam factæ ſint de ipſa parte Donati.*

Diuiſio veterũ Hæreticorum. Quomodo vero ſubdiuiſi ſint Simoniani in Menandrianos, Saturnianos, Baſilidianos; Marcionitæ vero in Lucianiſtas, Apellianos, Seuerianos, &c. vide apud Iren. lib. 1. cap. 21. & Epiph. l. 1. tom. 3. contra hęreſes.

Subdiuiſiones & contradictiones Mart. Lutheri. Pro diuerſitate autem ſectarum, per Lutherum, non ſolum à Pontificijs, ſed etiam à ſuis diſſidentem, ſuſcitatarum, vide infra verſ. 18. ſect. vnic. num. 5. 6. 7. 8. 9. &c. Item Robert. Bellarm. Tom. 1. controuerſ. 4. General. lib. 4. cap. 10. de Notis Eccleſiæ: vbi inter reliqua, innumeras Lutheri contradictiones, à Ioanne Cochlæo in Septicipite collectas ſcribit: ſicut & alias 36 eiuſdem Sententias repugnantes, de vno articulo, id eſt, de communione ſub vtraque ſpecie, adijcit in fine, quas in variis ſcriptis Lutheri notauit Gaſpar Querhamerus ciuis Vallenſis in Saxonia. Confeſſionem vero Auguſtanam, quam Lutherani pro ſancta & fidei Regula habent, ita immutârunt, mutilârunt, & variè ediderunt, vt diuerſiſſimæ inter ſe ſint ſingulorum Annorum editiones, ipſique Confeſſioniſtæ hodie ignorent, quæ demum vera ſit Confeſſio Auguſtana.

Confeſſionis Auguſtanæ variatio quotidiana.

Diuiniſſima etiam Conſecrationis Euchari- 14
ſticæ

ſticæ verba; *Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus*, tam diuerſimode exponunt, vt eorum explicationes, ad 200 vſque excreuerint, prout bona fide Catholici quidam annotarunt. Non ergo hic verum eſt Spiritum Dei, non veritatem ſanam inuenire, quippe 1. Corinth. 14. 33. non ſuggerit inſtabiles dogmatum errores, *Non enim eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis, ſicut & in omnibus Eccleſijs Sanctorum doceo.*

200 expoſitiones heret. ſuper verbat Hoc eſt corpus meum.

15 Nihil hic dicam de extrema, erratica & capitali illa Arminianorum & Gummarianorum, amborum Caluiniſtarum, in negotio Prædeſtinat. Reprobationis & Diuinæ Prouidentiæ, contentione, omnes propemodum Hollandiæ, Zeelandiæ, aliarumque confœderatarum Prouinciarum, angulos penetrante, atque indies magis magiſque, ad ſeditioſos vſque armorum concurſus, proſerpente. Dicant lippi, dicant tonſores, dicant Alkmariani nuperam ſeditionem ciuilem, huius rei ergo, paſſi; dicant Lugduno-bataui, præſidiario milite, tanquam reali argumento, ad dogmaticas haſce diſſenſiones componendas, muniti; dicant Middelburgij noua Cacademia, hac de cauſa, per Gũmarum dotati: dicant Hagenſes Senatores, horum Antagoniſtarum erraticis diſputationibus & interminatis iurgijs, anno 1611. me fortuitò pręſente, honorati, verius vexati. Dicant Rotterodami Senatusconſulti directores, qui Gummarianum Prædicautiũ non ita pridẽ, per duos furum deductores, vrbe pepulerunt.

Diſſenſio Arminiſtarum & Gũmariſtarum per Holland. in materia Prædeſtinationis.

Nuper a ſeditio Alckmariana per Caluiniſtas.

Diſputatio Pſeudominiſtrorum Hollandia.

16 Sic agedum fratres, ſic pergite Conſiſtoriantes, ſic argumentamini Deformantes, ſic vobis mu-

mutuo Pſeudoeuãgelici ſenſum adaperite Scripturarum, ſignanter eius Eſai. 19. 2. *Et concurrere faciam Ægyptios aduerſus Ægyptios, & pugnabit vir contra fratrem ſuum, & vir contra amicum ſuum, ciuitas aduerſus ciuitatem, regnum aduerſus regnum.* verſ. 3. *Et dirumpetur Spiritus Ægypti in viſceribus eius, & conſilium eius præcipitabo, & interrogabunt ſimulachra ſua, & diuinos ſuos & Pythones & Ariolos.* Pergite, inquam, Schiſmatici Sapientiſtæ, cauſam Catholicorum non parum promouebitis, quia Hilar. lib. 7. de Trinit. teſte, *Bellum hæreticorum, pax eſt Eccleſiæ.* Pergite inquam,

Bellum hæreticorum pax eſt Eccleſia.

non intelligentes neque quæ loquimini, neque de quibus affirmatis, 1. ad Timoth. 1. 7. mutuas conciones ſeditionibus templaribus turbare, pergite Arminiani Gummarianos Cathedris eijcere & profligare. pergite ſodes, Primipili non eritis; ſtrenuos præambulones habuiſtis Magdeburgen- 17

Arminiſtæ & Gummariſtæ mutuas conciones turbant

ſes diſcordes, ſub quorum concione, auditores olim gladiũ in eum diſtrinxerunt, qui Verbum Diuinum alio ſenſu, alia mente, alia interpretatione, inexpectata opinione, detonuit ex Cathedra, atque his verbis erraticis, erraticum Prædicantem, teſte Heſhuſio vobis non ignoto, vobis confæderato, ſunt adorſi: **Du leugſt/du leugſt/du ſchelm/du boſzwicht/du dieb.** Hoc eſt: Mentiris, mentiris ſceleſte, nebulo, fur. Et iterũ alio tempore & loco. **Der alter ſchelm leugſt wie ein boſzwicht.** Hoc eſt: Inueteratus dierum nebulo mentitur. De quo Illuſtriſſ. Cardinalis Hoſius, Epiſcopus Vermienſis, Iudicio de cenſura Miniſtrorum Tigurinorum & Heidelbergenſium, ſuper dogmate contra adorandam Trinitatem in Polonia quondam ſparſo.

Seditiones templares Magdeburgenſium.

Mi-

18 Mirabere lector, ſi fidei erraticam diuerſitatem, iuxta diuerſorum principũ hæreticorum præſcriptionem, pop. Palatinum amplecti debere, enarrem: Res tamen eſt certa, experientia quotidiana. Teſtis mulier illa ſenicula, in quam olim inter Moguntiam & Berncaſſeliam Epiſcopatus Treuirenſis oppidulũ, incidi atque hoſpitio fui exceptus. Hæc me, veſtem inquam Inſtituti mei Auguſtiniani, conſpicata, effuſe ridere, corriſores adducere, refectionem noſtrã turbare. Ego vero riſus cauſam beneuole expiſcari: illa habitus mei ac ſocij inhoſpitam & peregrinam formam replicare, riſus cauſã allegare. Ego riſus inſufficientiam refutare, habitus cucullati vetuſtatem, ad centurias aliquot annorum retroagere, deducere, ſubuehere.

In Palatinatu, regula credendi eſt Principis fides.

Colloquium auctoris cũ hæretica Palatina.

19 At cui demum illa ſe noſtræ Papiſticæ Religionis aliquando fuiſſe conſortem, adeoque floſculorum ſerta, in publica Proceſſione, vulgo Theophoria dicta, in iuuentute, ter Venerand. *Corporis Domini noſtri Sacramento*, prætuliſſe, libere reſpondit. Verum fide Principis Spaenheimenſis poſtea mutatâ, Euangelium (hoc eſt Lutheraniſmum) poſtremo denique huius Palatini Comitis, tanquam Domini ſui, fidem Zwinglianam, fuiſſe amplexam.

At cui triplicem hanc fidem, cum D. Paulo Epheſ. 4. 5. *Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptiſma*; hoc eſt German. idiomat. **Ein Herr/ ein glaube/ ein Tauffe/** intuli expreſſe pugnare. Inferenti vero mihi, in hæc fere verba ſubriſit, **Die leudt muſſen glauben gleich wie die hern.** Hoc eſt, Fides vaſallorum, fidei Principum eſt conformanda,

com-

commenſuranda. Sed cui ego eidem Germanico germane inſiſtens tenori; **Die leudt werden auch nach dem Teuffel lauffen gleich wie die Herrn.** Senſus eſt: Eadem menſura & ratione, vaſallos diabolo ceſſuros qua Domini. Quo dicto, amice dimiſſi ſumus. Sed qui non parum demirabamur, horum Syderum errantium, fidem ſalutemq; ſuam, Principum fidei, quotidianæ penè mutationi obnoxiæ, concredentium inconſtantiam atque interminatam mutabilitatem.

Inſtabilis ſimplicitas Palatinorū.

At quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum. 20
Scilicet in inferno, vbi nulla eſt redemptio: vnde Beda. *Recte in tenebras tormentorum mittentur æternas, qui in Eccleſiam Dei ſub nomine lucis, tenebras inducebant errorum. Merito procella percellentur ſuppliciorum, qui in ſimilitudinem tempeſtatum marinarum, pacem fidelium turbabant.*

Iuſta punitio Dei contra hæreticos.

Verſ.

Verſ. 14. Prophetauit autem de his, ſeptimus ab Adam Enoch, dicens: Ecce venit Dominus in Sanctis millibus ſuis.

ᵃ QVod dixerat Pſeudoprophetis reſeruatam in æternum eſſe tenebrarum procellam, & pœnarum afflictionem: confirmat nunc vaticinio Sancti Patriarchæ Enoch, olim vaticinati repoſitũ illis eſſe grauiſſimũ ſupplicium à Deo in extremo iudicio mundi infligendum.

Quaſi dicat, Non eſt quod vos eorum aduentus, perſecutio, factio, mala vita, blaſphemiæ, falſa doctrina, contra iuſtos valentia humana, &c. conſternet, ſunt enim à Deo tales præuiſi, ob certas, Diuinæ Prouidentiæ cognitas cauſas permiſſi, à SS. Patriarchis, vti hic Noë, prædicti, & ad pœnas æternas, poſt iudicium extremum, inferendas, reſeruati.

SECTIO PRIMA.

ᵃ Prophetauit autem de his, ſeptimus ab Adam, Enoch.

SCiendum 1: Enochum ſeptimum Patriarchã ab Adamo hic numerari, videlicet in linea, non Cain, de quo Gen. 4. 17. *Cognouit autem Cain vxorem ſuam, quæ concepit & peperit Henoch*; ſed in linea Sethi, de quo Gen. 5. 18. *Vixitque Iared centũ ſexaginta duobus annis, & genuit Henoch*, & verſ. 24. *Quis & qualis fuerit hic Enoch.*

 Ambu-

Ambulauitque cum Deo & non apparuit, quia tulit eum Deus.

Quo verò eum tranſtulerit, licet D. Chryſoſt. 3
homil. 22. in epiſt. ad Hebr. curioſum & ſuper-
fluum iudicet inquirere, maxime ſiquis longiſ-
ſimas de conſiſtentia Paradiſi, diſputationes
texat; tamen res aliquo modo videtur certa, nã
Eccli. 44. 16. dicitur: *Henoch placuit Deo, & tranſ-
latus eſt in Paradiſum*; abſque morte ſcilicet in-
termedia, nõ quidem in cęleſtem, qui tum nec-
dum patebat, ſed terreſtrem, in quo poſitus fuit
Adam vt operaretur & cuſtodiret eum, prout
docent Patres; Iren. l. 1. aduerſ. hæreſ. c. 5. dicit
Enoch & Heliam; *Trãſlatos eſſe in Paradiſum in Eden
contra Orientem.* Hieron. epiſt. aduerſus errores
Ioannis Hieroſol. *Henoch tranſlatus eſt in carne: Eli-
as carneus raptus eſt in cælum: necdum mortui & Paradiſi
iam coloni, habent quoque membra cum quibus rapti ſunt
atque tranſlati. Quod nos imitamur ieiunio, illi poßident
Dei conſortio.* D. Auguſt. de peccator. merit. & re-
miſſio. l. 1. cap. 3. *Ita fortaſſe in Paradiſo paſcuntur* (He-
noch & Helias) *ſicut Adam, priuſquam propter peccatum
exinde exire meruiſſet.* Supponit ergo in Paradiſo 4
eſſe terreſtri, atque etiamnum in corpore viuẽ-
tes ſupereſſe, vt expreſſe Tertull. de Enoch lib.
aduerſ. Iudæos: *Enoch iuſtißimum, non circumciſum, ne-
que Sabbathizantem de hoc mundo tranſtulit, qui necdum
mortem guſtauit, vt æternitatis candidatus, iam nobis oſten-
deret, nos quoque ſine legis onere Moſi, Deo poſſe placere.*

Enoch trãſlatus eſt in Paradiſum terreſtrem, vti & Helias.

Enoch & Helias adhuc viuunt.

Qualis autem eorum in Paradiſo ſit vita, in-
digitat D. Auguſt. ſup. de peccator. merit. & re-
miſſ. c. 3. vbi poſtquam hominem in Paradiſo
docuiſſet ſenectute non fuiſſe grauandum: *Ta-*

lem,

lem, ait, *puto habitudinem adhuc in corpore animali atque mortali, etiam illis qui ſine morte hinc tranſlati ſunt, fuiſſe conceſſam. Neque enim Henoch & Elias per tam longam ætatem, ſenectute marcuerunt, nec tamen credo eos iam in illam ſpiritualem qualitatem corporis commutatos, qualis in Reſurrectione promittitur, quæ in Domino prima præceſſit: niſi quia iſti fortaßis nec his cibis egent, qui ſui conſumptione conficiunt; ſed ex quo tranſlati ſunt, ita viuunt, vt ſimilem habeant ſatietatem, illis 40 diebus, quibus Elias ex calice aquæ & ex collyride panis, ſine cibis vixit: aut ſi & his ſuſtentaculis opus eſt, ita fortaſſe in Paradiſo paſcuntur, ſicut Adã priuſquam propter peccatum exinde exire meruiſſet: habebat enim, quantum exiſtimo, & de lignorum fructibus refectionem contra defectionem; & de ligno vitæ ſtabilitatem contra vetuſtatem.* Vide D. Hiero. ſup. epiſt. 61. paulo poſt primam auctoritatem. *Tanto tempore* (ait) *in eodem permanent ætate qua rapti ſunt, & tamen nec cibis, nec vxoribus indigent.* *Qualis vita ſit Enoch & Heliæ in Paradiſo.*

5 *Sciendum* 2. Euſeb. hiſtor. Eccleſ. lib. 7. cap. 26. circa medium, libri Enoch mentionem facere, in quo certę nempe regulæ ac præceptiones tradantur, quæ declarent primũ menſem apud Hebræos circiter Æquinoctium eſſe. Eiuſdem libri meminere D. Aug. lib. 15. de Ciuit. cap. 23. D. Hieron. in 1. cap. ad Titum. Orig. homil. 28. in Num. & Tertull. ſup. quæſt. 2. procemial. propoſit. 1. refutat. 3. argumenti. Quicquid ſit de libri huius ſcriptore, quem Enochum fuiſſe aſſerit Franc. Feuard. ſed negat Dionyſ. Carthuſ. art. 2. arbitratus hęc veriſſima verba Henoch Patriarchę à D. Iuda allegari, non quia in libro ab ipſo compoſito atq; apocrypho contineantur, ſed quia Deo reuelante ſciuit, ea ab ipſo Patriar- *Quis ſcriptor libri Enoch.*

cha eſſe prolata, ſicut & Moyſes aliqua verba Abrahæ recitat, quæ Deo reuelante nouerat ab Abraham eſſe pronunciata.

Liber Enoch qui circumfertur eſt apocryphus.

Hoc certum eſt, & librum iſtum qui nomine Henoch circumfertur, apocryphum eſſe, & tamen per eius citationem, epiſtolæ Iudæ auctoritatem non infirmari: quod poſterius ſicut fuſius demonſtratum eſt ſup. quæſt. 2. proœmial. ita prius indubitate cum Gelaſ. Papa Decretal. 1. part. diſt. 15. cap. *Sancta Rom. Eccleſia*, aſſerit Beda hic; *Attamen ſciendum*, inquit, *quia liber Henoch de quo illam* (ſententiam) *aſſumpſit, inter apocryphas Scripturas ab Eccleſia deputatur; non quia dicta tanti Patriarcha abijci vllatenus poſſint, aut falſa debeant æſtimari: ſed quia liber ille qui ſub nomine eius offertur, non vere ab illo ſcriptus, ſed ſub titulo nominis eius, ab alio quodam editus videtur. Si enim vere eius eſſet, non eſſet fidei ſana contrarius. Nunc autem quia multa incredibilia continet, in quibus illud eſt de gigantibus, quod non habuerint homines patres, ſed Angelos; merito doctis claret, non eſſe viri veracis ſcripta quæ mendacio ſordent. Vnde & hac eadem Iudæ Epiſtola, quia de apocrypho libro teſtimonium habet, primis temporibus à pleriſque reijciebatur; tamen auctoritate iam & vetuſtate & vſu meruit, vt inter Sanctas Scripturas computetur: maxime quia tale teſtimonium de apocrypho Iudas aſſumpſit, quod non apocryphum ac dubium, ſed vera lucis lucida eſſet veritate conſpicuum.* Hactenus Beda.

Iudæ Epiſtola cur aliquando pro apocrypha habita.

Cæterum dum refutat, Gigantes non habuiſſe homines patres, ſed Angelos; per Angelos, Diabolos incubos, certum eſt intelligere. vide Gloſſ. ordinar. & Cardinal.

E quibus corollarie ſequitur, in primis Eccle-

ſæ initijs, fidem & dona, quę gratuita dicuntur, in Sancta Dei ciuitate fuiſſe, vt colligit noſter Greg. Nunnius Coronel, l. 2. de Optimo Reip. ſtatu, c. 1. Tanta eſt Dei bonitas, tanta prouidentia, vt nullo tempore, nullo ſtatu hominum defuerit ſaluti, ſed nunc prophetando, nunc terrendo, nunc promittendo, nunc ſuauiter alliciendo, ſpem, metum, amorem, adinſtar benigni Patrisfamilias ingenerârit cordibus humanis; vt non immerito de illimitata hac Dei ſapientia ac prouidentia acclamare poſſimus cum Sapient. cap. 8. 1. *Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.*

Fides & dona gratuita fuerunt in Eccleſia ab initio mundi.

Non tamen Hugo Cardinal. cenſet Enochū prophetam abſolute dicendum.

SECTIO II.

Ecce venit Dominus in Sanctis millibus ſuis.

EX abrupto terribilem & patentem Domini aduentum ad Iudicium, hæc verba Enochi promittūt, eodem prorſus modo quo D. Ioan. Apocal. c. 1. 7. *Ecce venit in nubibus.* Vbi cum hoc, tum illud, *Ecce*, duobus modis explicari ſolet, primo vt ſignificet certitudinem Aduentus & euentus. quaſi dicat, Tam certum eſt Dominum aliquando venturum, & pœnas de his impijs Pſeudoprophetis in iudicio acriter ſumpturū, ac ſi res ad oculum demonſtrari poſſet. Vnde & vtitur verbo, *Venit*, temporis præſentis, idque

Expoſitio vocula Ecce.

 pro-

propter certitudinem luminis prophetalis, ſi-
cut Pſal. 21. 17. *Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea. Ipſi vero conſiderauerunt & inſpexerunt me; diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.* Quibus verbis hęc
manuum pedumque foſſio, oſſium dinumera- 10
tio, inſpectio ſcilicet nuditatis humanæ, veſtimentorum diuiſio & ſortis miſſio, tanquam ſi in Chriſto crucifixo expletæ tum de facto fuiſſent, à Dauide producuntur, propter certitudinem euentus, quum tamen multo pòſt tempore realiter eueniſſe ſit certum. Quod ipſum in alijs fere infinitis Scripturis recurrit.

Scriptura vtitur tempore præſenti & præterito pro futuro, propter certitudinē euentus.

2 Vt ſignificet tempus præſens. quaſi dicat, 11
Dies iudicij præ foribus eſt, cito ac breui aderit Dominus, iudicium contra impios hos impoſtores habiturus: quia omne tempus quantumuis longum, licet ad mortalem hanc ętatē collatum, ampliſſ. durationem in ſe inuoluere videatur, tamen æternitati comparatum, quaſi vnius horæ celerrime volans eſt momentum, teſte Dauide Pſal. 89. 4. *Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna quæ præterijt.*

DOGMA PRIMVM.

Sicut dies Iudicij certa conſideratione bre- 12
ui eſt affuturus; ita nullum ei certum anni vel ſæculi terminum à ſcientia humana præſcribi poſſe.

Quando Chriſtus veniet ad iudicium.

IOſephus Acoſta lib. de tempor. nouiſſ. pulchram ex D. Aug. tradit conſideratione͂, quia

dies

dies Iudicij breui affuturus, cuiq; propinquus & Dominus cito perhibeatur venturus, licet alioqui nemo Mathematice certam (extra art. Diuinæ reuelationis) eius habeat ſcientiã. Quia nimirum dies mortis non longe abeſt ab vnoquoque noſtrum: talis autem quiſque reperietur in iudicio, qualis à morte comprehendetur in vitæ ſuæ nouiſſimo die. Digna plane homine Chriſtiano doctrina, quæ non paruum ei timorem incutere deberet. Vnde D. Aug. epiſtol. 80. ad Heſychium. *In quo (ait) quemque inuenerit ſuus nouißimus dies, in hoc eum comprehendet mundi nouißimus dies: quoniam qualis in die iſto quis moritur, talis in die illo iudicabitur. Ac per hoc vigilare debet omnis Chriſtianus, ne imparatum inueniat eum Domini Aduentus. Imparatum autem inueniet ille dies, quem imparatum inuenerit ſua vita huius vltimus dies.*

Cõſideratio. Quomodo Iudicij dies cuiq; breui ſit affuturus.

13 Nihil proinde homini Chriſtiano vtilius, quam ſæpe cogitare, imminere ſibi extremum illum iudicij diem & tempora nouiſſima de quibus hic Enoch; nã quod ad nos attinet, tunc nobis mundus hic præſens finitur, quum vita noſtra finitur.

Vtilis doctrina.

Scio vero aliquos humana auiditate deceptos, in eam progreſſos eſſe præſumptionem, vt diem, annum, vel ſæculum perituro definierint mundo; at qui euidentiſſimo erroris ac temeritatis ſe periculo expoſuerunt.

Quorundã temeritas, in deſignando certo Iudicij die.

14 Narrat D. Aug. infr. quoſdam à partu Virgineo Mariæ, aſſeruiſſe annos 400. alios 500. alios 1000. ſupereſſe vſque ad extremi Iudicij diem. At quorum omnium merito irridet audaciam libro 18. de Ciuitat. cap. 53. Sic Beguinarum & Begardorum Princeps Petrus Ioannis, neſcio

Error Petri Ioannis. qua computatione dierum Danielis mille trecentorũ triginta quinque, deceptus, affirmare non eſt veritus, anno 1335. Antichriſtum Regni ſui finem habiturum. Alius eiuſdem farinæ propheta in annum 1340. Antichriſti tempus extendit, de quibus Acoſta lib. 1. de Temp. Nouiſſ. c. 3.

15 *Lutherani hallucinantur circa certum Iudicij diem.* Sane Cochlæus in Actis Lutheri anno 1533. ſcribit vltimi ſæculi Luthericos prophetas, tam conſtanter aſſeruiſſe, illo anno extremum affuturum iudicij diem, immo & ipſum in indiuiduo diem determinâſſe, vt multi nec ſerere voluerint nec arare; quorum omnium falſitatem ac mendacitatem, exitus comprobauit, His ergo miſſis ridiculis ſciolis;

Diei iudicij certa ſcientia Deo ſoli reſeruatur. Dico, nec hic à D. Iuda, nec alibi certum diem, menſem, annum vel ſæculum aſſignari extremi iudicij diei; quia & huius rei infallibilem ſcientiam ſibi Dominus tanquam Iudex reſeruauit, & vt eum ſuſpectum ſemper haberemus, ſalubriter ac prouide ordinauit. vnde Apo- 16
ſtolicam hac ſuper re inſtitutam curioſitatem, his verbis Chriſtus Act. 1. 7. compeſcendam putauit: *Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate.* In quę verba D. Aug. ſup. *Non vtique illi de hora vel die, vel anno, ſed de tempore interrogauerant, quando illud accepere reſponſum. Fruſtra igitur annos qui huic ſæculo remanent, computare ac definire conamur, quum hoc ſcire non eſſe noſtrum, ex ore Veritatis audiamus. Quos tamen alij 400. alij 500. alij etiam mille ab Aſcenſione Domini, vſque ad vltimum eius Aduentum compleri poſſe dixerunt. Quemadmodum autem quiſque eorum aſtruat opinionem ſuam, longum eſt demonſtrare & non*

Digitized by Google

non neceſſarium: Coniecturis quippe vtuntur humanis, non ab eis certum aliquid de Scriptur. Canonica auctoritate profertur. Omnium vero de hac re calculantium digitos reſoluit, & quieſcere iubet ille qui dicit, Non eſt veſtrum ſcire
17 *tempora, &c.* Item ille qui Angelis hanc denegat ſcientiam, Marci 13. 32. *De die autem illo vel hora, nemo ſcit, neque Angeli in cælo, neque Filius, niſi Pater.*

Angeli neſciunt certum extremi Iudicij diē.

Quomodo vero certa quædam Chriſti apparitio mirifica in monte Oliueti, quibuſdam olim dederit occaſionem opinandi tum affuturum Iudicij diem, vide Baron. tomo 5. anno Chriſt. 419. n. 106.

DOGMA II.

De loco Iudicij Extremi.

18 VLtimi Aduentus locum, docet prophetia Ioelis, c. 3. 2. *Congregabo omnes gentes & deducam eas in vallem Ioſaphat, & diſceptabo cum eis ibi ſuper pop. meo, & hæreditate mea Iſrael, quos diſperſerunt in nationibus, & terram meam diuiſerunt.* Tradunt enim Geographiæ Sanctæ periti, Monti Oliueti (in cuius vertice Chriſtus cum Sanctis ſedebit iudicaturus) hanc maximam vallam Ioſaphat ſubiectam eſſe, idque prope vrbem Ieroſolymitanam: quæ proinde omnia corpora excipiet iudicandorũ; cũ diſcrimine tamẽ. Beata quippe dote incorruptibilitatis & agilitatis inſtructa in aëra Chriſto obuiam rapientur: damnata vero, vt pote craſſa, fœtida, corruptiſſima, atque inſtar plumbi grauia, terræ adhæreſcent, donec ipſa

Extremi Iudicij locus erit vallis Ioſaphat.

Chriſtus ſedebit in vertice montis Oliueti.

ficio Redemptionis,ad regnum admittimur,illi iudicio præſideat.

20 Et hoc eſt quod dicitur Actor.10. 42. *Præcepit nobis prædicare pop.& teſtificari, quia ipſe eſt qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum & mortuorum.* Ioan.5.22. *Neque enim Pater iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio*, quia videlicet actum externum iudicandi,ſolus filius per humanam naturam, velut inſtrumentum,exercet. Item verſ.27. *Poteſtatem dedit ei*(filio) *etiam iudicium facere, quia filius hominis eſt*, quia nimirum ad honorem humanæ naturæ,dedit Pater humanitati filij, poteſtatem viſibiliter iudicandi. **Pater omne iudiciū dedit filio.**

21 Quare D. Aug.tom.10.de verb.Domini ſermon.64. *Iudex hic erit*(inquit)*filius hominis, forma illa hic iudicabit,quæ iudicata eſt. Audite & intelligite, iam hoc Propheta prædixerat Zachar.12. Videbunt in quem pupugerunt. Ipſam formam videbunt quam lancea percuſſerunt. Sedebit iudex qui ſtetit ſub iudice: damnabit veros reos,qui factus eſt falſus reus. Ipſe veniet,forma illa veniet. Hoc & in Euangelio habes. Cum ante oculos diſcip. ſuorū iret in cælum, ſtabant illi & attendebant, & ſonuit vox Angelicā,Viri Galilæi quid ſtatis,&c. Hic Ieſus ſic veniet, quomodo vidiſtis eum euntem in cælū. Quid eſt,Sic veniet? In ipſa forma veniet.* Vide eundem de Trinit. l. 1. c.13.In Ioan.tract.21.de Ciuitat.Dei li.20.c.30. Tom.2.epiſt.85. ad Heſychium & 112.ad Paulinam. Item tom.9.tract. Ioan.76.in & Symbol.ad Catechum.l.2.& 3.c.8.& l.3.c.7.& alibi.

DOG-

Verſ. 15. Facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt, & de omnibus duris quæ locuti ſunt contra eum peccatores impij.

SECTIO VNICA.

1 TAnta eſt dæmonis aſtutia in decipiendis hominibus, vt ſaluberrimam doctrinam & fidei articulum, quo firmiter poſt carnis Reſurrectionem, vniuerſale totius mundi per Chriſtum inſtituendum, credimus Iudicium, quorundam impoſtorum mentibus exemerit; quo, ſtante hac infidelitate, tanto facilius in omnem vitiorum abyſſum homines præcipitet, quanto minus pœnā aliquam propter illa infligendam, ſibi perſuaderent. Hunc errorem Philaſter tribuit Borboritis ſeu Gnoſticis, Florianis, Manichæis, & Proclianitis, de quo vide Alphonſ. à Caſtro, aduerſus hęreſes lib. 8. §. Iudicium. Quamuis Arnald. Sorbinus homil. 15. in hanc Canonic. epiſt. D. Iudæ, exiſtimet Apoſtolum hic procedere contra eoſdem, non tam extremi iudicij diem eſſe, aſſerendo, quàm veri nominis peccatum, ex ſana doctrina extremi iudicij, in quo commiſſa delicta grauitur punientur, concludendo. Qua miſſa difficultate,

Diabolus tollit fidem Iudicij extremi.

2 *Dico*; Fidei Cathol. certitudine certum eſſe, haben-

Articulus fidei de extremi die Iudicij.

Digitized by Google

habendum aliquando Iudicium extremum, vt patet ex prędictis, aliiſque plurimis Script. locis. Cui conſonat Symbolum fidei conditum in Conc. Nicæn. *Venturus eſt iudicare viuos & mortuos*: & concil. Conſtantinopolit. *Sedet ad dextram patris, inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos.* Vnde & Iudas: *Facere Iudicium*, ſcilicet condemnationis, *contra omnes & arguere omnes impios*, videlicet reprobos, qui non pœnituerint, nec in gratiæ ſtatu ex hac vita deceſſerint.

Diſcrimen inter impiũ & peccatorem

Vbi Oecumenius & ex eo Felicianus, differentiam notant inter impium & peccatorem, quod impius contra Deum directius peccet; peccator vero in ijs quæ ad vitam ſpectant à iuſtitiæ ſcopo recedat.

Hos ergo arguet & eos conuincet qui prius latebant; *De omnibus operibus impietatis eorum quibus impie egerunt*, ſcilicet contra Dei legem ac cultũ commiſſis, quantumuis occultis, paruis & magnis, non ſolum de infidelitate, prout moderni docent hæretici; quaſi ſola illa futura ſit æternæ damnationis cauſa.

Immo *de omnibus duris quæ locuti ſunt contra Deum*, id eſt, de omnibus blaſphemiis quas irreuerenter euomuerunt in Deum, falſo de eo eiuſque attributis loquẽtes & docentes. Si enim de omni verbo ocioſo quod locuti fuerint homines, in die iudicij, teſte Domino Matth. 12. infallibiliter reddituri ſint rationẽ, quanto magis de ſacrilegis blaſphemiis, quæ ſunt duriſſima verba.

Iudicium extremum erit exactiſſimum.

Sciendum ergo primo: Perfectam omniũ actuum, etiam internorum, voluntatis, memoriæ, & intellectus, ſenſuum internorum, externorumque,

que, contra Deum, proximos & noſipſos commiſſorum, habendam in iudicio rationẽ, prout veteres Prophetæ cum Apoſtolis docuerunt, Sophon. 1. 12. *Et erit in tempore illo: ſcrutabor Ieruſalẽ in lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in fecibus ſuis, qui dicunt in cordibus ſuis: Non faciet bene Dominus, & non faciet male.* Nahum 3. 5. *Et reuelabo pudenda tua in facie tua, & oſtendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.* Item 1. Corinth. 4. 5. *Quoaduſque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit conſilia cordium.* hoc eſt, Intentiones ipſas & cogitationes, quinimo culpabiles omiſſiones, quando immenſa Dei iuſtitia nihil indiſcuſſum, nihil relinquet irremuneratum. vnde Matth. 25. 41. *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius, eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non dediſtis mihi potum,* vbi non actus poſitiui, ſed negatiui arguuntur.

5. *Sciendum* 2. Iudicium hoc fore inexorabile, nec vlli appellationis locũ admiſſurum: Placatus quidem eſt aliquando Dauid, quãdo pro inſipido Nabale Abigail ſupplex interceſſit; at in hoc Iudicij die, nullus erit interceſſioni locus, quod ex Script. his verbis pulchre deducit Chryſoſt. homil. 22. ad pop. Antiochenum. *Vide non indutum veſte nuptiali, ex ſponſali domo expulſum, & neminem pro illo intercedentem. Vide talentum habentem creditum & non negotiatum, & quomodo pro illo intercedit nemo. Reſpice mihi quinque virgines excluſas, & æquales pro ipſis non deprecatas.* Inexorabilitati ergo ſubditur concinne æternitas pœnæ ſup. Matt. 25. 41. *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum,* de qua D. Aug.

Iudex Chriſtus erit inexorabilis.

Æternitas pœnarum inferni.

Aug. l. 21. de Ciuit. c. 9. *Quod de ſempiterno ſupplicio* (inquit) *damnatorum per ſuum Prophetam Deus dixit; fiet omnino, fiet: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Et poſtea, *Gehenna illa quæ etiam ſtagnum ignis ſulphuris dicitur, corporeus ignis erit, & cruciabit corpora damnatorum, &c. cum ſpiritibus: Dæmones autem ſpiritus ſine corporibus hærentes, ſumendo pœnam, non impertiendo vitam corporalibus ignibus.*

Io. Cal docet iudicium extre. non fore peccatoribus terribile, modo fiduciam habuerint ſpecialem.

3. *Corollariè* ſequitur ex prędictis falſam eſſe Ioan. Caluini doctrinã l. 2. inſt. c. 16. §. 18. vbi ſolam fidem ſuam ad ſalutẽ neceſſariã firmaturus, adeoque Chriſtum in extremo Iudicio de credentibus in eum vtcumq; peccatoribus, non vt terribilem & iratum iudicem, ſed vt clementem Redemptorem atque Aduocatum, clementem ſententiam laturum, probaturus: *Hinc egregia* (ait) *exoritur conſolatio, quod penes eum, iudicium audimus eſſe, qui nos ſibi in iudicando, honoris conſortes iam deſtinauit, tantum abeſt, vt in condemnationem noſtram ſit conſenſurus. Quomodo enim perdet pop. ſuum clementiſſimus Princeps? Quomodo membra ſua caput diſſiparet? Quomodo ſuos clientes Patronus condemnaret?* Et poſt pauca: *Non modica certe ſecuritas, quòd non ad aliud tribunal ſiſtemur, quam Redemptoris noſtri, à quo ſalus ſit expectanda. Præterea quod ille, qui per Euangelium nunc æternam Beatitud. promittit, tunc ratam promiſſionem iudicando facturus eſt. Ergo in hunc finem Pater filium honorauit, omne iudicium illi deferendo, vt ita conſcientijs ſuorum terrore iudicij trepidis conſuluerit.* Sic catulus Caluini Beza, confeſſio. fidei cap. 6. eidem ſubſcribens: *Qui crediderint* (inquit) *ſicut ex fidei fructibus conſtabit, fient Chriſti cohæredes.* 4

Sed fallimini ambo fiduciarij aſſertores, 7 dum

dum diem hunc ab omni vacuum terrore aſſerentes, ſalutarem emendandæ vitæ timorem, tremorem & ſollicitudinem Chriſtianis cordibus eclipſatis. Nunquam legiſſe videmini Sophon. 1. 15. *Dies iræ, dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris ſuper ciuitates munitas & ſuper angulos excelſos*: id eſt, ſuper peccatores potentes, in malitia ſua gloriantes; non tantum propter incredulos, aut fiducia veſtra ſpeciali non inſtructos. Opera, Opera, Opera, non fides, non illuſoria fiducia veſtra, ſunt, quorum inibi habenda ratio tanta, tantum iudicium, examen tam rigoroſum.

Dies Iudicij omnino terribilis.

Refutatur doctr. Caluini.

8 *An non, qui non credit, iam iudicatus eſt*, Ioan. 3. 18. An non *omnes nos* (qui de facto credidimus) *aſtare oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque prout geſſit in corpore, ſiue bonum ſiue malum*, 2. Corint. 5. 10? Quæ autem ibi mentio Incredulitatis, ſi ob eam ſolam inferenda damnatio? An non clauſa ianua regni cæleſtis, quinque fatuis dicitur virginibus, *Neſcio vos*, quia oleum in vaſis ſuis habere noluerunt, non quia in fide aut ſpe defecerunt, quippe quæ ſponſum expectârunt? An non carens veſte nuptiali mittitur ligatis pedibus & manibus in tenebras exteriores, non tam fidei (ex cuius dictatione ad cœnam comparuerat) quã charitatis aut bonorum operum defectu? An his qui filio hominis in Maieſtate comparente ad iudicium, erunt à ſiniſtris, interminaturus eſt Chriſtus horribilem illam ſententiam, *Ite à me maledicti in ignem æternum*, quia rectam fidem, omiſſis miſericordiæ operibus,

Opera maximè in iudicio examinabuntur.

 non

non tenuerunt,& ſacrilegæ fiduciæ veſtræ ſpeciali non adhęſerunt ? Neutiquam , neutiquam. Contrarium quippe verum eſſe, Matthæus cap.25.affirmat.

Dicite autem ſodes, producite quæſo Script. locum,in quo,ob ſolam incredulitatem,ſoliuſque fiduciæ ſpecialis defectũ,pœna extremi Iudicij diſtringatur ęterna.Non ego legi,non SS. Patres,non moderni Theologiæ Doctores:opera autem mala vere credentiũ, ſed fidem condignis operibus non exornantium,diſtrictæ illi Iudicis extremi ſententiæ ſubiacere , obnoxiaque manere,plena eſt Pagina Sacra, pleniſſima Prophetarum oracula.

D.Gregor. contra Caluinum.

Concludo ergo cum D. Greg. Moral.l.14.c. 34 *Vitari terror iudicis,non niſi ante iudicium poteſt;modo non cernitur,ſed precibus placatur.Cum vero in illo tremendo examine ſederit in Maieſtate ſua, & videri poteſt, & placari iam non poteſt , quia facta prauorum quæ diu ſuſtinuit tacitus, ſimul omnia reddet iratus.*

Plura vide apud D.Thom. Stapleto.Prompt. Cathol.Dom.1.Aduentus.

Verſ.

Verſ. 16. Hi ſunt murmuratores querulosi, ſecundum deſideria ſua ambulãtes, & os eorum loquitur ſuperbiam, mirantes perſonas, quæſtus cauſa.

1 REdit Thaddæus noſter ad alias Impoſtorum Pſeudoeuangelicorum Notas, paulo ante allegatum Sancti Enoch vaticiniũ, introductas, ita vt quinque nouis coloribus eoſdem exprimat ad viuum, quo eorundem vitemus ſtudium vitæ & diſciplinæ. Dicit ergo primo.

SECTIO PRIMA.

Hi ſunt murmuratores.

COntra Dei videlicet Iuſtitiam, Bonitatem & Prouidentiam, contra Apoſtolos; ſe nolle eis, at Chriſto duntaxat immediate ſubiacere, dicentes; contra Dei Miniſtros, Eccleſiæ Paſtores, & Prælatos, cauillantes eorum circa mandata & diſciplinæ Eccleſiaſticæ præſcriptionem rigorem, auſteritatem, oneroſas traditiones,
2 cęremonias, imperioſitatem; nolentes ſubiacere legibus ieiunij, & à certis ciborum generibus abſtinentiæ ſalutari; ſe in libertatem Euangelicam à Chriſto Redemptore aſſertos, Iuſtis non eſſe legem poſitam, continentiam eſſe impoſſibilem, vti votorum, Pœnitentiæ ac ſatisfactionis impletionem, & ſimilia plura, quę deli-

Ars hæreticorum, murmurare in Deum & Dei vice fungentes.

catuli ac carnales Gnoſtici, Borboritę, Encratitæ, humeris ſuis, humeris debitæ obedientiæ, excipere detrectant. Quorum proinde apud Epiphan. hęreſ. 26. ſpurciſſima vox extat: *Oportet nos nutriri, vt corpora noſtra ſint robuſtiora, quo poſsint fructum reddere in tempore.*

Turpiloquium Borboritarum.

3 Quos tamen ab hiſce murmurationibus coërcere deberent pœnæ, quas rebelles Iudæi ob ſimile delictum, Exod. 16. 17. Num. 11. & 21. dederunt. An non Core, Dathan, Abiron viuos abſorbuit terra? An non Maria ſoror Moyſi percuſſa lepra? An non diuerſis ab Ægypto, tranſmigrationis locis, in Moyſen cum murmure exurgens Pop. Iſraeliticus, diuerſis plagis eſt afflictus? Non ſic impij, non ſic.

Vltio Diuina de murmuratoribus.

Sapientem ergo cap. 1. 11. monentem audiamus, *Cuſtodite ergo vos à murmuratione quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguæ, quoniam ſermo obſcurus in vacuum non ibit; os autem quod mentitur, occidit animam.*

4 Caueant proinde ſibi maledici Simoniani, qui Simonem vt magnā Dei virtutem venerabantur: caueat ſibi Caluinus, qui Deū ad peccata impellentem, deſtinantem, ac conſequenter peccati auctorem, aſſerere non veretur; caueant ſibi in Diuinā clementiam crudeles Gummariani, Caluiniani, qui Deū omni fera efferatiorem reddentes, maximā hominum partem deſtinatò, ſine præuiſione peccati originalis vel actualis, ſolum ad Iuſtitiæ ſuæ in condemnando oſtenſionem, creâſſe ac reprobâſſe affirmant. Quo ſane crudelius nihil de immenſa illa Bonitate aſſeri poſſe reor.

Murmura blaſphema hæreticorū.

S E-

SECTIO II.

Queruloſi.

5 SEcundus color Ectypi Pſeudoapoſtolorum, qui eſt amare ſchiſmata, criminari, ſeditiones excitare, accuſare nunc Eccleſiaſticos, nunc Principes temporales, conqueri de iniurijs ſibi & Euangelio ſuo (quod geſtiunt propagare) illatis, de remoris iniectis, accuſare bonos; quippe qui nihil magis oderunt, quam vitam pacificam & quietam, ſternere vero ſcandala & diſſenſiones animorum: quorum proinde omnium typum optime expreſſit Primogenitus Diaboli Iudas Iſcariotes, dum piæ obſtitit Magdalenæ Chriſtum inungentis, obſeruantiæ, dicens, vnguentum illud, vtilius in vſum pauperum foreconuertendum: perditionem enim eſſe & inutilem rei profuſionem, de quo Matth. 26.

Querelæ Hæreticorũ ad ſchiſmata tendunt.

6 Horum obſtreperas, perjculoſas, adeoque peſtiferas querelas, garrulitatem, ſpiritum cõtradictionis, &c. longa experientia edoctus Tertull. *Hæretici* (ait lib. de præſcript. aduerſ. hæreſ.) *in ipſo congreſſu firmos fatigant, infirmos capiunt, & medios cum ſcrupulo dimittunt*, vt non immerito D. Paulus omni diligentia moneat cauendos, ne quidem *Aue* eis apprecando.

Periculoſa hæreticorũ querela.

Donatiſtas de Imperatoribus, iuſtiſſimo eos ſupplicio afficientibus, grauiter fuiſſe conqueſtos, auctor eſt D. Aug. tom. 7. contra epiſt. Parmen. l. 1. c. 7. *Audet conqueri*, ait, *Parmenianus, quod eos*

Donatiſtæ conqueruntur de Imperatoribus.

Conſtantinus ad campum, id eſt, ad ſupplicium duci iuſſit; qui victi apud Eccleſiaſticos iudices, nec apud ipſumque dicebant, probare potuerunt, & adhuc in S. Eccleſiæ præciſione, ſacrilego furore ferebantur: & hoc eum tanquam inaniter iuſſiſſe, Hiſpano Oſio ſuggerente, criminatur, ſuſpicionibus videlicet ſuis, ſicut ſemper, damnando inauditos. Et paulo poſt. *Nos corporum perſecutores vocant, ſe animarum interfectores non vocant, cum priuata licentia nec corporibus parcant.* Item contra lit. Petiliani lib. 2. cap. 83. *Cum viuatis* (ô Donatiſtæ) *vt latrones, mori vos iactatis vt Martyres.*

Item eodem l. cap. 61. exprobrat ipſis, quod 7 Epiſcopos Catholicos compararent cum Phariſæis; *Nec propter illos*, inquit, *Phariſæos, quibus nos non per prudentiam, ſed per maledicentiam comparatis, præcepit Dominus deſeri Cathedram Moyſi, in qua vtique figurabat ſuam, dicens, &c.*

Similes fuiſſe Montaniſtarum & Arianorum querelas de rigore Honorij, Arcadij, & Bonifacij, varijs locis docet Aug. vide Epiſt. 50. ad Bonifac. & Tract. de precept. & plagis.

Mart. Lutheri inuidioſa querela contra Papam.

Accedit Lutherus, qui in Aſſertio. Theuton. 8 articulo 16. rogat Bohemos per Chriſtum Dominum noſtrum, vt in ſuo ſenſu de Communione ſub vtraque ſpecie, maneant, nec Romanum Tyrannum atque Antichriſtum (ſic Papam vocat in inuidiam) hac in re curent. Ibidem Papam, omneſque ei ſcienter adhærentes criminatur, quod propter vnam ſpeciem, hæreticos feriat anathematis enſe. Item; Inuito Papa, debere vtramque ſpeciem ſumi; immopropterea talem communionē ſumi debere, quia ille prohibuerit, & per idip-

idipſum ei reſiſtatur. Item epiſt. ad Argentinenſes: *Hoc diffiteri nec poſſum, nec volo; Quod ſi Carolſtadius aut alius quiſpiam, ante quinquennium, perſuadere mihi potuiſſet, in Sacramento præter panem & vinum, eſſe nihil, ille magno beneficio me ſibi deuinxiſſet; grauibus enim curis anxius, in hac excutienda materia multum deſudabam, omnibus neruis extenſis me obtricare & expedire conatus ſum, cum probe perſpiciebam, hac re Papatui valde me incommodare poſſe.*

9 Sane Ioan. Caluinus in vnica Inſtitut. præfatione, ad Galliæ Regem Franciſc. directa, multis doctrinæ ſuæ innocentiam proteſtatur: queritur, partim aduerſariorum ſuorum, ſcilicet Papiſtarum, factione & potentia violenter deiectam, partim mendaciis, technis, calumniis fraudulenter oppreſſam: purgat ſe à nouitate doctrinæ, à Patrum contemptu, laudabilis conſuetudinis vituperio, veteris Eccleſiæ prætenſo occaſu, denique tumultibus & diſſidiis, ratione doctrinæ ſuæ Euangelicæ, ſubingreſſis: tandemque his verbis concludit: *Si ita aures tuas occupant maleuolorum ſuſurri, vt nullus ſit reis pro ſe dicendi locus, importunæ vero illæ furiæ, te cõniuente, ſemper vinculis, flagris, equuleis, ſectionibus, incẽdijs ſæuiũt; nos quidẽ velut oues mactationi deſtinatæ, ad extrema quæq. redigemur, ſic tamẽ vt in patientia noſtra poßideamus animas noſtras, & manum Domini fortẽ expectemus, quæ indubie tempore aderit, &c.* *Ioan. Caluini querela contra Papiſtas.*

Vah hominem Religioſum, ſcrupuloſum, patientem! *Vah meritũ patientiæ Caluini.*

10 Quam ſcabioſas autem de Catholicis, vltimi ſæculi Pſeudoeuangelici buccones, Lutherani, Caluiniani, Geuſij, &c. depoſuerint querelas, vt, Quod S. Scripturæ (quilibet fide- *Querelæ ſcabioſæ Geuſiorum de Catholicis.*

 lium

lium, & cibus animæ ſpiritalis) lectionem vernaculam populo interdicant, preces publicas & Officium Diuinum, extranea lingua decantent, Chriſti fideles à Saluatore, in libertatem Euangelicam aſſertos, iteratò Antichriſti tyrannidi papali ſubijciant, plures Mediatores ſtatuant, &c. vide Thomam Stapleton. Promptuar. Cathol. Dominic. 7. poſt Pentecoſt. §. 3.

Querela Vrbani Regij, Haeretici.

Conſimiles Vrbanus Regius 3. part. Operum, diſputat. 2. de Schiſmat. huius ſæculi ſect. 1. 2. 3. &c. euomens querelas; *Euangelij (inquit) prædicandi auctoritas nobis ſub Papatu Romano per manuū impoſitionem vocationemque eſt data; poſtea quū eorum & vitia, & ſectas contra fidem ſanam inuectas reprehenderemus, à Pontificijs ſumus excommunicati. Quam iniuriam toleramus exemplo Apoſtolorum, qui in Iudaiſmo nati, circumciſi, & educati, poſtea tamen ad prædicandum à Chriſto miſſi, Phariſæos, Scribas & eorum Traditiones libere reprehendebant.* O ſcrupuloſum & perperam Religioſum reprehenſorem. 11

Geuſij queruntur de vitijs, beneficijs diuitijs Cleri.

Venio ad vos, ô Geuſij Deformantes; quantos & quam ſeditioſos in Clerum noſtrum Belgicum, in vitam deſidem (ſic nobis inuidi) Monachorum, in beneficia Canonicorum diuitias Abbatiarum, non in bonum finem, non recta intentione pauperes alendi; at ventrem veſtrum Iſcarioticum exſaturandi, ediidiſtis ploratus? *Vos ſtrenue* (ait Eraſmus ad Vultur. ſupr.) *clamatis in luxum Sacerdotum, in ambitionem Epiſcoporum, in tyrannidem Romani Pontificis. At quid interim nobis profertis melius & Euangelio dignius, vt ab ad ſuetis recedamus?* Et paulo pòſt. *Excuſſiſtis aliquot* 12

Geuſij cupiunt beneficijs Cleri ventrem ſaturare.

quot locis Epiſcopos, Canonicos ac Monachos, ſed muſcas tam propemodum ſaturas, ac pro his ſiticuloſas adſciuiſtis. Cum quo, vt vno verbo concludam, *Alienam manticam, veſtra neglecta inſpexiſtis.* ***Adagium.***

13 Farinam eandem deguſtârant fœderati illi, qui anno 1566. ſub nomine veri Euangelij Filij Dei (verius Caluini) in Comitijs Auguſtanis, prudentiſſ. Imperatori Maximiliano ſupplicem obtulerant libellum, in quo grauiter de promulgatione Concil. Trident. & Inquiſitione Hiſpanica queruntur: eundem obteſtantes, vt Regi Philippo ſe præbeat monitorem, ne ſanguinem piorum Euangelicorum effundere pergat, hac enim occaſione, vltionem Diuinam, contra ſe domumque Burgundicam exarſurã. ***Caluiniſtæ queruntur de Concil. Tridentino & Inquiſit. Hiſpanica.***

Vnde non paulo poſt, videlicet 5 April. An. 1566. multi ex nobilibus fœderatis Bruxellã allapſi, Illuſtr. Belgicarũ Prouinciarũ Gubernatrici Parmenſi ſupplicem obtrudunt libellum, quo inter cęteras querelas, Edictorum ad Inquiſitionem ſpectantium, moderationem & prorogationem deprecabantur: quum ſæpe ſæpius ante populo perſuaſiſſent, Inquiſitionem pernicioſam eſſe, immo non modo alienam à ratione, Diuiniſque & humanis legibus aduerſam, ſed quæ omnem etiam vincat ethnicorum Tyrannorum crudelitatem. ***Confœderati Caluiniſtæ offerunt Gubernatrici Parmenſi libellos queruloſos.***

14 Verum quum Gubernatrici tum fortuito adeſſet Piæ Memor. Comes Barlamontius, Aurei velleris Eques, ei metum eximens; *Ce ne ſont que Geux*, inquit. Hoc eſt, Parce metu Domina, nihil enim aliud ſunt iſti quam *Geux*, id eſt, mendici & homines viles. Inde illi arrepta occaſione, ſe

Geuſiorum vel Geuzarum nomen unde.

Geux,ſeu Geuzas vel Geuſios paſſim nũcupârunt, vſque in præſentem diem. Immo paulo poſt,quidam ex primariis, praui illius fœderis nobilibus,in publico epulo, iam apud omnes vulgatiſſimũ illud, *Viuent les Geux*, viuant Geuſij, Bruxellæ proclamauit, hauſto ſimul è vaſculo ligneo,quo vtuntur mendici,vino. Quinimo & veſtes ſibi coloris cineritij adaptârunt, caudas vulpinas, loco redimiculi, ex galeris ſuſpenderunt, ad latus autem lignea iſta vaſcula appenderunt,vt ſolent mendici; quorum etiam vaſculorum laminis argenteis, hęc verba: *V. Aprilis* 1566.*Viuent lex Geux*, inſcripſerunt.

Viuent les Geux, unde natum.

Signa Geuſiorum.

15 At de his furibundis Lutherocaluiniſtarum Geuſiorũ querelis ſatis. Plura qui volet, legat Laurentium Surium Commentar. breui rerum in orbe geſtarum, anno 1566. Item Illuſtriſſ. Cardinal. Staniſl. Hoſium lib. 2 de legitimis Iudicibus rerum Eccleſiaſt. circa medium, vbi egregię Brentij & aliorum hæreticorum perſtringit morem, qui eſt, de Cleri vitiis & abuſibus libenter loqui.

SECTIO III.

Secundum deſideria ſua ambulantes.

Carnalis vita Hæreticorum.

16 TErtius color Impoſtorum Pſeudoapoſtolicorum; qui eſt proprias affectiones ſequi, & carnalem ducere vitam, de quibus Philippen. 3. 18. *Multi enim ambulant, quos ſæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos Crucis Chriſti, quorum finis*

finis interitus, quorum Deus venter eſt. Quicquid enim agunt, loquuntur, ſapiunt; caro, carnaleſq; ſunt affectus, nihil proferunt ſpiritale, nihil quod mentem eleuet in Deum, quod à vitiis retrahat, ad virtutem promoueat.

Merito proinde D. Chryſoſt. in Matth. cap. 24. Homil. 48. eos comparat ſerpentibus, diuerſis quidem quoad corporeitatem & phyſiognomiam externam; conuenientibus tamen quoad ventris conſtitutionem & ordinem progrediendi; omnes enim ventre terræ innixo progrediuntur. Ita hæreſeon omnium diuerſiſſimæ mentes, capita & ſententiæ extreme diſſidẽtes; quæ tamen in vna eademq. ventris ac gulæ fundantur ingluuie: *Omnis* (ait Hiero. in cap. 3. Ierem.) *hæreſis propter gulam ventremque conſtruitur.* 1. Corinth. 2. 14. *Animalis homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei, ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere.* Pſalm. 106. 18. *Omnem eſcam abominata eſt anima eorum, & appropinquauerunt vſque ad portas mortis.* Pſal. 72. 7. *Tranſierunt in affectum cordis.* Q. D Quicquid voluptuoſum & carni delectabile, corde expetiuerunt, conſecuti ſunt in hac vita.

Hæretici, ratione gulæ, comparãtur ſerpentibus.

17 Epicuros huiuſmodi, Clem. Alex. exhortatio. ad gentes, piſciculis qui petris marinis adhæreſcunt, confert: *Alij*, inquit, *homines qui mundo adhæſerunt, vt piſciculi quidam, qui vocantur φῦκια, petris marinis; contemnũt immortalitatem. Sicut ſenex Ithacenſis, qui non veritatem & cæleſtem patriam, & eam etiam quæ vere eſt, lucem deſiderabat, ſed fumum.* vide ſup. verſ. 4. ſect. 4.

Carnales comparãtur piſciculis adhæreſcẽtibus petris marinis. φῦκια.

SE-

SECTIO IIII.
Os eorum loquitur ſuperba.

QVartus color ectypi Pſeudoapoſtolici, quẽ 11
Tertull. l. de Præſcriptio. aduerſ. hæret. exprimens: *Omnes tument*, inquit. Simon Magus quippe ſe magnam vocabat Dei virtutem. Alij ſe ſolos Deum noſſe iactabant, vnde & Gnoſticorum, hoc eſt, Sapientiũ & intelligentium, denominationem acceptârunt. Alij neminem niſi in ſua ipſorum Religione ſaluandũ, paſſim concrepabant. Sabellius ſe Moyſen vocitabat, Aaronem vero fratrem.

Poſteriori ſæculo nec ſua defuit Gnoſticorũ Pſeudoprophetarũ iactantia, & ſuperbia pluſquam Thraſonica; quandoquidem noui Lutheraniſmi & Caluiniſmi Pſeudominiſtelli, ſe Euangelicos, Reformantes, Meliuſ-illuminãtes, Perfectiſtas, purum Euangelium tenentes, Reſtauratores, Sapientiſtas, Religioſos, vulgo, *De la Religion*, &c. elato cothurno appellârint, de quibus Eſa. 5. 21. *Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes.* Nec mirũ, quia mẽbra ſunt illius, de quo Dan. prædixit 11. 36. *Et eleuabitur & magnificabitur aduerſus omnem Deum, & aduerſus Deum Deorum loquetur magnifica.*

Superbia noſtrorum Pſeudoreformantium.

Vnum præ reliquis audito elatiſſimum Lu- 19
therum, qui in præfat. lib. aduerſus falſo dictum Stat. Eccleſ. abſolute pronunciat; propter certiſſimam certitudinem, nolle ſe, doctrinæ ſuæ veritatem, ab vllo, etiam Angelo, iudicari; omnibus denegari ſalutem qui eam non amplectuntur; ſuũ iudiciũ, Dei Opt. Max. eſſe iudiciũ.

Stupenda ſuperbia Mart. Lutheri.

Item

Item eodem lib. a. 1. Sibi certo iactat conſtare quod Chriſtus eum nominet Euangeliſtam, habeatque pro tali. Item Chriſtũ, non alium, eſſe doctrinæ ſuæ Magiſtrum; Doctrinam ſuam, purum & merum eſſe Chriſti Euangeliũ; ipſum eidem in magno Iudicij die teſtimonium perhibiturum. Item libro contr. Henricum 8. Angliæ Regem, art. 4. certam ſibi promittit ſcientiam doctrinæ è cælo allatæ; eam proinde non
20 tam ſuam, quam Chriſti nuncupandam, nec aliqua contradictione deturpatam. Dolere ſe quod Wormatiæ vſque adeo coram Cæſare Auguſto Carolo V. ſe humiliârit, vt in dogmatum propriorum dijudicatione, iudices admiſerit atque audierit. Non debuiſſe tam ſtultam humiliationem admittere. Offerre ſe duellũ omnibus promiſcue dæmonibus & hominibus, ſi ſuam euertere valeant doctrinam. Se omnes infernalibus adiudicare tormentis, qui aliter quam ipſe docuit, docere præſument. Se obligare ad perpetuo in doctrina ſua permanendum. Rurſus in aſſertion. Theuton. art. 16. obteſtatur Bohemos per merita Chriſti, quatenus in ſua opinione, de Communione ſub vtraque ſpecie perſiſtāt, nec Rom. Tyranno (Pontificē intelligit) quicquam hac in re cedant. curent.

Pœnitet Lutherum humilitatis.

Ioan. Caluin. ad miraculum vſque ſuperbus arroganſque, à Caſtalione admonitus, vt certa quędā paradoxa & fālſa, de *Deo velut peccati auctore*, ab ipſo aſſerta retractaret, vel ſi falſa eſſent, refutaret; quaſi peccatum atrociſſimum foret eiũs doctrinam vel extremo digito attingere, ſtatim lib. Apologeticum luce donat, cum hac inſcript.

Arrogantia Ioa. Caluini.

Cal. non fert monitorem Caſtalionem.

hac inſcript. *Breuis reſponſio ad diluendas nebulonis cuiuſdam calumnias, quibus doctrinam de Æterna Dei Prædeſtinatione, fœdare conatus eſt.* Prima autem Sententia Caſtilioni oppoſita hæc eſt. *Multos doctrinæ meæ eſſe Aduerſarios neque ignoro neque miror, quia nouum non eſt, Chriſto, ſub cuius auſpicijs milito, multos blaterones obſtrepere. Hoc tantum nomine doleo, quod per latus meum configatur ſacra illa & æterna Dei veritas, quam reuerenter à toto mundo ſuſpici adorarique decebat.* vbi deteſtabile illud, de *Deo peccati auctore*, inuentum, quod Deum transformat in Satanam, iactare, æternam Dei veritatem, à toto mundo ſuſpiciendam atque adorandam, audacter præſumit. O ſcelus, ô linguam abominandam!

Auctor eſt Hieron. Bolſecus in vita eiuſdem cap. 13. Eum ſub concione in has voces prorumpere ſolere, *Ego Propheta ſum. Ego Dei Spiritum habeo. Ego à Deo miſſus ſum. Ego errare non poſſum: & ego ſi erro, tu es Deus qui me propter peccata huiuſce pop. in errorem mittis & decipis, &c.* Horum ergo & aliorum Pſeudomagiſtellorum neotericorum, *Os loquitur ſuperba*: ſicut & illa blaſphemarum linguarum conuitia; *Trotz, Trotz, in deſpectum Papæ, in deſpectum Concilij*; quæ ſui temporis hæreticis familiariſſima fuiſſe, refert Staniſlaus Hoſius l. 1. de *Expreſſo Dei verbo*, circa finem. 22

Portentoſa Caluini ſuperbia.

Superba verba. Pol Hæreticorũ.

SECTIO V.

Mirantes perſonas quæſtus cauſa. 23

Hæretici aſſẽtãtur quæſtus gratia.

QVintus omnium Pſeudoeuangelicorũ color ac penicillus, eſt, aſſentari Principibus,

bus, matronis, Gubernatoribus, eoſque maximis titulis (in quibus dandis ſunt liberales) ſpe lucri & quęſtus, honorare, perſonas hominum accipere, eas ſcilicet quas nituntur ineſcare, vel ineſcatas & ſeductas retinere.

Gręcus textus habet: *θαυμάζοντες πρόσωπα*, quaſi dicat, Admiratores perſonarum; in ordine ſcilicet ad vtilitatem temporalem, non ad Deum, Dei cultum, ſui vel proximi ædificationem. vnde id quod ante dixerat, eos *mercede ſicut Balaam effuſos* fuiſſe, nunc apertius explicat, dum vocat admiratores perſonarū, vtilitatis cauſa; hoc eſt, Eos qui in dignitate conſtituti ſunt, adulatione proſequentes; de quo Oecumenius.

24 Talis praxeos dexteritate præditum fuiſſe Marcum quendam Valentinianum, blanditiis & adulationibus ſuis, certas honeſtas & purpuratas matronas, in hæreſeos naſſam pertrahentem, refert Iren. l. 1. c. 89. *Participare te volo* (aiebat) *ex mea gratia. Locus tua magnitudinis in nobis eſt, oportet nos in vnum conuenire, ſume primū à me & per me gratiam, adaptare vt ſponſa ſuſtinens ſponſum ſuum, vt ſis quod ego, & ego quod tu. Ecce gratia deſcendit in te, aperi os tuum & propheta.*

Marcus Valentinianus, aſſentator

Egregie palponem agit apud Franciſ. Galliæ Regem Ioan. Caluinus, in ea quā 4 Inſtitut. libris præmiſit præfatio. vbi varijs Nobiliſſimi, Illuſtriſſimi, Sereniſſ. Inuictiſſimi, &c. præiactis fucis; & aures & animū eius, ad iuſtum ſui euocat patrocinium: *Præſertim*, inquit, *vbi de re tanta agitur; nempe quomodo Dei gloriæ ſua conſtet in terris incolumitas, quomodo ſuam dignitatē, Dei veritas retineat, quomodo Regnum Chriſto ſartum tectumq; inter nos maneat.*

Caluinus aſſentatur Franciſco Galliæ Regi.

Digna

Digna res auribus tuis, digna tua cognitione, digna tuo tribunali. Siquidem & verum Regem hac cogitatio facit, agnoſcere ſe in Regni adminiſtratione, Dei miniſtrum, &c. Tandem concludit, *Dominus Rex Regum, Thronum tuum iuſtitia ſtabiliat, & ſolium tuum æquitate Illuſtriſſime Rex.*

Pſeudoeccleſiaſtes quidā turpiter Populo aſſētatur.

Pari hunc paſſu ſequitur Pſeudoeccleſiaſtes 26
ille, de quo Staniſl. Hoſ. de Legitim. Iudicib. rerum Eccleſiaſt. l. 2. Is rudis licet fuerit & indoctus, tamen quum ex ijs libris ad pop. concionē haberet, quos ei mercatores & opifices nonnulli ſuppeditauerant, non mediocrē ſibi gratiā & auctoritatē apud imperitā multitudinē conciliârat. Quærebat ergo ex illo Staniſlaus, qui fieret, quod quum eſſet in templo populus, nulla prorſus in eo pietatis & Religionis ſigna apparerent? Immo non ſecus ac ſi nullis Chriſtianæ fidei myſterijs initiati forent, ita ſe gererent: adeo vt plerique ne caput quidem aperirent, ſi quando Sacrum Chriſti corporis & ſanguinis myſterium oſtenderetur. Reſpondit ille, non ſua id fieri culpa, ſæpe enim ſe contra eos hac de cauſa, ex cathedra in Eccleſia detonuiſſe, verum proficere nihil. Sed, 27
agedum, inquit, iam meos ſermones audîſti, dicito ſiquid in eis reprehenſione dignū occurrit; lubens correctorem admittam. Reprehendenti verò Illuſtriſſ. Cardinali, quod quum ſancta eſſet hebdomada, qua ſoleant homines ſua per auricularem confeſſionem expiare delicta, & ad Sacroſ. altaris accedere Sacramentum, is ne verbulo quidem Pœnitentiæ vel Euchariſtiæ Sacramentorum mentionem feciſſet. Subintulit

tulit ille. *Siquid iſtis* (ait) *dicerem, quod in libellis ſuis non haberent, derepente cunctiſe proriperent de Templo.* Cui Staniſlaus: Tu ergo ea de ſuperiore prædicas loco, quæ continentur in libris quos ipſi tibi ſuppeditant, quorum exemplaria & ipſi domi ſuæ habent, & non ea potius quæ præſcribit Epiſcopus, qui & ipſe tibi librum miſit, iuxta quem populũ inſtitueres? Nunquid non æquius eſſet ab Epiſcopo tuo te doceri, quales tibi Sermones ad pop. habendi eſſent, quam à lippis & tonſoribus, quam ab aliquo de fæce vulgi? At miſer obſtupuit, res enim nimis abſurda, legis Doctorem ab imperiti vulgi & popelli iudicio pendere, atque ad illius nutum Sermones accommodare. Verum pinguiores illæ lucri & turpiſſimi quęſtus braſſicæ, guttur atque palatũ, cum eius tum illi ſimilium, præoccupârant. *Libellatius Eccleſiaſtes.*

28 Quibus coronidis loco exititios illos & Apoſtaticos Geuſiorum adijcio Pſeudominiſtros, qui hodie per Holland. Zeelandiam, cæteraſque confæderatas Prouincias, nunc Arminij, nunc Gummari, nunc Lutheri, nunc Caluini, Satanicum ex cathedra detonant Cacangelium, detonant impoſturam, prout alterutra aptiorem pinguiori culinæ offæ, aut pop. Dominorumue mundano fauori, viam ſternit. *Aſſentatio Pſeudominiſtrorum per Hollandiam Zeelandiam &c.*

29 At quos Iudas Iſcariotes prælata pecuniarij quæſtus face, iampridem præceſſit cum Simone mago, qui Magicis præſtigijs ſuis incredibiliter Samaritanos dementârat, vt eorum turgidiores crumenas emulgeret. Sic Marcus apud Iren. ſup. *Ipſa* (mulier ſcilicet ab hoc impoſtore ſeducta) *exinde Prophetidem ſeipſam putat, & gratias agit* *Iudas Iſcariotes primipilus omnium petuniariorum aſſectatorum.*

Marco, qui participauit ei ſuam gratiam , & remunerare eum geſtit , non ſolum ſecundum ſubſtantiæ ſuæ dationem, vnde diuitiarum copiam magnam collegit, ſed & ſecundum corporis copulationem, & ſecundum omnia vniri ei cupit, vt cum eo deſcendat in vnum.

Abominatio Adulationis.

Definitio Adulationis. NOta ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 115. art. 1. & 2. 30
id blandiendi genus, quo quiſpiam in familiari conſuetudine, dictis, vel factis alterum contra decorem & rationis præſcriptionem , alicuius commodi temporalis conſequendi intentione , &c. ſtudet oblectare , adulationem nuncupari.

Adulatio mortalis. *Venialis.* Eſt autem *Adulatio mortalis*, ſi alterius , cui abblanditur, vel extollat delicta, vel animum lædat, vel ruinæ alicuius occaſionem præbeat. *Venialis* autem ſi vel cauſa delectandi, vel commodi alicuius conſequendi , adulatio inſtituatur, Quorum ratio eſt, quia Charitati tripliciter con- 31
trariatur; vno modo ratione materiæ, vt quum alterius laudat peccatum : id enim amori Dei, cuius Iuſtitiam homo loquitur, repugnat, ſicut & dilectioni proximi quem in peccato fouet, vnde reatum peccati contrahit mortalis. 2. modo ratione prauæ intentionis, vt puta dum quis alicui adulatur ad hoc , vt fraudulenter ei noceat vel in corpore vel in ſpiritu , quod etiam eſt peccatum mortale. 3. modo per occaſionē, ſicut dum laus adulatoris fit alteri occaſio peccandi, etiam præter expreſſam adulatoris intentionem. Et in hoc conſiderare oportet vtrum

ſit

ſit occaſio data vel accepta , & qualis demum ruina ſequatur, ſicut à ſimili in ſcandalo contingit: verum ſi ſola auiditate vel alios delectandi, vel mali euitandi, vel boni cuiuſpiam, maxime in neceſſitate , conſequendi , alteri aduletur, quum charitati non reclamet, veniale duntaxat eſt peccatum. Quę ſumma doctr. eſt D. Thom. ſup.

32 Cæterum non mediocri in SS. literis Adulatio ſubiacet deteſtationi, ideoq. ex omnis timorati viri corde longius proſcribenda. Ecquid enim aliud præ ſe ferunt comminatoria illa Eſai. 5. 20. verba? *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras.* Item verſ. 23. *Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus.* Prouerb. 27. 6. *Meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oſcula odientis.* Ezechiel. 13. 18. *Væ qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus.* vbi Gloſſa ſuauem intelligit adulationem. Ad Galat. 1. 10. *An quær hominibus placere?* *Adulationē deteſtantur Scriptura.*

33 . Conſentiunt Patres, qui graphice ſemper in Adulatores debacchantur. D. Hieron. ſuper illud Prouerb. cap. 1. 10. *Si te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis,* adulatores vocat *hoſtes & ſcintillas Diaboli.* Item in cap. 4. epiſt. ad Galat, *Hæc eſt conditio veritatis, vt eam ſemper inimicitiæ perſequantur, ſicut per Adulationem, pernicioſæ amicitiæ comparantur. Libenter enim quod delectat, audimus, & offendit omne quod nolumus.* D. Aug. ſuper Pſal. 9. *Adulantium linguæ ligant homines in peccatis, delectat enim ea facere, in quibus non ſolum non metuitur reprehenſor, ſed etiam laudatur operator.* Et l. 2. contra lit. Petilia. *Adulatio fallax, crudelis eſt.* *Patres inuehuntur in Adulatores.* *Adulatores ſunt ſcintillæ diaboli.*

Beda ſuper Lucam l. 1. *Ipſa peccati auctrix Adulatio, quæ, ſicut oleum flammis, in culpa ardentibus ſolet adminiſtrare fomentum.* Ambroſ. l. 2. de Offic. *Emolliri Adulationibus non ſolum fortitudinis non eſſe, ſed etiam ignauiæ videtur.* Gregor. l. 18. Moral. c. 3. *Sunt nonnulli, qui dum malefacta hominum laudibus efferunt, augent quæ increpare debuerant. Hinc per Prophetam dicitur, Væ qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis. Ad hoc quippe ſub cubito puluillus, vel ceruical ſub capite iacentis ponitur, vt molliter quieſcat. Quiſquis ergo male agentibus adulatur, puluillum ſub cubito, vel ceruical ſub capite iacentis ponit, vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quieſcat.*

Ethnici deteſtantur adulationē.

Quantum vero Adulationis ſit damnum, 34 quantum virus & dedecus, etiam ipſi Gentiles intellexere Poëtæ & Philoſophi: vnde Phocylides.

Phocylides.

Μὴ δ' ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νόον, ἄλλ' ἀγορεύων.

Id eſt:

Noli aliam occultare in corde ſententiam, & aliam proferre.

Martialis.

Martial. Epigrammat. l. 1. ad Gargilianum.

Munera quod ſenibus viduiſque ingentia mittis,
Vis te munificum Gargiliane vocem?
Sordidius nihil eſt, nihil eſt te ſpurcius vno,
Qui potes inſidias dona vocare tuas.
Sic auidis fallax indulget piſcibus hamus:
Callida ſic ſtultas decipit eſca feras.
Quid ſit largiri, quid ſit donare, docebo,
Si neſcis: Dona Gargiliane mihi.

Ariſtoteles.

Accedit Ariſtot. lib. Rhetor. & Ethic. *Adulationem,* inquit, *recipere & adulari, deteſtabile eſt. Laudare*

dare præſentes, adulatoris eſt. Omnes blanditores obſequioſi, ſeruiles & humiles ſunt. Amatores adulationis, iniuſti ſunt.

35 Refert Laërt. lib. 6. c. 1. Antiſthenem aliquando dixiſſe, ſatius eſſe incidere in coruos quam paraſitos: hi enim viuentis animum corrumpunt, illi ſolum mortui corpus. Cui egregie conſonat illud Sigiſmundi Imperatoris facinus heroicum apud Æneam Syluium l. 1. Cōment. de reb. geſtis Alphonſ. Is enim quum odio haberet Adulatores, cuidam ſupra modum eum laudanti, & dijs ſimilem eſſe dicenti, alapas impegit; dicentique illi, Cur me cædis Imperator? *Cur me* (ait Sigiſmundus) *mordes adulator?* *Apophthegmata de adulatione.*

36 Non ergo immerito apem, adulatoris Hieroglyphicum ponit Eucherius, vtpote quę mel in ore habeat, in occulto vero caudæ, ſpiculum; atque ita homines qui lingua blandiuntur, latenter vero feriunt, ſignificare; loquendo enim, mellis dulcedinem proponunt, re vero ipſa vulnus inferunt. D. Gregor. autem in Ezechiel. l. 1. c. 9. *Adulator ſcorpio eſt, qui palpando incedit, ſed cauda ferit.* *Hieroglyphicum Adulatoris, eſt apis.* *Item ſcorpio.*

De hac materia, plura ſubminiſtrat Polyanthea noua, v. Adulatio, & Franciſ. Feuardent. in cap. 2. Eſther, verſ. 4. vbi egregie præpoſteras corruptiſſimorum aulicorum perſtringit adulationes.

Verſ. 17. Vos autem chariſſimi, memores eſtote verborum quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti.

INductis exemplis, ſimilitudinibus & vaticinio Enoch, quibus corruptiſſimos hæreticorum Chriſtum Dei Filium negantium mores & finem docuit exitialem; nunc adducit quæ de iiſdem Apoſtoli prænunciârunt ac prohibuerunt. quaſi dicat, Facile euadetis horum impoſturas & Tunicam maculatam, ſi quæ Sancti Domini noſtri Ieſu Chriſti Apoſtoli de his præmonuerunt, ac præmonendo, inquantum ſummæ veritatis præcones erant, prohibuerunt, ob oculos poſueritis, & tenaci memoria ſeruaueritis. Loquitur autem de Apoſtolis Petro & Paulo; vnde colligit Oecumen. eum aliis poſterius ſcripſiſſe, quum eorum citet auctoritatem. 1

D. Iudas ſcripſit poſt D. Petrum & Paulum.

Primo ergo dicit: *Vos autem chariſſimi memores eſtote.*

Vbi captat beneuolentiam verbo, *Chariſſimi*, expreſſam, docetq; nihil horum aut ſimilium, fortuito euenire, at certo Diuinæ Prouidentiæ ordine, quum hæc, ſpiritu Dei per ora prophetarum loquente, longe ante ſint prędicta. Iam vero ſecundum Gregor. homil. 35. in Euangel. *Minus iacula feriunt quæ præuidentur; & nos tolerabilius mundi mala ſuſcipimus, ſi contra hæc, per præſcientiæ clypeum, munimur.* Et immediate ſup. *Dominus ac Redemptor noſter perituri mundi præcurrentia mala denunciat,* 2

Minus iacula feriunt quæ præuidentur.

ciat, vt eo minus perturbent venientia, quo fuerint præſcita.

2. Dicit: *Verborum quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

3 Videlicet D. Petro & Paulo. vnde 2. Petri 2. 1. *Fuerunt vero & Pſeudopropheta in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eum qui emit eos, Dominum negant, ſuperducentes ſibi celerem damnationem. Et multi ſequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blaſphemabitur, & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur, quibus iudicium iam olim non ceſſat, & perditio eorum non dormitat.* Item cap. 3. 3. *Hoc primum ſcientes, quod venient in nouiſſimis diebus in deceptione illuſores, iuxta proprias concupiſcentias ambulantes.*

D Petrus & Paulus longe ante prædixerunt nouiſſimos Pſeudoprophetas.

4 Sic Paulus 2. ad Theſſal. 2. 7. *Nam myſterium iam operatur iniquitatis; tantum vt qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus.* 1. ad Timoth. 4. 1. *In nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis Dæmoniorum.* 2. ad Timoth. 3. 1. *Hoc autem ſcito, quod in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quam Dei: habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, &c.* 2. ad Timoth. 4. 3. *Erit enim tempus, quum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria, coaceruabũt ſibi magiſtros prurientes auribus, &c.* Denique ad Titum 1. 9. *Vt potens ſit exhortari in doctrina ſana & eos qui contradicũt, arguere, ſunt enim multi inobedientes, vaniloqui & ſeductores, &c.*

Laudabile et aliorum dogmata citare.

Vbi nota veram & Apoſtolo dignam Thad- 5
dæi noſtri humilitatem, qui non dedignatur
ſcriptis ſuis inſerere dogmata Coapoſtolorũ,
prædictiones atque auctoritatem. Ad deprimẽdum quorundam altiorem cothurnũ & arrogantiam, qui aliorum doctrinam & ſcripta, ſuis lucubrationibus inſerere nolentes, ſe ſolos in illa vel iſta re ſapere, perſuaſum habent: quum tamen ſaniore virorum doctorum & timoratorum calculo, *Nihil dictum quin dictum prius*; intellige quoad ſubſtãtiam, non quoad formam modumue, quem maiorum noſtrorum adijcimus dictis; quod quantulũ ſit, dicat humilitas Chriſtiana.

Appoſite autẽ declarata per dictum Enochi 6
Propheticum, hæreticorum prauitate; idem facit per Apoſtolicum, quatenus per hoc oſtendat, vtrumque ab eodem ſpiritu dictatum eſſe teſtimonium. Sic rotam in rotæ medio conſiſtentem videt Ezechiel cap. 1. quod D. Gregor. in eum locum teſte, nihil aliud portẽdit, quam in litera veteris Teſtamenti, latere nouum per allegoriam, de quo ſup. quæſt. 4. procemiali.

Verſ.

Verſ. 18. Qui dicebãt vobis, Quoniã in nouiſſimo tempore venient illuſores, ſecundum deſideria ſua ambulantes in impietatibus.

SECTIO VNICA.

1 QVaſi dicat, Ad cautelam contra falſos Doctores atque impoſtores, vos præmonuerunt SS. Apoſtoli, *Quoniam in nouiſſimo tempore*: ſcilicet maxime. Licet enim initio naſcentis Eccleſiæ aliqui germinârint, vtputa Simõ Magus, Ebion, Cherinthus, Baſilides, Photinus, Marcion, &c. imminente tamen Antichriſti perſecutione, multo plures velut nũtij & præambulones eius, de propinquo ſeſe obtrudent, &c.

2 *Venient*, nẽpe à ſeipſis, nõ à Domino, Apoſtolis, vel auctoritate Apoſtolica miſſi, Ioan. 10. 8. *Omnes quotquot venerunt, fures ſunt & latrones.* Matt. 7. 15. *Attendite à falſis Prophetis qui veniunt ad vos*, ſcilicet ſponte ſua, propriaq; auctoritate freti, nemine legitime vocante aut mittente, de quo plura ſup. verſ. 4. ſectio. 1. & in noſtro *Pſeudominiſterio Pſeudoreformantium*. Denique apud Thom. Stapleto. Prompt. Cathol. Dom. 7. poſt Pent. §. 2. *Qui veniunt.* *Nulli hæreticorum Miniſtri legitime mittuntur à Deo.*

3. *Illuſores*: Secundum fictam Religioſitatem externam vel erroris Doctrinam. Quaſi dicat, Miram promittent de Deo doctrinam, tanquam melius illuminati, ſoli verbo Diuino ſcripto, non traditionibus ſimpliciorum Papiſtarũ hu-

Illuſoriam duntaxat pietatem Geuſij habent.

manis,innixi ; Puritanum Euangelij guſtum
prælibantes,Eccleſię collapſę mores(vti aiunt)
ſuperſtitioſos reformaturi. At qui vtriuſque,cū
doctrinæ tum veræ diſciplinæ ac Chriſtianæ vi-
tę fucum duntaxat ſubminiſtrabunt,quum ſint
ipſi ſolidæ Theol. pluſquam Cimmerijs tene-
bris,quoad intellectum offuſi, atque omnium
ſcelerum infanda colluuie,quoad voluntatem
& mores,conſpurcati. Illuſores proinde dun-
taxat ſunt & faſcinatores. Immo Antichriſti,1.
Ioan. 2.18.*Nunc Antichriſti multi facti ſunt.*

Hæretici carnales.

*Secundum deſideria ſua ambulãtes.*Carnaliter, gu- 4
loſe,non ſecundum ſpiritum & rationem ſu-
periorem viuentes, eamque ad quam propenſi
ſunt, vitam hominibus laxantes.

*In impietatibus:*vt per hoc auertant eos à vero
cultu Diuino,qui pietas nominatur ; quorum
proindeNotam optime depingit D.Paulus ſup.
2.ad Timoth. 3.1.*Hoc autem ſcito,quod in nouiſſimis
temporibus inſtabunt tempora periculoſa,& erunt homines
ſeipſos amantes,cupidi,elati,ſuperbi,blaſphemi,&c. & vo-
luptatum amatores pluſquam Dei.*

Plures in mundi nouiſſ temporibus exurgent Pſeudoprophetæ.

Sciendum 1.Hæc D. Iudæ verba,ad nouiſſima 5
tempora,&nouiſſimorū temporū exitios Im-
poſtores referri,quia multo plures(vt ante dixi)
in vltima mundi ætate,quā Eccleſiæ naſcentis
initio humana impietas excludere cœpit, ma-
giſque excludet,peſtifero partu hæreſiarchas.

Quamobrem non abs re facturum me arbi-
trabor,ſi ſolius Lutheri, Quinti(ſi Dijs placet)
Euangeliſtæ,multicolorem, vagam,degenerē,
atque adeo in infinita monſtra, maxime con-
traria,indies proſerpentem,poſteritatem, ſuc-
ceſſio-

ceſſionem, ac multiplicationem, ex certa Tabella deſumptam, lectorum oculis ſubijciam.

Tres lufenes ſeu filij Mart. Lutheri.

Præiactis igitur tribus ſpiritibus immundis, ſeu bufonibus & filijs Mart. Lutheri; Bernardo Rotteman, Anabaptiſtarum; Caroliſtadio, Sacramentariorum; deniq; Philippo Melanchthone, Confeſſioniſtarum Primipilis;

Genealogia & difformis poſteritas Mart. Lutheri.

Primo ſe offerunt *Munceriani*, à Thoma Muncero ſic dicti, & ratione l. Lutheri, de captiuit. Babylo. excluſi. *Munceriani.*

2\. *Anabaptiſta*, ex epiſt. Lutheri ad Waldenſes, ſuſcitati. *Anabaptiſta.*

3\. *Adamitæ*, per ſyluas & nudi, adinſtar Adæ atq; Euæ (quorum innocentiam falſo affectabant) vagantes. *Adamitæ.*

4\. *Stebleri*, Vetantes ex Scriptur. gladij & peræ circunlationem. *Stebleri.*

5\. *Sabbatharij*, Sabbathum more Iudæorum colentes. *Sabbatharij.*

6\. *Clancularij*, qui nulla viſitantes templa, ſe ſuoſque domi docēt, aut in hortis conueniunt, vnde &, *Gartenbruder*, id eſt, Fratres hortenſes, vulgo nuncupantur. *Clancularij, ſeu Gartenbruder.*

7\. *Manifeſtarij*, qui aiunt impiũ eſſe, ſi, cũ rogentur, ſe, quod ſunt, negant eſſe Anabaptiſtas. *Manifeſtarij.*

8\. *Dæmoniaci*, aſſerentes Dæmones aliquando ſaluandos eſſe. *Dæmoniaci.*

9\. *Communia habentes*, quoad vxores, liberos, bona. Sicut olim Nicolaitæ. *Communia habentes.*

10\. *Condormientes*, qui viros ac mulieres, iuuenes ac virgines, in eodem loco viuere, & præ nimio Euangelij amore, condormire ordinabant. *Condormientes.*

11\. Ein-

Eiulantes. 11. *Eiulantes*, Qui nihil Deo gratius arbitrantur, quam ſemper flere.

Georgij-Dauidici. 12. *Georgij-Dauidici*, carnis reſurrectionem & Diabolos negantes.

Mannonitæ. 13. *Mannonitæ*, Negantes Chriſtum ex Maria virgine carnem ſumpſiſſe.

Polygamiſtæ 14. *Polygamiſtæ*, Pluralitatem vxorum eodem tempore admittentes.

Significatiui. 15. *Significatiui*, Corporis Chriſti duntaxat ſignũ, non ipſum in Euchariſtia ponentes. Horum fundatores, Huldericus Zwinglius, Toggius & Carolſtadius.

Tropiſtæ 16. *Tropiſtæ*, Qui aiunt, in Euchariſtia, corpus accipi pro corpore myſtico; hoc ſenſu. Hic panis eſt figura corporis mei myſtici; horum coryphæus Oecolampadius.

Energici. 17. *Energici*, qui docent non ipſum corpus, ſed virtutem corporis eſſe in Euchariſtia. Ita etiam Caluinus & Philippus Melanchthon.

Arrabonarij 18. *Arrabonarij*, docentes in Euchariſtia tantum Arrabonem Corporis Chriſti dari. Ita Franc. Stancarus cum ſuis.

Adeſſenarij. 19. *Adeſſenarij*, Chriſti corpus circa panem exiſtere volentes.

Metamorphiſtæ. 20. *Metamorphiſtæ*, docentes Chriſti corpus poſt Aſcenſionẽ, ſimpliciter Deum factũ eſſe. Ita Swenckfeldius.

Iſcariotiſtæ. 21. *Iſcariotiſtæ*, Negantes à Iuda in cœna, Chriſti corpus ſumptum eſſe.

Sacramẽtarij neutrales 22. *Sacramentarij neutrales*, qui ſolá fidem, reiectis ſpeciebus Sacramentalibus, in Euchariſtia requirunt.

23 *Iconoclaſtæ*, Imagines Chriſti & Sanctorum è templis eijcientes. *Iconoclaſtæ.*

24 *Confeßioniſtarum*, alij ſunt Rigidi, omnes Lutheri abſurditates mordicus defendentes. Alij molles, qui ab ipſo in multis receſſerunt. Alij denique Extrauagantes, qui cęteris longius à placitis Lutheri vagantur. *Confeſſioniſtæ.*

25 *Rigidorum alij ſunt Antinomi*, negantes legis Diuinæ vtilitatem & neceſſitatem, ſolum vero Euangelium commendantes. *Antinomi.*

26 *Samoſatenici*, negantes Sanctiſſimā Trinitatem, Dei vnitatem; Pluralitatém vero Deorum aſſerentes. *Samoſatenici.*

27 *Infernales*, tollentes Infernum & Chriſti ad ipſum deſcenſum. *Infernales.*

28 *Infero-paßionati*, qui Chriſtum inferni docent æterna perpeſſum tormenta. Ita Iacobus Smidelinus & Caluinus. *Inferopaſſionati.*

29 *Antidæmoniaci*, negantes eſſe Diabolos, malos Spiritus, incantationes. *Antidæmoniaci.*

30 *Amſdorffiani*; opera bona tanquam humanæ ſaluti pernicioſa reijcientes. *Amſdorffiani.*

31 *Antidiaphoriſtæ*, omnes Eccleſiæ cæremonias & Epiſcoporum Iuriſdictionem tollentes. *Antidiaphoriſtæ.*

32 *Antoſiandrini*; ſeu Oſiandromaſtiges, Iuſtitiæ qua Deus ipſe eſſentialiter iuſtus eſt, imputatiuæ aſſertores. *Antoſiandrini.*

33 *Antiſwenckfeldiani*, qui omnem fidei Chriſtianæ rationem ponunt in vocali ſuorum Cōcionatorum miniſterio. Talis Illyricus. *Antiſwenckfeldiani.*

34 *Anticaluiniani*, qui realem Dominici Corporis Chriſti exiſtentiam ponentes, fálſo tamen negant tranſelementationem atque adorationem. *Anticaluiniani.*

onem. Ita Ioachimus Weſtphalus contra Caluinum: & multi alij.

Manuſimpoſitorij. 35 *Manuſimpoſitorij*, qui laicalem manuum impoſitionem volunt eſſe Sacramentum.

Biſacramentales. 36 *Biſacramentales*, qui duo tantum admittunt Sacramenta.

Sacerdotales. 37 *Sacerdotales*, quibus omnes prorſus homines etiam mulieres, æqualiter probatur eſſe Sacerdotes.

Inuiſibiles. 38 *Inuiſibiles*, qui aperte docent nullam eſſe Eccleſiam viſibilem.

Triſacramentales. 39 *Confeſſioniſtarum mollium, alij ſunt Triſacramentales*, qui 3 duntaxat Sacramenta.

Quadriſacramentales. 40 *Quadriſacramentales*, qui quatuor.

Bibliſtæ. 41 *Bibliſtæ*, qui nihil recipiendum, aut populo in Eccleſia Dei prædicant proponendum, præter nudum Bibliorum textum; cuius proinde interpretatione opus non ſit, quum omnes ſimus diuinitus à Deo edocti. Ita hodie plerique Geuſicolæ noſtri per Belgium.

Adiaphoriſtæ. 42 *Adiaphoriſtæ*, qui Eccleſiæ & Conciliorum legitimas conſtitutiones, res aiunt eſſe indifferentes, quas ſiue obſerues, ſiue violes, te nihil peccare.

Luthero-caluiniani. 43 *Luthero-caluiniani*, qui belle ſimulant Lutheranis cum Zwinglianis, in re Sacramentaria conuenire.

Semioſiandrini. 44 *Semioſiandrini*, qui affirmant contra Oſiandrum pro Antoſiandrinis, in hac vita imputatiue haberi hominem Iuſtum: viciſſimque contra Antoſiandrinos, pro Oſiandro affirmant, in futura vita hominem oportere eadem iuſtitia qua Deus eſſentialiter

ter iuſtus eſt,iuſtum reipſa fieri.

45 *Maioriſtæ*: qui negant vllum hominem etiam infantes,abſque bonis operibus præcedentibus , iuſtitiam vel ſalutem conſecutos.Ita Gregor. Maior cum ſuis gregalibus Maioriſtis. *Maioriſtæ.*

46 *Pœnitentiarij*, qui ſeptem craſſiſſimos errores, doctrinæ de Pœnitentia immiſcuerunt. *Pœnitentiarij.*

47 *Nouipelagiani* ,qui affirmant hominem puris naturæ viribus ſe poſſe ad Iuſtitiam &gratiam præparare. *Nouipelagiani.*

48 *Syncretizantes*, qui omnibus alijs Sectarijs ſuadent , vt quando veram fidei conſenſionem inire non valent , domi ſaltem ſimulent externam pacem, quatenus more populi Cretenſis, eo coniunctioribus armis communes ſuos hoſtes (intellige Papiſtas) inuadere & ſimulare poſſint. Cui Scholæ exactam videntur operam nauaſſe Geuſici Hollandiæ, Zeelandiæ,aliarumque confæderatarum Prouinciarum Prædicautij;qui cum extremis,ad ſeditiones vſque ciuiles,inter ſe diſſideant, Arminianiſmi, Gummarianiſmi, & Neoariani Vorſtianiſmi ſectis, pugnis & ſchiſmatibus; fucate tamẽ inter ſe inita pace , crudeliſſimis edictis nuper in Catholicos deſæuire cœperunt. Tantus Chriſtianæ pacis, & Catholicæ innocentiæ hoſtis,diabolus; tantopere *Sÿneretizãtes.*

——— ——— *Semper metus angit iniquos.*

10 49. Confeſſioniſtarum Extrauag. alij ſunt *Swenckfeldiani.* Qui rurſũ varie ſubdiuidũturin Wratiſlauienſes,Suiduicenſes, Glogouienſes,&c. omnes turpiſſime hallucinati circa humanã *Swenckfeldiani.*

Chriſti

Chriſti naturam, quam Spiritus S. non creaturã, ſed docent eſſe geniturã; circa eſſentialia Iuſtitiæ, Sapientiæ, Charitatis, & cætera Dei attributa; circa energiam Verbi Dei prędicati, quaſi ſit ipſe Dei Filius ὁ λόγος.

Oſiandrini. 50 *Oſiandrini*, qui hominem eadem iuſtitia qua Deus eſſẽtialiter eſt iuſtus, iuſtum eſſe oportere, Chriſtũ ſecundum ſolam naturam Diuinã, humani generis Iuſtificatorem aſſeuerant.

Stãcariani. 51 *Stancariani*, Quibus Chriſtus Iuſtificator eſt iuxta naturam humanam duntaxat, excluſa Diuina.

Antiſtancariani. 52 *Antiſtancariani*, qui vt Stancari opinionẽ iſtã refutarent, aſſeuerant adeo Chriſtum iuxta vtramque, hoc eſt Diuinam & humanam naturam, Iuſtificatorem eſſe, vt non dubitent contendere, Diuinam Chriſti naturam vna cum humana in cruce mortuam eſſe.

Nouipelagiani. 53 *Nouipelagiani*, non eſſe in paruulis peccatum Originale, at quendam duntaxat morbum, affirmantes. Ita Zwinglius cum ſuis.

Neomanichæi. 54 *Neomanichæi*, quorũ doctrina eſt, omnia tam bona quã mala, abſoluta prouenire neceſſitate. Deum cauſam eſſe peccati, non permiſſiue duxtaxat, ſed etiam effectiue. Adulteriũ Dauidis & proditionem Iudæ æque eſſe Dei opera atque ipſam D. Pauli conuerſionem. Deum potiſſimum creâſſe genus humanum ad perpetuam damnationem, idque in Adamo, quem ab æterno ad exitium prædeſtinâſſit, vnde & neceſſario eũ peccare oportuiſſe. Nullum furtum, nullam ſcortationem, nullum

lum adulterium committi ab homine, quod Deus impellens & inſpirans non efficiat in homine. Legem & voluntatem Dei ſæpe inter ſe contrariari, Deum eſſe cauſam efficientem & volentem peccati. Ita Caluiniani, Melanchthoniani, Amſdorffiani, Illyricani, Gallicani, Bezani, Weſtphaliani, Gummariani. *Gũmariani.*

11 Taceo plures alios, vt ſunt Arminiani, qui præter cęteros errores, Ius conuocandi Concilia, Imperatori conſignant, alijſq; circa materiam Prædeſtinationis, Lib. Arbitrij, Prouidentiæ Diuin. Reprobat. Peccati, &c. opinionibus, ex diametro pugnant cum Gummarianis. *Arminiani.*

Taceo Piſcatorianos, Iuſtitiæ actiuæ & paſſiuę Chriſti, Obligationis Legis Moſaicæ, &c. inuentores. Taceo Puritanos, Antipuritanos, &c. Taceo Vorſtianos, quorum Dux Conrardus Vorſtius, tantas elapſo anno, in Dei ſimplicitatem, Æternitatem, Sapientiam, Infinitudinẽ, Immutabilitatem, &c. effudit blaſphemias (de quibus plura ſup. verſ. 4. ſectio. 5. num. 84.) tanta paradoxa, vt & innumeris ſeditionibus, per cõfæderatas Prouincias Belgicas, ſtrauerit viam, & Sereniſſ. M. Britannię Regem Iacobum im-
12 pulerit, vt ab Ordinibus Hollandiæ, Zeelandię, &c. eum ad meritiſſimas popoſcerit carceris atque ignis pænas. Tempus mihi deficeret, ſi omnia in ordinem redigere conarer nouella hæreſeos Lutheranæ genimina. *Piſcatoriani* *Puritani.* *Antipuritani.* *Vorſtiani.* *Sereniſſ. Angliæ Rex damnat Cõrard. Vorſtium.*

Tanta & tamputida oua vnus coruus peperit Lutherus.

Vt non immerito contra tam multijugas Sectarum ſpecies nouiſſimis temporibus enaſcituras,

ras, ita graphice nos præmonitionum vmbonibus obarmârint Sancti & Apoſtolici Speculatores, ſignanter noſter Thaddæus.

ἐμπαῖκται.

Sanna hæreticorum cõtra Catholicos.

Sciendum 2. Verbum Græcum ἐμπαῖκται, id 13
eſt, *Illuſores*, etiam ſignificare Irriſores, vti vox ἔμπαιγμα, ſannam connotat atque effuſam deriſionem, quam omnis æui probe calluerunt hæretici artem; de qua conſulendi Socrates, Euſeb. Sozomen. Epipha. Tertull. Theod. aliiq; Eccleſiaſtici Scriptores. Sane Iulianus Apoſtata, Chriſtianos Catholicos, per modum contemptus appellare conſueuerat Galilæos, Ruſticos, Idiotas; Manichæi, Cereris & Bacchi adoratores. Ariani ὁμοουσίους ſeu Conſubſtantiales.

Opprobriũ Raimondi Comitis Tholoſani.

Quibus ex Hiſtoria Albigenſium, referente 14
Arnaldo Sorbino homil. 17. in Iudam, olim ſubſcribens Raimondus Comes Tholoſanus, bardo ſuo auctor fuit, vt preſbyterũ tremendis S. Altaris myſteriis, ſe pręſente, intentũ, ſannis, cõuitiis, contumeliis & blaſphemiis diſtringeret.

Nequitia Vireti.

Ad eum prorſus modum, quo Galliarum Apoſtata Viretus, in ſuis Apoſtolicis, verius Pſeudoapoſtolicis Actis, vt Pontificiorum rideat ignorantiam; ſtultas & ridiculas aliquot, eorum nomine, lucedonauit, Script. interpretationes.

Dicteria hæreticorũ contra Miſſam, &c.

Huc ſpectant Lutherana & Caluiniana in 15
Rom. Eccleſiam, Miſſæ Sacrificium, & vetuſtiſſimas Baptiſmi cæremonias, ſcommata & ſales maligni, vt ſunt: Miſſa Angularis, Ruina Papatus, Anatomia, Mors & ſepultura Miſſæ; olla euerſa, ſigna Sacra, Oleum fætidum, Antichriſtus Romanus, Beſtia Papalis, Aſinus Tiberinus, &c. de quibus optime illud Sapient. 4. 12. *Faſcinatio*

Digitized by Google

natio nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia, &c. enũciatur; & Pſal. 13. 3. *Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt.* Ratione quorum, etiam Iudaicam, gentilem & Turcicam conuincuntur ſuperare nequitiam, vt hoc modo viam ſternant Prodromi Antichriſto.

Verſ. 19. Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes.

1 Nouum Pſeudoapoſtolorũ crimen hic produci, auctor eſt Oecumenius cum Ioan. Bernard. Feliciano, quaſi dicat, Tam ſunt pernicioſi, vt non ſolum pereãt ipſi, verumetiam eos qui gremio inſiti ſunt Eccleſiæ, Eccleſiæ alumni, deprædentur, abducant, & in pernicioſiſſimas pertrahant opiniones: & hoc eſt quod ait;

Hæreticis proprium eſt abducere fideles.

SECTIO I.

Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos.

Græce eſt: οὗτοί εἰσιν οἱ ἀποδιορίζοντες. Quod per deprædationem exponit Oecumen. *Nam hoc ſibi* (inquit) *vult ſignificare* ἀποδιορίζειν, *id eſt, Segregare, hoc eſt extra terminos Eccleſiaſticos facere, ſiue extra fidem, ſiue etiam ipſum Sacrum Eccleſiæ Tabernaculum. Nam ſpeluncas latronum exhibentes ſuas Synagogas, abducunt ab eadem Eccleſia, & ad ſe adducunt.*

Ἀποδιορίζειν quid ſignificet.

Hoc autem faciunt ea de cauſa, quia ſunt animales, nec Spiritum Dei, nec charitatis habent, adeo vt ipſum ſegregari, tãquam effectus, pendeat ab inſequentibus: *Ideo ſemetipſos* (ait Beda) *reprobi ſegregant à ſorte iuſtorum. Ideo ſunt animales, id eſt, proprias animæ ſuæ concupiſcẽtias ſequentes, quoniam Spiritum vnitatis quo Eccleſia congregatur, quo ſpiritalis efficitur, habere non meruerunt. Ideo diffluunt; quia coagulum non habent charitatis.* 2

Schiſmatici non ſunt in Eccleſia Catholica.

Schiſmatici ergo ſegregant ſe ab vnitate Eccleſiæ & communione Sanctorum ac deuotorum fratrum; ideoque nec ſunt in vera Eccleſia Cathol. nec remiſſionem impetrare valent peccatorum: ſimiles Diabolo, qui ſanctæ pacis inimicus, à cæterorum ſe ſubduxit grege Angelorum, Diuino mandato parentium. Secus nos exhortatur magnum vas Electionis, Hebr. 10. 24. *Conſideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum, non deſerentes collectionem noſtram, ſicut conſuetudinis eſt quibuſdam, ſed conſolantes, & tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem*. Et Philippen. 2. 1. *Siqua ergo conſolatio in Chriſto, ſiquod ſolatium charitatis, ſiqua ſocietas Spiritus, ſiqua viſcera miſerationis, implete gaudium meum, vt idem ſapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes, idipſum ſentientes.* 3

Quales proinde non ſunt ij qui ſtudent ſingularitatibus, exiſtimantes ſe alijs ſpiritaliores, meliores, doctiores, ſapientiores, talis vel talis dogmatis capaciores, quum tamen nihil niſi nouitates introducant, & Chriſti corpus dilacerẽt.

Capharnaitæ figura fuerunt Schiſmaticorum.

Figura præceſſit in Capharnaitis, qui cæleſti audita & non intellecta Chriſti prædicatione, de pane vitæ, manducatione carnis, ac potu ſanguinis 4

nis ſui, offenſi ſcandalo paſſiuo, ipſumque propterea deſerentes, *Abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant*, Ioan. 6. 66.

5 Vermi proinde non immerito comparantur, quippe qui ex certa corporis corruptione prognatus, exit ab ipſo, non ſpectat adipſum, nec veluti pars aliqua eſſentialis vel integralis, interno nexu compaginatur. Taliter Hæretici & Schiſmatici, prodeunt quidem ex Eccleſia, non tamen corpori eius adhæreſcunt, 1. Ioan. 2. 19. *Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis*. Quum enim nec per internam gratiam, nec per dilectionem firmiter Apoſtolis, aut Apoſtolicis viris coniuncti eſſent, ſe ab externa eorum ſocietate viſibiliter ſegregârunt. *Hæretici & Schiſmatici comparātur vermi.*

6 Membro præciſo comparat eos D. Bern. ſermo 1. in feſto D. Michael. Archangeli. *Vide* (inquit) *animam hominis, quemadmodum vniuerſa corporis membra viuificet cohærentia ſibi. Separa ergo quoduis à iunctura cæterorum, & vide an de cætero illud viuificet. Sic eſt omnis qui dicit Anathema Ieſu, quod nemo dicit loquens in ſpiritu Dei, quia Anathema ſeparatio eſt. Sic &, inquam, omnis, qui ab vnitate diuiditur, ne dubites quin ab eo receſſerit ſpiritus vitæ. Digne igitur contentioſos & qui ſeparant ſemetipſos, Apoſtoli carnales vocant, & animales, ſpiritum non habentes.* *Item membro præciſo.*

SECTIO II.

Animales, ſpiritum non habentes.

7 CArnis duntaxat concupiſcentias, & voluptates brutis animalibus nobiſcum com-

munes ſectantur, vt libidinem, eſcæ & potus gulam, ſomnolentiam, pigritiam; ita vt tales ſint ſenſu & iudicio, nihil ſapientes niſi carni conſentaneum.

Inſcriptio vētris Mart. Lutheri.

Talem videor videre ipſiſſimum Mart. Lutheri, eumque obeſum ac rotundum ventrem; cuius hęc erat vſitata inſcriptio: *Sententia Dei: Creſcite & multiplicamini, non tantum eſt præceptum, ſed etiam pluſquam præceptum, à quo nullus omninọ eximatur; tam homini impoßibile eſt re vxoria carere, quam marem non eſſe.* Sic docet Epiſt. ad Propoſitum Luneburgenſem. Item Conc. de vita coniugali: *Si tu nolis* (loquitur vxori ad concubitum tardiori ac moroſiori) *velit alia: recuſat vxor, veniat ancilla. Dimiſſa Vaſthi, Eſtherem accipiat.*

Axioma Caluiniſticum de Venerei neceſſitate actus.

Hunc Priapiſtam Caluiniſtæ carnales animoſe ſequuntur, quum inter fidei ſuę Maximas Generales, hanc lib. Scuti fidei ſuæ, ponere nō vereantur. *Hominem aut fæminam quamcumque, non poſſe vltra 4. aut quinque dies à re Venerea continere.* Tam ſunt paſtophori iſti effrontes, & omnis pudoris extorres, de quibus plura ſup. verſ. 4.

Verum proinde Spiritum Dei, auctorem omnium ſpiritualium donorum non habent, vti nec Charitatis coagulum: vnde neceſſe eſt eos diffluere ſeditionibus, libellis famoſis, ſannis iuſtos turbare. Quæ omnia dictat (quo ſunt pleni) ſpiritus erroris, ſup. ſect. 1.

DOG-

DOGMA PRIMVM.

De Schiſmatis natura, cauſis, grauitate, & effectis.

9 NOta primo: *Schiſma* definiri peculiare contra charitatem peccatum, quo quis ſe ſeparat ab vnitate Eccleſiæ, vt Eccleſia eſt vnum quoddam myſticum corpus, conſtans ex diuerſarum conditionum fidelibus, tanquam ex membris inter ſe connexis, & præcipue cum capite, nimirum cum ſummo Pontifice Chriſti in terris Vicario; dum videlicet nō vult amplius eſſe membrum illius congregationis, ac proinde non communicare Sacramentis aut Sacrificiis. ſicut enim ad vnitatem Eccleſiæ requiritur non tantum fides, verumetiam vnio membrorum inter ſe, ſub vno paſtore, per mutuam in Diuino cultu communionē; ita ab eadem vnitate non tantum receditur per infidelitatis rupturam, verum etiam per voluntatē, qua quis vera licet retenta fide, non vult communicare cum aliis, aut de corpore illo cenſeri, ſed ad alia ſe conuenticula transfert. *Definitio Schiſmatis.*

10 Quod fit dupliciter, primo ſi Rom. Pontificē nolit agnoſcere pro Chriſti Vicario, ideoque ſe ab illius & omnium ei adhærentiū communione ſequeſtret. Qua via telam ſuam Mart. Lutherus eſt exorſus. 2. Si ſeparet ſe ab aliquo Epiſcopo particulari, propter aliquod eius factum, & conſequenter ab omnibus in tali puncto ei communicantibus, etiam à Rom. Pontifice. Quo *Dupliti via receditur ab vnitate Eccleſia.*

onem. Ita Ioachimus Weſtphalus contra Caluinum: & multi alij.

Manuſimpoſitorij. 35 *Manuſimpoſitorij*, qui laicalem manuum impoſitionem volunt eſſe Sacramentum.

Biſacramentales. 36 *Biſacramentales*, qui duo tantum admittunt Sacramenta.

Sacerdotales. 37 *Sacerdotales*, quibus omnes prorſus homines etiam mulieres, æqualiter probatur eſſe Sacerdotes.

Inuiſibiles. 38 *Inuiſibiles*, qui apertedocent nullam eſſe Eccleſiam viſibilem.

Triſacramentales. 39 *Confeſſioniſtarum mollium, alij ſunt Triſacramentales*, qui 3 duntaxat Sacramenta.

Quadriſacramentales. 40 *Quadriſacramentales*, qui quatuor.

Bibliſtæ. 41 *Bibliſtæ*, qui nihil recipiendum, aut populo in Eccleſia Dei prædicant proponendum, præter nudum Bibliorum textum; cuius proinde interpretatione opus non ſit, quum omnes ſimus diuinitus à Deo edocti. Ita hodie plerique Geuſicolæ noſtri per Belgium.

Adiaphoriſtæ. 42 *Adiaphoriſtæ*, qui Eccleſiæ & Conciliorum legitimas conſtitutiones, res aiunt eſſe indifferentes, quas ſiue obſerues, ſiue violes, te nihil peccare.

Lutherocaluiniani. 43 *Luthero-caluiniani*, qui belle ſimulant Lutheranis cum Zwinglianis, in re Sacramentaria conuenire.

Semioſiandrini. 44 *Semioſiandrini*, qui affirmant contra Oſiandrum pro Antoſiandrinis, in hac vita imputatiue haberi hominem Iuſtum: viciſſimque contra Antoſiandrinos, pro Oſiandro affirmant, in futura vita hominem oportere eadem iuſtitia qua Deus eſſentialiter

ter iuſtus eſt, iuſtum reipſa fieri.

45 *Maioriſtæ*: qui negant vllum hominem etiam infantes, abſque bonis operibus præcedentibus, iuſtitiam vel ſalutem conſecutos. Ita Gregor. Maior cum ſuis gregalibus Maioriſtis. *Maioriſtæ.*

46 *Pœnitentiarij*, qui ſeptem craſſiſſimos errores, doctrinæ de Pœnitentia immiſcuerunt. *Pœnitentiarij.*

47 *Nouipelagiani*, qui affirmant hominem puris naturæ viribus ſe poſſe ad Iuſtitiam & gratiam præparare. *Nouipelagiani.*

48 *Syncretizantes*, qui omnibus alijs Sectarijs ſuadent, vt quando veram fidei conſenſionem inire non valent, domi ſaltem ſimulent externam pacem, quatenus more populi Cretenſis, eo coniunctioribus armis communes ſuos hoſtes (intellige Papiſtas) inuadere & ſimulare poſſint. Cui Scholæ exactam videntur operam nauaſſe Geuſici Hollandiæ, Zeelandiæ, aliarumque confæderatarum Prouinciarum Prædicautij; qui cum extremis, ad ſeditiones vſque ciuiles, inter ſe diſſideant, Arminianiſmi, Gummarianiſmi, & Neoariani Vorſtianiſmi ſectis, pugnis & ſchiſmatibus; fucate tamē inter ſe inita pace, crudeliſſimis edictis nuper in Catholicos deſæuire cœperunt. Tantus Chriſtianæ pacis, & Catholicæ innocentiæ hoſtis, diabolus; tantopere *Syncretizātes.*

——— ——— *Semper metus angit iniquos.*

10 49. Confeſſioniſtarum Extrauag. alij ſunt *Swenckfeldiani*. Qui rurſū varie ſubdiuidūtur in Wratiſlauienſes, Suiduicenſes, Glogouienſes, &c. omnes turpiſſime hallucinati circa humanā *Swenckfeldiani.*

Chriſti

Chriſti naturam, quam Spiritus S. non creaturã, ſed docent eſſe geniturã; circa eſſentialia Iuſtitiæ, Sapientiæ, Charitatis, & cætera Dei attributa; circa energiam Verbi Dei prędicati, quaſi ſit ipſe Dei Filius ὁ λόγος.

Oſiandrini.

50 *Oſiandrini*, qui hominem eadem iuſtitia qua Deus eſſẽtialiter eſt iuſtus, iuſtum eſſe oportere, Chriſtũ ſecundum ſolam naturam Diuinã, humani generis Iuſtificatorem aſſeuerant.

Stãcariani.

51 *Stancariani*, Quibus Chriſtus Iuſtificator eſt iuxta naturam humanam duntaxat, excluſa Diuina.

Antiſtancariani.

52 *Antiſtancariani*, qui vt Stancari opinionẽ iſtã refutarent, aſſeuerant adeo Chriſtum iuxta vtramque, hoc eſt Diuinam & humanam naturam, Iuſtificatorem eſſe, vt non dubitent contendere, Diuinam Chriſti naturam vna cum humana in cruce mortuam eſſe.

Nouipelagiani.

53 *Nouipelagiani*, non eſſe in paruulis peccatum Originale, at quendam duntaxat morbum, affirmantes. Ita Zwinglius cum ſuis.

Neomanichai.

54 *Neomanichai*, quorũ doctrina eſt, omnia tam bona quã mala, abſoluta prouenire neceſſitate. Deum cauſam eſſe peccati, non permiſſiue duxtaxat, ſed etiam effectiue. Adulteriũ Dauidis & proditionem Iudæ æque eſſe Dei opera atque ipſam D. Pauli conuerſionem. Deum potiſſimum creâſſe genus humanum ad perpetuam damnationem, idque in Adamo, quem ab æterno ad exitium prædeſtinâuit, vnde & neceſſario eũ peccare oportuiſſe. Nullum furtum, nullam ſcortationem, nul-

lum

lum adulterium committi ab homine, quod Deus impellens & inſpirans non efficiat in homine. Legem & voluntatem Dei ſæpe inter ſe contrariari, Deum eſſe cauſam efficientem & volentem peccati. Ita Caluiniani, Melanchthoniani, Amſdorffiani, Illyricani, Gallicani, Bezani, Weſtphaliani, Gummariani. *Gũmariani.*

11 Taceo plures alios, vt ſunt Arminiani, qui præter cęteros errores, Ius conuocandi Concilia, Imperatori conſignant, alijſq; circa materiam Prædeſtinationis, Lib. Arbitrij, Prouidentiæ Diuin. Reprobat. Peccati, &c. opinionibus, ex diametro pugnant cum Gummarianis. *Arminiani.*

Taceo Piſcatorianos, Iuſtitiæ actiuæ & paſſiuę Chriſti, Obligationis Legis Moſaicæ, &c. inuentores. Taceo Puritanos, Antipuritanos, &c. Taceo Vorſtianos, quorum Dux Conrardus Vorſtius, tantas elapſo anno, in Dei ſimplicitatem, Æternitatem, Sapientiam, Infinitudinē, Immutabilitatem, &c. effudit blaſphemias (de quibus plura ſup. verſ. 4. ſectio. 5. num. 84.) tanta paradoxa, vt & innumeris ſeditionibus, per cōfæderatas Prouincias Belgicas, ſtrauerit viam, & Sereniſſ. M. Britannię Regem Iacobum im-
12 pulerit, vt ab Ordinibus Hollandiæ, Zeelandię, &c. eum ad meritiſſimas popoſcerit carceris atque ignis pænas. Tempus mihi deficeret, ſi omnia in ordinem redigere conarer nouella hæreſeos Lutheranæ genimina. *Piſcatoriani* *Puritani.* *Antipuritani.* *Vorſtiani.* *Sereniſſ. Angliæ Rex damnat Cōrard. Vorſtium.*

Tanta & tam putida oua vnus coruus peperit Lutherus.

Vt non immerito contra tam multijugas Sectarum ſpecies nouiſſimis temporibus enaſcituras,

ras; ita graphice nos præmonitionum vmbonibus obarmârint Sancti & Apoſtolici Speculatores, ſignanter noſter Thaddæus.

Sciendum 2. Verbum Græcum ἐμπαῖκται, id 13
est, *Illuſores*, etiam ſignificare Irriſores, vti vox ἐμπαῖγμα, ſannam connotat atque effuſam deriſionem, quam omnis æui probe calluerunt hæretici artem; de qua conſulendi Socrates, Euſeb. Sozomen. Epipha. Tertull. Theod. aliiq; Eccleſiaſtici Scriptores. Sane Iulianus Apoſtata, Chriſtianos Catholicos, per modum contemptus appellare conſueuerat Galilæos, Ruſticos, Idiotas; Manichæi, Cereris & Bacchi adoratores. Ariani ὁμουσίους ſeu Conſubſtantiales.

ἐμπαῖκται.

Sannæ hæreticorum cõtra Catholicos.

Quibus ex Hiſtoria Albigenſium; referente 14
Arnaldo Sorbino homil. 17. in Iudam, olim ſubſcribens Raimondus Comes Tholoſanus, bardo ſuo auctor fuit, vt presbyterũ tremendis S. Altaris myſteriis, ſe præſente, intentũ, ſannis, cõuitiis, contumeliis & blaſphemiis diſtringeret.

Opprobriũ Raimondi Comitis Tholoſani.

Ad eum prorſus modum, quo Galliarum Apoſtata Viretus, in ſuis Apoſtolicis, verius Pſeudoapoſtolicis Actis, vt Pontificiorum rideat ignorantiam; ſtultas & ridiculas aliquot, eorum nomine, luce donauit, Script. interpretationes.

Nequitia Vireti.

Huc ſpectant Lutherana & Caluiniana in 15
Rom. Eccleſiam, Miſſæ Sacrificium, & vetuſtiſſimas Baptiſmi cæremonias, ſcommata & ſales maligni, vt ſunt: Miſſa Angularis, Ruina Papatus, Anatomia, Mors & ſepultura Miſſæ; olla euerſa, ſigna Sacra, Oleum fætidum, Antichriſtus Romanus, Beſtia Papalis, Aſinus Tiberinus, &c. de quibus optime illud Sapient. 4. 12. *Faſci-*

Dicteria hæreticorũ contra Miſſam, &c.

natio

tatio nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia,&c. enũciatur;& Pſal. 13.3. *Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt.* Ratione quorum, etiam Iudaicam, gentilem & Turcicam conuincuntur ſuperare nequitiam, vt hoc modo viam ſternant Prodromi Antichriſto.

*Verſ.*19. Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes.

NOuum Pſeudoapoſtolorũ crimen hic pro-
1 duci, auctor eſt Oecumenius cum Ioan. Bernard. Feliciano, quaſidicat, Tam ſunt pernicioſi, vt non ſolum pereãt ipſi, verumetiam eos qui gremio inſiti ſunt Eccleſiæ, Eccleſiæ alumni, deprædentur, abducant, & in pernicioſiſſimas pertrahant opiniones: & hoc eſt quod ait;

Hæreticis proprium eſt abducere fideles.

SECTIO I.

Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos.

GRæcè eſt: οὗτοί εἰσιν οἱ ἀποδιορίζοντες. Quod per deprædationem exponit Oecumen. *Nam hoc ſibi* (inquit) *vult ſignificare* ἀποδιορίζειν, *id eſt, Segregare, hoc eſt extra terminos Eccleſiaſticos facere, ſiue extra fidem, ſiue etiam ipſum Sacrum Eccleſiæ Tabernaculum. Nam ſpeluncas latronum exhibentes ſuas Synagogas, abducunt ab eadem Eccleſia, & ad ſe adducunt.*

Ἀποδιορίζειν quid ſignificet.

Hoc autem faciunt ea de cauſa, quia ſunt animales, nec Spiritum Dei, nec charitatis habent, adeo vt ipſum ſegregari, tãquam effectus, pendeat ab inſequentibus: *Ideo ſemetipſos* (ait Beda) *reprobi ſegregant à ſorte iuſtorum. Ideo ſunt animales, id eſt, proprias animæ ſuæ concupiſcẽtias ſequentes, quoniam Spiritum vnitatis quo Eccleſia congregatur, quo ſpiritalis efficitur, habere non meruerunt. Ideo diffluunt; quia coagulum non habent charitatis.* 2

Schiſmatici non ſunt in Eccleſia Catholica.

Schiſmatici ergo ſegregant ſe ab vnitate Eccleſiæ & communione Sanctorum ac deuotorum fratrum; ideoque nec ſunt in vera Eccleſia Cathol. nec remiſſionem impetrare valent peccatorum: ſimiles Diabolo, qui ſanctæ pacis inimicus, à cæterorum ſe ſubduxit grege Angelorum, Diuino mandato parentium. Secus nos exhortatur magnum vas Electionis, Hebr. 10. 24. *Conſideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum, non deſerentes collectionem noſtram, ſicut conſuetudinis eſt quibuſdam, ſed conſolantes, & tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem.* Et Philippen. 2. 1. *Siqua ergo conſolatio in Chriſto, ſiquod ſolatium charitatis, ſiqua ſocietas Spiritus, ſiqua viſcera miſerationis, implete gaudium meum, vt idem ſapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes, idipſum ſentientes.* 3

Quales proinde non ſunt ij qui ſtudent ſingularitatibus, exiſtimantes ſe alijs ſpiritaliores, meliores, doctiores, ſapientiores, talis vel talis dogmatis capaciores, quum tamen nihil niſi nouitates introducant, & Chriſti corpus dilacerẽt.

Capharnaitæ figura fuerunt Schiſmaticorum.

Figura præceſſit in Capharnaitis, qui cæleſti audita & non intellecta Chriſti prædicatione, de pane vitæ, manducatione carnis, ac potu ſanguinis 4

nis ſui, offenſi ſcandalo paſſiuo, ipſumque propterea deſerentes, *Abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant*, Ioan. 6. 66.

5 Vermi proinde non immerito comparantur, quippe qui ex certa corporis corruptione prognatus, exit ab ipſo, non ſpectat ad ipſum, nec veluti pars aliqua eſſentialis vel integralis, interno nexu compaginatur. Taliter Hæretici & Schiſmatici, prodeunt quidem ex Eccleſia, non tamen corpori eius adhæreſcunt, 1. Ioan. 2. 19. *Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis.* Quum enim nec per internam gratiam, nec per dilectionem firmiter Apoſtolis, aut Apoſtolicis viris coniuncti eſſent, ſe ab externa eorum ſocietate viſibiliter ſegregârunt. *Hæretici & Schiſmatici comparâtur vermi.*

6 Membro præciſo comparat eos D. Bern. ſermo 1. in feſto D. Michael. Archangeli. *Vide* (inquit) *animam hominis, quemadmodum vniuerſa corporis membra viuificet cohærentia ſibi. Separa ergo quoduis à iunctura cæterorum, & vide an de cætero illud viuificet. Sic eſt omnis qui dicit Anathema Ieſu, quod nemo dicit loquens in ſpiritu Dei, quia Anathema ſeparatio eſt. Sic &, inquam, omnis, qui ab vnitate diuiditur, ne dubites quin ab eo receſſerit ſpiritus vitæ. Digne igitur contentioſos & qui ſeparant ſemetipſos, Apoſtoli carnales vocant, & animales, ſpiritum non habentes.* *Item membro præciſo.*

SECTIO II.

Animales, ſpiritum non habentes.

7 CArnis duntaxat concupiſcentias, & voluptates brutis animalibus nobiſcum communes

DOGMA PRIMVM.

De Schiſmatis natura, cauſis, grauitate, & effectis.

9 NOta primo: *Schiſma* definiri peculiare contra charitatem peccatum, quo quis ſe ſeparat ab vnitate Eccleſiæ, vt Eccleſia eſt vnum quoddam myſticum corpus, conſtans ex diuerſarum conditionum fidelibus, tanquam ex membris inter ſe connexis, & præcipue cum capite, nimirum cum ſummo Pontifice Chriſti in terris Vicario; dum videlicet nō vult amplius eſſe membrum illius congregationis, ac proinde non communicare Sacramentis aut Sacrificiis. ſicut enim ad vnitatem Eccleſiæ requiritur non tantum fides, verumetiam vnio membrorum inter ſe, ſub vno paſtore, per mutuam in Diuino cultu communionē; ita ab eadem vnitate non tantum receditur per infidelitatis rupturam, verum etiam per voluntatē, qua quis vera licet retenta fide, non vult communicare cum aliis, aut de corpore illo cenſeri, ſed ad alia ſe conuenticula transfert. *Definitio Schiſmatis.*

10 Quod fit dupliciter, primo ſi Rom. Pontificē nolit agnoſcere pro Chriſti Vicario, ideoque ſe ab illius & omnium ei adhærentiū communione ſequeſtret. Qua via telam ſuam Mart. Lutherus eſt exorſus. 2. Si ſeparet ſe ab aliquo Epiſcopo particulari, propter aliquod eius factum, & conſequenter ab omnibus in tali puncto ei communicantibus, etiam à Rom. Pontifice. Quo *Dupliciter via receditur ab vnitate Eccleſiæ.*

Schiſma Donatiſtarum. modo Schiſma fecere Donatiſtæ in Africa, qui referente D. Aug. tom. 6. lib. ad Quoduult Deũ de hæreſ. hæreſ. 69. primum propter Cæcilianũ, contra ſuam voluntatem, ordinatum Eccleſiæ Carthaginenſis Epiſcopum diuiſionem fecerunt, ab eo deficientes, & crimina obijcientes non probata, maxime quod à traditoribus Diuinarum Scripturarũ eſſet ordinatus. Poſtmodum ſe ſegregârunt ab omnibus ei communicantibus, adeoque vniuerſa Eccleſia & Pontif. Romano. Pertinaci denique diſſenſione firmata in hæreſin ſchiſma verterũt, tanquam Eccleſia Chriſti, (propter crimina Cæciliani, ſeu vera, ſeu quod magis iudicibus apparuit, falſa) de toto terrarum perierit orbe, vbi futura promiſſa eſt; in Africa autem Donati parte remãſerit, in alijs terrarum partibus quaſi contagione communionis extincta: quod hæreticum eſt.

Differentia hæreſis & Schiſmatis. *Nota* 2. Differre hęreſin & Schiſma, per ea quibus vtrumque per ſe & directe opponitur: hæreſis enim per ſe fidei opponitur; Schiſma vero Eccleſiaſticæ charitatis vnitati: ideoque ſicut fides & charitas ſunt diuerſi habitus virtutũ, quãuis quicunque caret fide, careat etiã charitate; ita Schiſma & hæreſis ſpecialia ſũt peccata, adeo vt non omnis qui eſt Schiſmaticus, ſit hæreticus, nec omnis hæreticus, expreſſe ſit Schiſmaticus. quomodo intelligendũ exiſtimo D. Tho. 2. 2. q. 39. art. 1. ad 3. vbi ait. Quemcumque hæreticum, eſſe etiam Schiſmaticum, implicite videlicet: Omnis enim hæreticus hoc ipſo quo non vult tenere Eccleſiæ communem fidem, ſe ab ea iure cenſetur ſeparare, de quo Francis. Feuard. hic. 11

hic. §. de Schiſmate. Quando tamen D. Aug. l. 2. contra Creſcon. c. 7. vocat hæreſin, Schiſma inueteratum, intellige non formaliter, ſed cauſaliter, dum enim diutius Schiſma durat, ſemper ad hæreſin tendit, de quo infra.

Quomodò autem infidelitas ex genere ſuo ſit ſchiſmate maius, ipſum vero ratione vel prauę diſſipandi Chriſti corpus myſticum, intentionis, vel circumſtantiarum & damnorum quæ Eccleſiæ per Schiſma inferuntur, hæreſin excedat, vide Tho. ſup. & Doctores ibidem. *Vtrum maius peccatũ hæreſis an Schiſma.*

12 *Nota* 3 plures Schiſmatis eſſe cauſas; Prima eaque excitans, eſt humani generis hoſtis, Diabolus, qui ſicut lupus ouem à grege, accipiter columbam ab agmine cæterarum, ſeparare ſolent, quo ſecurius contra prædam ſeiunctã præualeant; ita ille quum non ſatis virium, contra omnes arctiſsimo charitatis vinculo adunatos, ſibi ſciat upereſſe; vnicæ ſtudet, per faſtus, arrogantiæ, & proteruiæ immiſſionẽ, Schiſmatum diuiſioni, qua ſingulos circumueniat, & in profundũ æternæ damnationis barathrum deijciat. Neque enim eſt, vt quis ſibi ſalutem extra Eccleſiæ polliceatur vnitatem, docente Hiero. epiſt. ad Damaſ. Papam: *Quicumque extra hanc domũ, agnum comederit, prophanus eſt. Siquis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluuio.* *Cauſæ Schiſmatis. Prima eſt Diabolus. Similitudo. Extra Eccleſiam non eſt ſalus.*

13 Teſtes ſunt florentiſſimę illæ Africanæ atque Aſiaticæ Prouinciæ, quæ ita quondam floruerũt, vt multa celebrârint Concilia, multos eoſque ſanctitate & doctrina pollentes viros ac Patres protulerint; ab eo tamen tempore quo à Rom. Eccleſia defecerunt, nullis talibus prærogatiuis

tiuis illuxerunt , nulla Concilia celebrârunt ; nullos præclaros viros effuderunt; ſed è contra, in denſiſſimas ignorantię , hæreſeon , Paganiſmi, Mahometiſmi , atque Idololatriæ tenebras ſunt prolapſi. Recte ergo Cyprianus lib. de Simplicitate Prælatorum, concludit : *Cum Deo manere non poſſunt , qui eſſe in Eccleſia Dei vnanimes noluerunt, ardeant licet flammis, & ignibus traditi , vel obiecti beſtijs, animas ſuas ponant, non erit illa fidei corona, ſed pœna perfidiæ : occidi talis poteſt , coronari non poteſt.* Vide Gregor. Nunnium Coronel, de Optimo Reipub. ſtatu l. 3. c. 6.

2 cauſa Schiſmatis eſt ruptio Charitis.

Secunda cauſa eſt ruptio Charitatis, vere e- 14
nim dictum eſt ab Auguſtin. de Baptiſ. paruulorum, contra Donatiſtas lib. 1. cap. 11. *Nulli Schiſmata facerent, ſi fraterno odio non excæcarentur.* Nunquam enim, mihi perſuaſero , Lutherum, Caluin. Bezam, &c. in tales tunicæ Chriſti ſectiones, tam abſurdas, impias & blaſphemas , de Deo Peccati auctore, euerſo lib. arbitrio , Miſſæ idololatrica abominatione, euerſa Chriſti Eccleſia, impiorum ad ęternas pœnas, abſque præuiſione peccati finalis, deſtinatione , omnium operum bonorum peccaminoſa infectione, atque alias 100 hæreſes ſe deuoluturos fuiſſe, niſi in exſecrandum Papatus odium prius exarſiſſent. Docti enim fuerunt, at charitatem ædificantem, & membra myſtica conſociantem , deſeruerunt: *Nouatianus & alij* (inquit Ambroſ. in epiſt. ad Corinth.) *non paruæ ſcientiæ fuerunt, ſed quia per zelum , fœdera charitatis perdiderunt in Schiſma verſi, ad perditionem ſui, hæreſes creauerunt.*

3 Cauſa Schiſmatis.

3 Schiſmatis cauſa eſt, quod Papæ vnico 15
Chri-

Chriſti in terris vicario non obediatur. Quum enim facilius vni quã pluribus obedientia præſtetur capitibus, prouide diſpoſuit Saluator, vt quemadmodum vnum eſt eius in orbe ouile, ita vnus ſit & paſtor, cathedra vna, Rector vnus, quo omnis Schiſmatis tolleretur occaſio. vnde Cypr. l. de vnitate Eccleſ. *Hoc eo ſit fratres dilectiſſimi, dum ad vnitatis originem non reditur, nec caput quæritur, nec Magiſtri cæleſtis doctrina ſeruatur.* Paulo poſt. *Quamuis Apoſtolis omnibus, paulo poſt Reſurrect. ſuam, parem poteſtatem tribuat & dicat : Sicut miſit me viuens Pater, & ego mitto vos : Accipite Spiritum Sanctum ſi cui remiſeritis peccata, remittuntur illi, ſi cui retinueritis, retinebuntur: tamen vt vnitatem manifeſtaret, vnam cathedram conſtituit, & vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem, ſua auctoritate diſpoſuit.*

eſt inobedientia contra Papam.

16 Concinit D. Hieron. variis locis. Epiſtola ad Marcell. *At dicis, ſuper Petram fundatur Eccleſia. Licet idipſum in alio loco, ſuper omnes Apoſtolos fiat, & cuncti claues Regni cælorum accipiant, & ex æquo ſuper eos Eccleſiæ fortitudo ſolidetur : tamen propterea inter 12. vnus eligitur, vt capite conſtituto, Schiſmatis tollatur occaſio.*

Optat. Milleuit. contra Parmen. l. 1. & 2. *Cathedra vna eſt, & negare non audes, ſcire te Petro primùm in vrbe Roma cathedram eſſe collatam, in qua ſederit omnium Apoſtolorum caput Petrus, vnde & Cephas eſt appellatus: in quo vno Cathedræ vnitas ab omnibus ſeruaretur, ne cæteri Apoſtoli ſingulas ſibi quiſque defenderent, vt iam Schiſmaticus atque peccator eſſet, qui contra ſingularem Cathedram, alteram collocaret. Ergo Cathedra vna, quæ eſt prima de dotibus, ſedit prior Petrus, cui ſucceſſit Linus.*

Ad cauendũ inter Apoſtolos Schiſma, vnum caput conſtituitur.

17 Ad vos ergo Luthere, Zwingli, Rotmanne, Me-

Melanchthon, Carolſtadi, Caluine, Beza, &c. me conuertens, cogor ex ſententia & ſana antiquiſſimi Patris Optati cenſura, Schiſmaticos vos appellare: quippe qui ſingularem cathedram, contra Apoſtolicam D. Petri eiuſque ſucceſſorum Rom. Pontificum, Cathedram collocâſtis, altare contra altare erexiſtis, Papatum ſpreuiſtis, Summi Sacerdotis Imperio parêre detrectâſtis, non dilexiſtis, non coluiſtis, dum à Rom. Eccleſia apoſtatica defectione vos ſeparâſtis.

Quocirca ſtultitiam vel contradictionis ſpiritum ſatis demirari nequeo Lutheri & Caluini, qui tam diſertum calami gladium, in Schiſmaticorum latera diſtrinxerũt. Quorum prior in diſputat. Lipſica, quũ ei ab Eckio, quod Schiſmaticorum Bohemorum patronus eſſet, obijceretur, in hæc verba prorupit: *Nunquam mihi placuit, nec in æternum placebit, quodcunque Schiſma. Inique faciunt Bohemi, quod ſe auctoritate propria ſeparant à noſtra vnitate, etiamſi ius Diuinum pro illis ſtaret.* Et in Epiſt. ad Galat. 6. 2. *Alter alterius onera portate. Conſequens eſt, quod Bohemorum diſsidium à Rom. Eccleſia, nulla poſſit excuſatione defendi, quin ſit impium & Chriſti omnibus legibus contrarium, quia contra charitatem, in qua omnes leges ſummantur, perſtat. Nam hoc quod vnice allegant, ſeſe timore Dei & conſcientiæ defeciſſe, ne inter malos ſacerdotes, & Pontificet viuerent, hoc eos maxime omnium accuſat.* Vide eundẽ in reſolut. ſuper 80. Propoſitio. & quadam epiſt. ad duos Plebanos, de Anabaptiſmo. 18

Luthero diſplicet Bohemorum ſchiſma.

Poſterior, Caluin. in Symbolum, Section. 20. *Quodſi* (inquit) *Religio ſanctis Prophetis fuit, ob plurima* 19

Caluinus damnat Schiſma.

&

& maxima ſcelera, non vnius aut alterius hominis, ſed propemodum totius, ſe ab Eccleſia alienare, nimium nobis arrogamus, ſi protinus audemus ab Eccleſiæ vnione deficere, vbi non omnium mores vel noſtro iudicio, vel Chriſtianæ etiam profeſſioni, ſatisfaciunt. Et paulo poſt. *Ab Eccleſia diſceſſionem, ſuperbam* vocat *obſtinationem, & ſacrilegam præſumptionem, quam ſibi prauus aſſumit furor.* Tuo te igitur Caluine iudicans ore, ſacrilegum dico, dum effræni obſequens Sodomiæ & peculatus furori, ab Eccleſia Rom. diſceſſiſti. Vide Staniſ. Hoſium in confeſſio. fidei Chriſt. c. 93. in Paræneſi.

20 4. *Nota*, grauiſſimum eſſe Schiſmatis peccatū, quod proinde ſummo ſtudio ſemper cauendum eſſe Sancti atque Orthodoxi Patres, ex Sacræ pag. teſtimonijs, & Diuinę punitionis prodigiis comprobārunt. Cuius rationem dedimus ſup. verſ. 11. ſectio. 3. lædit enim præclariſſimum quoddam bonum commune, videlicet ſingularem illam vnionem, quæ eſt membrorum Eccleſiæ tum inter ſe, tum eorundē cum ſuo capite, quę vnio eſt fundamentū ſingularis cuiuſdam dilectionis Chriſtianæ. *Grauitas Schiſmatis.*

21 Hinc Chryſoſt. homil. 11. ad Epheſ. *Nihil ita Deum irritat, ſicut Eccleſiæ diuiſio. Et ſi munera bona operati fuerimus, non minores tamen pœnas dabimus, quam qui corpus eius proſciderunt, ſi plenitudinem & dignitatem Eccleſiaſticam diſcerpſerimus.* vbi verbum illud, *Plenitudinem*, connotat, quomodo per Schiſma, Eccleſię vnitas diſcerpatur, nimirum non per ſe, quaſi funditus tollatur, neque maneat amplius, ſed ſecundum ſui plenitudinem, vt ſcilicet conſtat ex hoc & illo membro. Cyprian. l. 4. epiſt. ad Magnum, abſolute intonat, *neminem poſſe participare* *Patres debacchantur in Schiſmatis auctores, & conſortes.*

de

de Diuina bonitate, qui ſe reddit inimicum Chriſtianæ vnitatis. Iren.l.4.c.34. *Qui ſcindunt & ſeparant vnitatem Eccleſiæ, eandem quam Ieroboam pœnam percipiunt à Deo:* Item D. Aug.l.2.de Baptiſ.contra Donatiſt.c.6. *Tempore illo quo Deus priora delicta recentibus pœnarum* 22
flagris cauenda monſtrauit, idolum fabricatum & adoratum eſt, & Propheticus liber, ira Regij contemptoris, incenſus, & Schiſma tentatum; Idololatria gladio punita eſt. Exuſtio libri, bellica cæde & peregrina captiuitate. Schiſma, hiatu terræ, ſepultis auctoribus viuis, & cæteris cœleſti igne conſumptis. Quis iam dubitabit hoc eſſe ſceleratius commiſſum, quod eſt grauius vindicatū? Idem contra epiſt. Parmen.l.5.cap.11.& lib.2. c.13.& ſeq. nullum crimen aſſerit Schiſmatis ſacrilegio eſſe maius, funeſtius ac pernicioſius Reip. Chriſtianæ, adeo vt *ne Martyrij quidem ſanguine deleri poſſe*; ex Cypri. doceat Chryſoſt.ſupr.

Poſtremo, graphice Schiſmatis impietatē extollit Iren.l.4.c.62. *Iudicabit Deus & eos qui Schiſmata operantur, qui ſunt immanes, non habentes Dei dilectionem, ſuamq; vtilitatem potius conſiderantes quam vnitatem Eccleſiæ, propter modicas & quaſlibet cauſas, magnum & glorioſum Chriſti corpus conſcindunt & diuidunt, & quantum in ipſis eſt, interficiunt: pacem loquentes & bellum operantes, liquantes culicem & camelum deglutientes. Nulla enim ab eis poteſt fieri tanta correctio, quanta eſt SCHISMATIS pernicies.*

Ratione cōfirmatur grauitas Schiſmatis.

Coniectura ex Script.petita, huic nōſtræ Aſ- 23
ſertioni ſuffragatur, quia ex diuerſitate pœnarum facile eſt inferre diuerſitatem demeritorum; iam vero Core, Datan & Abiron Schiſmatis auctores Num.16.licet vnum, parilique lege & Religione Deum colerent cum Moyſe & Aarone,

rone: quia tamen in eos inſurgentes, ſacrilegè ſe ab eis ſeparârunt, ſtatim ſacrilegi Schiſmatis pœnas perſoluerunt, viui à terra dehiſcente abſorpti, cæteris autem qui conſenſerant, cælo irruente igne abſumptis; quali vindicta nec idolum fabricatum adoratumque, nec Prophetici libri, ira Regij contemptoris, exuſtionem legimus à Deo punita, nec illis quidem temporibus, quibus grauiora delicta, recentibus pœnarum flagris cauenda monſtrauit, vt inquit D. Aug. ſup. Vide Franciſ. Feuardent. in Eſther c. 1. 22. §. *De Regum ſummorumque Principum abdicatione.* *Num. 16.* *Ierem. 36.*

24 Nec vero id mirum eſt, quia prima Veritas Matth. 18. 17. pronunciat eum, *Qui Eccleſiam non audierit, debere eſſe nobis, ſicut ethnicum & Publicanum;* ethnicum vero ſiue infidelem eſſe, hoc eſt, in Chriſtum non credere, tantum eſt peccatum, vt D. Aug. tract. 89. in Ioan. ſub hoc vno velut generali nomine, velit omnia peccata contineri. Iuſte autem qui à Saluatore ethnicis comparantur in delicto, ab iiſdem temporales in hoc mundo ſubinde accipiunt pœnas, quod in Græcis videre eſt Schiſmaticis. Anno enim circiter Domini 1543. 39 Maij, circa feſtum Sancti Spiritus, quem, tanquã Eccleſiæ (à qua receſſerant) ſponſum blaſphemauerunt; paucis annis poſt Concil. Flor. Mahometes Turcarũ Imperator, cum multa ſanguinis effuſione, Conſtantinopolim cepit, ac paulo pòſt totũ Græciæ Imperiũ, cuius miſerando iugo, & duriſſima ſeruitute etiam hodie premuntur. Vide Hoſium ſup. c. 56. & 93. Item Tract. de Cenſura Miniſtrorũ Tigurinorũ & Heidelbergenſium, de dogmate contra *Ethnicum eſſe, quia ſit in Scriptura.*

tra adorandam Trinitatem in Polonia ſparſo. Denique tract. de auctorit. Rom. Pontificis.

Facile ex ſchiſmate deſcenditur ad hæreſin.

Nota 5. Facillimum eſſe ex Schiſmate ad hæ- 25
reticam prauitatem deſcenſum, vt patet in Donatiſtis, Nouatianis, Græcis, Lutheranis, primo Schiſmaticis, deinde ad hæreſes prolapſis. Vt non immerito SS. Patres vehementius in Schiſmatum debacchentur auctores. Vnde D. Aug. de hæreſ. ad Quoduultdeum, hær. 69. *Donatiſtæ ſunt qui primum propter Cæcilianum, contra ſuam voluntatem ordinatum Eccleſiæ Carthaginenſis Epiſcopum, ſchiſma fecerunt, obijcientes ei crimina non probata, & maxime quod à Traditoribus Diuin. Scripturarum fuerit ordinatus. Sed poſt cauſam cũ eo dictã atq. finitã, falſitatis rei deprehenſi, pertinaci diſſenſione firmata, in hæreſim Schiſma verterũt.*

Ratio cur Schiſma finiat & deſinant in Hæreſin.

Cuius rei ratio eſt, quia niſi ſchiſma longiu- 26
ſculo tempore perſeuerãs, nouam ſibi aliquam hæreſin fabricaret, abſque vlla ratione, ab Eccleſia Rom. diſceſſiſſe videretur, & ſic nullus ſaltem titulus fucatus obtrudi poſſet; quod etiã impientiſſimi cauent peccatores.

Parœneſis ad omnes Chriſtianos.

Concludentes ergo cum D. Hieron. epiſt. ad Damaſ. Papam, atque ad Sanctiſſimũ Antiſtitem noſtrum Pontificem Rom. Paulum 5. Diuina miſeratione vnicum & Summum Chriſti in terris Vicarium, nos conuertentes, dicamus omnes Chriſti fideles; *Beatitudini Tuæ, id eſt, Cathedræ Petri communione conſocior, ſuper illam Petram ædificatam Eccleſiam ſcio: Quicumque extra hanc domum Agnum comederit, prophanus eſt: ſiquis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluuio. Non noui Vitalem, Meletium reſpuo, ignoro Paulinum: quicumque tecum non colligit, ſpargit, id eſt, qui Chriſti non eſt, antichriſti eſt.*

DO-

DOGMA II.

De Eccleſiæ Nota, quæ eſt Vniuerſalitas.

27 QVemadmodũ hęreticorum omnium propria teſſera eſt, opinionum & conuenticulorum particularitas, ideo *enim ſegregant ſemetipſos,* ideo Donatiſtę in ſola remanſiſſe Africa Eccleſiam iactitabant, ideo Nouiſſimis temporibus Pſeudochriſti & Pſeudoprophetæ ſurgentes, dicent Matth. 24. 23. *Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic*; ſicut Lutherani clamant; Ecce hic, id eſt Wittenbergæ, atque in alijs aliquot Germaniæ Prouincijs: Caluiniſtæ; in Geneuenſi, & pauculis Galliarum antris, eſt vera Dei fides, cognitio, cultus, Eccleſia, Sacramenta, remiſſio peccatorum, &c. Ita Eccleſiæ Catholicæ veræ, adeoque Romanæ, vnica Nota, & Teſtimonium credibile nimis, eſt vniuerſalitas loci atque doctrinæ, per quam ad omnia totius mundi loca, omnes omnino nationes & hominum genera, nullis certis angulis aſtricta, ad omnia tempora, ſucceſſiue ſaltem, ſe extendat, iuxta promiſſion. Pſal. 2. 8. *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ*: Luc. 24. 47. *Oportebat prædicari in nomine eius pænitentiam peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ieroſolyma.* Et Act. 1. 8. *Vſque ad vltimum terræ.*

Nota hæreticorum eſt; loci & Doctrinæ ſingularitas.

Nota veræ Eccleſiæ eſt vniuerſalitas.

28 Nulla autem hęreſis vnquam ſe extendit, vel extendet ad vltimos terminos terræ, non Ariana, non Neſtoriana, non Iouiniana, non Euty-

Nulla hæreſis ſe extendit per totũ orbem.

chiana, nō Pelagiana, nō Manichæa, non Donatiana, non Samoſatena, non Gnoſtica, non Albigēſis, licet armis & potentia inſtructiſſima, nō Huſſitica, non Wicleffiſtica, non Lutherana, nō Caluiniana: quarū duæ poſteriores, nunquā Hiſpaniam, Italiam, Græciam, Aſiam, Africam, Americam, Indias Orientales vel Occidentales viderunt, nunquam Mare Oceanum tranſiêrunt; multo minus deinceps videbunt aut tranſibunt, quum Eccleſia omnium, etiam hæreticorum iudicio, iam conſenuerit. Certe ad indubitatum interitum ſectam tendere Caluinianam, neruoſis argumentis demonſtrat erudítiſſ. Dominus Petrus Cudſemius, in ſua *Deſperata Caluini cauſa.*

Eccleſia iam conſenuit.

D. Aug. probat vniuerſalitatem Eccleſiæ.

Placet nunc in præcipuæ Theſeos noſtræ cō- 29
firmationem, inuictas aliquot ex vertice Theologorum D. Auguſt. depromere auctoritates: Primo ergo l.4. de Symbol. c. 10. *Audite hæretici, quid ſcriptum ſit: oportebat Chriſtum pati & reſurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionē peccatorū per omnes gentes. Omnes gentes, totus mundus eſt, Eccleſia totum poſſidet, quod à viro ſuo accepit in dote. Quæcumque congregatio cuiuſlibet hæreſis, in angulis ſedet, concubina eſt, non Matrona. O hæreſis Ariana quid inſultas? quid exſufflas? quid etiam ad tempus multa vſurpas? Iniuriam à te patitur Domina ab Ancilla, multas ei ingeris contumelias. Licet hæc doleat, non te magna metuit Sponſa Chriſti, Sancta, Catholica. Cum reſpexerit Sponſus, eijcieris tu vt ancilla cum filijs tuis, quoniam non erunt hæredes filij ancillæ cum filijs liberæ. Cognoſcatur vna Sancta, & vera Regina Catholica, cui Chriſtus tale Regnum dedit, quod eam per totum mundum diffundens, ab omni macula & ru-*

Congregatio hæret. eſt cōcubina.

ruga mundans, totam pulchram ſuo Aduentu præparauit.

Secundo, lib. de vnitate Eccleſ. cap. 10. *Habeo*
30 *manifeſtiſſimam vocem paſtoris mei commendantis mihi & ſine vllis ambagibus exprimentis, Eccleſiam per omnes gentes diffundendam; mihi imputabo, ſi per verba hominum ſeduci, atque ab illa aberrare voluero,*

Tertio, Tract. 1. in epiſt. D. Ioan. *Qui oderunt Eccleſiam, ſeparauerunt ſe ab orbe terrarum & excæcati ſunt:* atque ideo tanquam cæci omnes clamant, & quaſi in incertum vagantes, dicunt: *Ecce hic eſt Chriſtus,* Wittenbergæ, *ecce illic,* Geneuæ, &c. Sed *nolite credere,* mentiuntur, impoſtores ſunt, eccleſia enim per omnes gentes, Chriſti elogio eſt diffundenda; non concubina, non fornicatrix particularis, in angulis, latibulis, proſtibulis, fornicibus Germaniæ, Sabaudiæ, Galliæ, Morauiæ, Angliæ, Confœderatarum Belgij Prouinciarum, &c. deliteſcens.

31 Quarto, tom. 10. de Temp. ſerm. 131. *Sanctā Eccleſiam, Catholicam. Catholicam dicit toto orbe diffuſā, quia* *Catholica quid ſignificet:*
diuerſorum hæreticorum Eccleſiæ, ideo Catholicæ non dicuntur, quia per loca atque per ſuas quaſque Prouincias continentur. Hæc verò, à Solis ortu vſque ad occaſum, vnius fidei ſplendore diffunditur. Vide eundem epiſt. 161. ad Honoratum Donatiſt. vbi eandem Eccleſiam etiam aperte pronunciat euidentem atque viſibilem, non inuiſibilē, nō Mathematicam, qualē ex iuſtis dūtaxat vel Prædeſtinatis hæretici imaginantur, congeſtā, vt noſtra euadant certiſſima tela, contra nugigerula eorum paradoxa producta. Item de Agone Chriſtiano cap. 29. de Geneſ. ad lit. c. 1. Contra Gaudent. Donatiſt. l. 3. c. 1. Epiſt. 170. ad Seuerinum & alijs pluribus locis.

D. Auguſtino alij conſonant Patres, quod 32
quia longum demonſtrare, vnum dumtaxat
eius coætaneum producam D. Hieron. ad caput
24. Matth. *Si quis promiſerit vobis, quod in deſerto Gentilium, vel Philoſophorum dogmate, Chriſtus moretur, aut in hæreticorum penetralibus, qui Dei pollicentur arcana; nolite exire, nolite credere.* Quaſi dicat, Amplius, Amplius, videlicet ab Oriente vſque in Occidentem, fides eius in Catholicis fulget Eccleſijs. Eodem prorſus ſenſu, quo Cyrill. Hieroſol. catech. vltim. Catholicam, interpretatur; *Quod per omnem diffuſa* (inquit) *ſit orbem habitabilem, à finibus terræ vſque ad fines terræ: quod Catholice, ſiue generatim, aut vniuerſe pleneq. doceat abſque vllo defectu, omnia dogmata, quæcumque in notitiam hominum peruenire debent, tam de viſibilibus quam de inuiſibilibus, tam de cæleſtibus quam de terreſtribus: quod omne genus hominum ſibi pie ſubiectum habeat.* Quod Euſeb. Emiſſ. contra Epiſtol. Pelag. cap. 2. ſic interpretatur: *Per vniuerſum orbem gratia coruſcante diffuſa.*

Vbicumque dominantur hæretici, ibi reperiuntur Catholici, non è cõtra.

Vniuerſalitatem vero Eccleſiæ adiuuat alia 33
Conſideratio, quam contra ſui temporis hæreticos, idem creberrime vrget D. Aug. videlicet, quod vbicumque hęreſes dominantur, ibi ſemper, & quidem competenti ſatis numero, ſint Catholici; non è contra, vbicumq. Catholici dominantur, ibi etiam hæretici inueniantur: in plurimis enim Gentibus ac locis ſunt Catholici, vbi nulli prorſus ſunt hæretici; quod diſcrimen ex præfato Script. loco & alijs, deducit D. Auguſt. de vnit. Eccleſ. c. 3. *Illæ quippe ſingulæ hæreſes in multis gentibus vbi iſta Catholica eſt, non inueniuntur; hæc autem quæ vbiq. eſt, etiã vbi illæ ſunt, inuenitur.*

Vt

34 Vt autem cæteras hæreſes prętercam, in ſolis Lutherana & Caluiniana ſiſtens, dico eas in Italia, Hiſpania, Bauaria, Sicilia, Sardinia, Melite, Maiorica, Minorica, Corſica, Aegypto, Aethiopia, America, Indijs Oriental, Occidentalibus, Perſia, China, Inſulis Malabarum, Iapania, Moluccis, Braſilia, Melindis, Ormo, Mexico, &c. vbi omnes, vel maxima ex parte, aut plurimi ſaltem ſunt Catholici; non inueniri, nec in pleriſque quid ſint illæ Sectę, quid eorũ portendat confeſſio, aut nomen, ſciri. In omnibus autem eorum dominijs, plurimos, ne pene dicam, infinitos, inueniri Chriſtianos Catholicos ſeu (vt vocant hęretici) Papiſtas, auctor eſt indefeſſus Caluinomaſtix, Dom. Thom. Stapleton. Prompt. Cathol. Dom. 24. poſt Pent. §. 1. Teſtis experientia quotidiana, adeo vt ne Catholicos quidem Sacerdotes, ab eorum ingreſſu locorum, hactenus cohibere vel arcere potuerint exilia, bonorum proſcriptiones, equulei, carceres, vincula, ignis, ferrum, vel patibula hæreticorum, vti hactenus patuit patetque in Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, &c. Regnis.

35 Id ſcio, id totus nouit mundus, ideoque lubens narro, tam copioſum eſſe numerum Catholicorum in Hollandia, Zeelandia, Friſlandia, alijſque Prouinciis Belgij confœderatis, atque omnis ſe proſtituentis hæreſeos Caluinianæ, Lutheranæ, Anabaptiſticæ, Anglocaluiniſt. Arminianæ, Gummarianæ, Neoarianæ ſeu Vorſtianę, etiam Iudaicæ prauitatis, Receptaculis (omnes enim iſtę, ſola excluſa Orthodoxa, Cathol. Rom. fide & Religione, inibi ſunt

Copioſus numerus Cathol in Holland. Zeelādi & & cet. vnitis Prouincijs.

 gratę,

Hollandia, Zeeland. &c. recẽptant omnes hæreſes ſola excluſa Relig. Catholica.

gratę, omnes amicę, omnes cum oſculo acceptantur) tanta inquam in antris illis, à paucis annis repullulauit, Pontificiorum ſeu Catholicorum Chriſtianorũ meſſis, vt earum Pſeudoeuangelici buccones ſeu Miniſtri, rebus ſuis, ad inſtar Pharaonis Aegyptij, timẽtes, nouo, turpi, & ſpecioſæ Religionis libertati (quam nobis ſemper obtruſerunt, iactârunt, buccis crepitãtibus ſpirarunt, iurârunt, armis defenſandam pronunciârunt, qua denique inſtabilem pop. ineſcârunt, ſed in minimo non ſeruarunt) ex diametro repugnante Edicto, 27 Martij Anno 1612. in Haga-Comitis edito, Catholicos omnes, & in ijs maxime Sacerdotes, Religioſos, Ieſuitas, vexare, perſequi, proſcribere, opprimere bonorumque & vitę mulctatione mediate cœperint terrere.

Crudele hæreticorum edictum contra Catholicos.

Videbant enim externis cum Potentiſſimo Hiſpaniarum Rege, atque Illuſtriſſimis Archiducibus Auſtriæ, Brabantiæ Ducibus noſtris, *Alberto & Iſabella*, compoſitis inducijs, internis Arminianiſmi, Gummarianiſmi ac Neoarianiſmi ſeu Vorſtianiſmi, Synodos & claſſes ſuas diſſidijs flagrare, diſtrahi, ad ſeditiones ciuiles prouocari : quoſdam è Pſeudodelphis ſuis ad Hierarchiæ Eccleſiaſticæ primatum aſpirare, ſe & Ordines propter præfatum, & admiſſum Vorſtianiſmum vnice blaſphemum, à Sereniſſ. Magnæ Britanniæ Rege Iacobo, ſeriò moneri; ſciebant ex Hilar. l. 7. de Trinit. *Bellum hæreticorũ pacem eſſe Eccleſiæ*: meminerant Maximæ à Saluatore pronuntiatæ, Luc. 11. 17. *Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur* ; ſciunt plerique eorum, 36

hanc

hanc Maximam Paulinam, *Non eſt diſſenſionis Deus,* 1. Corinth. 14. 33.

Quare quum ſemper metus angat iniquos, iamque videntes ſe ab hoſtibus pluribus internis impetendos, timerent cum Iudæis, ne venirent *Romani, & tollerent noſtrum [ſuum] locum & Gentem,* Ioan. 11. 48. vnanimi conatu, non propter Ieſum, ſed propter Lazarum, tam fœde & turpiter, opprimere Catholicos, decreuerunt.

37 At quos hiſce D. Leonis ſermo. 1 de SS. Petro & Paulo, verbis, compellare, ſolari, atque animare propoſui verbis: *Non minuitur perſecutionibus Eccleſia, ſed augetur, & ſēper Dominicus ager ſegetę ditiore veſtitur, dum grana quæ ſingula cadunt, multiplicata naſcuntur.* Et illo D. Aug. in Pſal. 57. præconio inuicto. *Non vos terreant fratres quidam fluuij, qui dicuntur torrentes, decurrit aqua, ad tempus perſtrepit, mox ceſſabit, diu ſtare non poſſunt. Multæ hæreſes iam emortuæ ſunt, cucurrerunt in riuis ſuis, quantum potuerunt, decurrerunt, ſiccati ſunt riui, vix eorū memoria reperitur, vel quia fuerūt.* Quod de Lutheraniſmo, Caluinianiſmo, Geuſiſmo, Arminianiſmo, Gūmarianiſmo, Vorſtianiſmo, atque adeo vniuerſo Sataniſmo, ſuo tempore, & quidem breui, dicere, verum erit. *Eccleſia perſecutionibus augetur.*

Verſ. 20. Vos autem Chariſſimi, ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ noſtræ fidei, in Spiritu Sancto orantes.

HActenus Thaddæus noſter vniuerſos 1
Chriſti fideles, vt Pſeudoapoſtolos omni diligentia vitarent, eſt exhortatus, in quem finem variis ijſque viuis coloribus, vitam ac dogmata eorundem expreſſit. Nunc autem, pro quinta Epiſtol. huius parte, vt poſitiuis virtutum exercitiis gnauiter incumbant, monet, quum Iuſtitiæ Chriſtianæ binas Scriptura comites adiungat, declinationem videlicet mali & proſecutionẽ boni. Quod vt efficacius perficiat, verbo *Chariſſimi*, Chriſtianam beneuolentiam captat.

Iuſtitia Chriſtiana duas habet alas.

Caute vero hic proſpiciendum, ne quis in 2
Pelagij impingat errores, ſumpta occaſione ex tranſpoſitione verborum Apoſtoli, dum expectationẽ Diu. Miſericordiæ, omnis gratiæ præuenientis primæ auctricis, vltimo attexit loco; liberi vero arbitrij vſum & motum, per bonorum operum ſuperædificationem, in Spiritu S. orationem, in Dei dilectione, ſui conſeruationẽ, primo ponit loco. Tenor enim contextus hic eſt: *Vos autem Chariſſimi ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ noſtræ fidei, in Spiritu S. orantes, voſmetipſos in dilectione Dei ſeruate, expectantes miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam.* Quo loquendi modo, liberæ voluntatis noſtræ motum, gratiæ Diuinæ
aſpirationi præferre videtur: quum tamen ſcri- 3
ptum

ptum ſit Ioan. 15. 5. *Sine me nihil poteſtis facere.* 1. Corinth. 12. 3. *Nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus, niſi in Spiritu Sancto.* 2. Corinth. 3. 5. *Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis*, ergo multo minus facere, inquit D. Aug. l. 2. contra 2. epiſt. Pelag. c. 8. Sicut idem definitur in variis Conciliis, Palæſtino, in quo coactus eſt Pelagius hunc, inter cæteros, articulum, de gratiæ non neceſſaria ad bonum opus præuentione, anathematizare. Item Concil. African. Arauſic. Denique Trident. ſeſſion. 6. Can. 2.

Abſque gratia Diuina nullum valet opus.

4 Cæterum quia Iudas ſcribit Chriſtianis illuminatis, & quidem prima gratia iam inſtructis, quorum proinde voluntas & bona opera ad gratiæ requiruntur augmentum; nihil mirum, ſi hac ſententiarum ſuarum tranſpoſitione vtatur, maxime quum ea SS. Apoſtolorum atque Euangeliſtarum ſyncerior fuerit methodus ſcribendi, vt potius ad ſenſum, quam ordinem attenderint verborum.

Tranſpoſitio verborum Thaddæi.

5 Quare ſicut lib. arbitrij cooperationem à gratia non ſeparamus; ita gratiæ potiores partes deferendas cenſemus, vt bene D. Aug. ſcribit Valentino epiſt. 46. & 47. *Nō declinabimus, ait, ad dexterā, neq; ad ſiniſtrā: ad dexterā, eleuando gratiā & deprimendo lib. arbitrium (quod erat Manichæorum) nec ad ſiniſtram, eleuando lib. arbitrium, & demittendo gratiam.* Et Cæleſtin. Primus Papa, epiſt. ad Epiſcopos Gall. c. 8. *Hi filij Dei ſunt, vt nec noſtrum deeſſe ſentiamus arbitrium, & in bonis quibuſque voluntatis humanæ ſingulis motibus, magis illius valere non dubitemus auxilium.* Denique Beda hic: *Ita nos in dilectione Dei ſeruare præcipit, vt nunquam de noſtris viribus præſumamus, ſed in Diuinæ tuitionis adiutorium ſperemus,*

Gratiæ influxus præcipuus in opere bono.

rem us, ne quis, iuxta dogma Pelagij, à ſeipſo ſe ſaluari poſſe pronunciet, ſed omnes Spiritus Sancti in nos petamus aduentum, quo inſpirati ardentius orare valeamus, ne forte cum his qui ſpiritum non habent, ideoque animales perſeuerant, à S. Eccleſia ſocietate ſegregemur.

SECTIO PRIMA.

Vos autem Chariſſimi ſuper ædificantes voſmetipſos SS. noſtræ fidei.

Fides & opera bona in adulto requiruntur.

DVo hic facit: inculcat enim fidei fundamentum, & bonorum operum ſuperſtructionem ſeu ædificium illi imponendum, nam vtrumque ad ſalutem, in adultis abſolute eſt neceſſarium; neque enim fides aliquid valet ſine bono opere, nec bonum opus valet abſque fide.

Fides eſt primum Iuſtitiæ Chriſtianæ fundamentum.

Cuius proinde fidei ea imprimis eſt præſtantia, vt totius Iuſtitiæ Chriſtianæ, primum & neceſſarium, neceſſitate medij, ſit fundamentum, teſte Script. Hebr. 11.6. *Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo: credere enim oportet accedentem ad Deum quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.* Teſtibus SS. Patribus, Chryſoſt. ſermo. de fide, ſpe, & Charitate. *Fides eſt origo Iuſtitiæ, ſanctitatis caput, deuotionis Principium, Religionis fundamentum. Nullus vnquam ſine hac Deum promeruit, nullus ſine illa faſtigium ſublimitatis aſcendit.* Euſeb. Emiſſen. de Symbol. homil. 2. *Fides Religionis Cathol. lumen eſt animæ, oſtium vitæ, fundamentum ſalutis æternæ. Hanc nobis velut magnã lampadem Chriſtus aduenıens, errantibus viam monſtraturus, exhibuit,*

per

per quam poſsit Deus ignotus requiri, quæſitus creditus inueniri. D. Aug. præfat. in Pſal. 31. *Magnum opus* (ſcilicet Abrahæ) *ſed ex fide: laudo ſuperædificationẽ operis, ſed video fundamentũ fidei. Laudo fructũ boni operis, ſed in fide agnoſco radicẽ.* Itẽ ſerm. 30. de Temp. *Cõſtat ergo nemině ad verã poſſe peruenire Beatitudinem, niſi Deo placeat, & Deo neminem poſſe placere niſi per fidem; fides namque eſt bonorum omnium fundamentum. Fides eſt humanæ ſalutis initium: ſine hac nemo ad filiorum Dei cõſortium poteſt peruenire, quia ſine ipſa, nec in hoc ſæculo quiſquã iuſtificationis exſequitur gratiam, nec in futuro vitam poßidebit æternam.*

8 Alterum non minus neceſſarium vrget caſtitatis, humilitatis, patientiæ, tẽperantiæ, Iuſtitiæ, vſus Sacramentorum, ieiunij, aliorumque bonorum operum ædificium, prętactæ fidei imponendum, quod aptiſſimo verbo *Superædificationem* nominat Thaddæus, ſicut & D. Petrus 1. epiſt. c. 2. 5. *Et ipſi tanquam lapides viui ſuperædificamini, domus ſpiritualis, ſacerdotium Sanctum, offerre ſpirituales hoſtias acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum.*

Cæterum nihil eſſe certius, quam opera bona præter fidem requiri, contra hæreticos apertiſſimæ Script. conuincunt; ea tamen eſt Lutheri ſtolida & effrontiſſima audacia, vt in quodam ſermone ſuper illa verba: *Sic Deus dilexit mundum,* blaterare non vereatur: *Ego dico tibi quia anguſta eſt via, oportet te fieri tenuem, ſi vis per eam venire. Cæterũ qui operibus onerati ſunt, ſicut conchilibus onuſtos videmus Iacobi peregrinos, ij non poterunt intrare.*

Opera bona præter fidem requiruntur ad ſalutem.

Contumelia Lutheri contra opera bona.

9 Agedum vero mi Diuinorũ & humanorum irriſor Luthere, hancne tenuitatẽm requiſiuit Saluatoris pręcurſor Ioan. Baptiſta Matth. 3. 10. *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in*

ignem

ignem mittetur? Quid ipſe Chriſtus Matt.5.20. aliud præter opera requirit, *Niſi abundauerit Iuſtitia veſtra, pluſquam Scribarum & Phariſæorum?* Ibidem cap.7. 21. *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum* (quaſi dicat, Non omnis qui habet fidem, qua ſine nullus poteſt dicere Domine, Domine, hoc eſt, Chriſtum agnoſcere pro Domino) *ſed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit, &c.* Matth.25.41. cauſa reprobationis impiorum affertur, non quia non crediderint, ſed quia ſitienti & eſurienti nec cibum porrexerint nec potũ intulerint: *eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non dediſtis mihi potum.*

Patres requirunt opera bona ad Iuſtitiam.

Recte ergo Clem. Alexand. l.5. Stromatum 10
acclamat: *Gratia ſaluamur, ſed non abſque bonis operibus.* Et infra. *Quando audierimus, Fides tua te ſaluum fecit, non accipimus abſolute, eos ſaluos futuros, qui quomodocumq; crediderint, niſi facta quoque fuerint conſecuta.* Cyrill. l.10. in Ioan. c.18. *Quod fides ad ſalutem non ſufficiat, Chriſti etiam diſcipulus oſtendit, ſcribens; Tu credis, quia vnus eſt Deus.* D. Aug. de grat. & lib. arbitrio, c.7. *Homines non intelligentes quod ait Apoſtolus: Arbitramur hominẽ iuſtificari per fidem ſine operibus, putauerunt eum dicere, ſufficere homini fidem, etiamſi male viuat, & bona opera non habeat, quod abſit vt ſentiret vas Electionis.* D. Proſper l.1. de vita Contẽpl. c.19. *Verbum fidei prædicandũ eſt, vt audiens credat, credens intelligat, intelligens bonum opus perſeueranter exerceat: quoniã eum qui poteſt vti lib. voluntatis arbitrio, nec opera ſine fide, nec fides ſola ſine operibus iuſtificat.* Idem docet D. Hiero. in c.26. Eſai. vbi muro comparans Opera bona, antemurali vero fidem, concludit, non eſſe ſatis, habere murum fidei, niſi ipſa bonis iuſtitiæ confirmetur ope-

Comparatio D. Hiero.

operibus. Tanta eſt eorũ ſupra fidem neceſſitas.

11 Plus dico, tam neceſſariam eſſe bonorum operum ſuperædificationem, vt ipſa ſint fidei vnicum retinaculum & fulcrum; niſi enim fides bonorum operum exercitationé, & in vita ſancta atque immaculata conſcientia, conſtantia, velut mediis ſoſpitetur, de eiuſdem ruina merito venit extimeſcendum. Apoſtolus enim Paulus dum Timotheum ad orthodoxã fidem, bonamque conſcientiam exhortatur, 1. ad Timoth. 1. 19. addit: *Quam*, nempe conſcientiam, *quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt, inter quos eſt Hymenæus & Alexander, quos tradidi Satanæ.* Ad quæ verba Chryſ. homil. 5. *Et merito ſane naufragauerunt: nam vbi vita reprehenſibilis fuerit, dogma item huiuſmodi ſit, neceſſarium eſt; ac videas plurimos in profundum malorum corruiſſe, atque ad gentilem ritum fuiſſe conuerſos.* Idem docet in 2. Corinth. 4. ad verſ. 13. *Habentes autem eundem ſpiritum fidei. Fides,* ait, *opus habet auxilio ſpiritus ac præſentia, vt inconcuſſa permaneat: auxilium autem hoc vitæ puritate, moribuſque probatis retineri apud nos ſolet. Quare ſi cupimus fidem radicatam habere, viuendi ratione pura nobis opus eſt, quæ ſpiritum retineat, à quo totam fidei vim dependere conſtat. Impoſſibile enim eſt, impoſſibile profecto, ſi vitam impuram habeas, in fide non vacillare.* Conſonat D. Aug. præfat. in Pſal. 31. *Rurſum ſi ſic teneret fidem, Abraham, vt quum ei Deus imperaret, offerre ſibi immolandum filium ſuum, diceret apud ſemetipſum; Non facio, & tamen credo, quia me etiam contemnentem iuſſa ſua, liberat Deus; fides ſine operibus mortua eſſet, & tanquam radix ſine fructu, ſterilis atque arida remaneret.*

Opera bona conſeruant fidem.

Impia vita ruinam fidei affert.

Sanum conſilium.

Timenda ſententia.

12 Eant nunc Lutherani, veniant Caluiniſtæ & ſtabi-

Exploditur nugigerula fides ſpecialis hæreticorum.

ſtabiliant, ſi poſſint, ſolam ac nugigerulam fidem ſuam, quam vocant, ſpecialem; quibus occinit D. Paulus, occinit Iacobus, occinit Chryſoſt. ac Theologorum vertex Auguſtinus. At quos non mirum eſt, in huiuſmodi hæreſeon prolapſos errores, quum prius à vitæ Iuſtitia ac Sanctimonia degeneráſſent. Fugite, fugite omnis pietatis exortes Machiauelliſtæ, cedite Politici & frigidæ Salamandræ, dum non operum duntaxat bonorum non erigitis ſuperædificationem, verum Babylonicam & confuſam fidei conſtruitis molem, iuxta temporum ac Principum varietatem diſtinctam, quam exſecratur Deus, quam Eccleſia orthodoxa, quam Dei Vicarius Agatho Papa cum Synodo Romana in Actione 6. Synodi General. *Exſecratur* (inquit) *vera confeßio pietatis, iuxta diuerſitates temporum, variari fidem, ſicut nec ipſe varietatem variari admittit, de quo eſt ipſa vera confeßio, qui dicit, Ego ſum & non ſum mutatus*, Malach. 3.6.

Deus exſecratur fidei diuerſitatē.

SECTIO II.

In ſpiritu Sancto orantes.

MOnilium & gazarum depoſitarij, magno ea ſtudio cuſtodire ſolent, ne aut fures diripiant, aut Vulcanus abſumat; quæ pericula ſi immineant, ad ignem & arma vicinos inclamare ſolent. Sic prouidus Baſil. 69. ad Epiſcopos Gall. & Ital. immanis hæreſeos incendia excitato, alta voce Chriſtianos ciere non ceſſat: *Ab Illyrico vſque ad Tiberiadem hæreſis malum depaſcitur, pietatis*

tatis dogmata euerſa ſunt, confuſæ ſunt pietatis Leges, perijt auctoritas Sacerdotalis, licentia multa peccandi, populi admoneri nolunt, &c.

Sic Iudas ad extinguendũ Borboritarũ, Ebionitarum, &c. ignem, quo & ſe ab eo ſeruent immunes, Chriſtianos deinceps monet, rogatq; vt variis virtutibus incumbant, nuncmaxime, vt ſtudium orationis in Spiritu S. apportent.

14 *Orare autem in Spiritu S.* videlicet excitante, mouente, & quid quomodoue orandum ſit, dictante, eſt: Feruenter, vtiliter, & perſeueranter orare, præſuppoſita ſcilicet vera fide, & ſtatu Iuſtitiæ Chriſtianæ, quorum alterutrũ ſi deſit, vane & caſſo orabis effectu; *Quomodo enim eum inuocabunt in quem non crediderunt?* Rom. 10. 14. *Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam, manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.* Deinde, *ſi cor noſtrũ non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deũ, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita, coram eo facimus*, 1. Ioã. 3. 21. Ex quo patet, fiduciam illam, de qua Apoſtolus, poſteriorem eſſe ordine naturæ, atque adeo ex bonorum iuſtitiæ Chriſtianæ operum fundamento reſultare, aliter enim ſperare, eſt baculo arundineo inniti.

Quid ſit orare in Spiritu S.

Oratio vera ſupponit fidẽ & gratiæ ſtatum.

15 Diuinæ ergo Miſericordiæ energiam delaturum orationis emplaſtrum; *Primo calidum & feruidum* eſſe debet: diſplicet enim Deo flaccida & frigida, placet autem ex intimis cordis deducta penetralibus Oratio. nec vero aliter Regius orare ſolet Vates: quippe qui ex profundis animi ſuſpirijs, mentem in cælum leuabat, quum diceret Pſal. 129. 1. *De profundis clamaui ad te Domi-*

Oratio debet feruida eſſe

ne,

ne, Domine exaudi vocem meã, in quæ verba D. Chry-ſoſt. *Quid eſt, De Profundis? Non dixit ſolummodoq; ex ore vel lingua, errante enim mente, ſæpe verba funduntur ; ſed ex corde profundiſſimo, cum magno ſtudio & magna animi alacritate, ex ipſis mentis penetralibus. Tales enim preces magnam habent potentiam, vt quæ neque ſubuertantur, neque concutiantur, etſi eas Diabolus magno impetu inuadat.*

16 Merito ergo iure tales preces comparat arbori, quę in multam terræ profunditatem actis radicibus, quibuſuis ventorum impactis reſiſtit procellis; quum alia in extima terræ ſuperficie ſita etiam leuiſſimo fluctuet vento, atque ad terram lapſa, radicitus euellatur. Non ſecus preces, quæ ex imo pectoris aſcendunt fundo, atque altas in profundo intellectus ac voluntatis egerint radices, etiam impetuoſiſſimas excipiunt mundanarum cogitationum atque impulſuum Diabolicorum impreſſiones, non cedentes, non infractæ; quæ autem extremis duntaxat labris perſtringuntur, neque ab imo diriguntur, ad Deum aſcendere non valent.

Externiorũ tium geſtus laudantur à D. Auguſtino.

17 Laudat in hunc finem D. Auguſt. lib. de Cura pro mortuis c. 5. externos orantium geſtus, vt putà genuflexionem, in terra proſtrationem, manuum expanſionem; *Quamuis enim inuiſibilis eorum voluntas, atque intentio cordis, Deo ſit comperta, nec his indicijs, vt humanus ei animus pandatur, habeat opus; tamen his magis,* (inquit) *ſeipſum excitat homo ad orandum, gemendumque humilius atque feruentius. Et neſcio quomodo, cum hi motus corporis fieri, niſi motu animi præcedente non poßint, eiſdem rurſus exterius viſibiliter factis, ille interior inuiſibilis, qui eos fecit, augetur: ac per hoc cor-*

dis

dis affectus, qui vt fierent iſta, præceßit; quia facta ſunt, creſcit.

18 In hoc ſpiritu idem orabat l. 9. Confeſſ. cap. 6. & 7. dum graphica ad Deum inſtituta Apoſtrophe, *Quantum fleui*, ait, *in hymnis & canticis tuis ſuaue ſonantis Eccleſiæ tuæ vocibus commotus acriter: voces illæ influebant auribus meis; & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea æſtuabat inde affectus pietatis, & currebant lachrymæ, & bene mihi erat cum eis.* Paulo poſt. *Excubabat pia plebs in Eccleſia, mori parata cum Epiſcopo ſeruo tuo. Ibi mater ancilla tua, ſollicitudinis & vigiliarum primas partes tenens, orationibus viuebat. Nos adhuc frigidi, à calore Spiritus tui excitabamur; tamen ciuitate attonita atque turbata.*

Mirus feruor orationis D. Aug. & Monicæ.

19 Secundò *in Spiritu Sancto orat*, qui petit ea quæ Dei gloriam, & noſtram promoueant ſalutem, non quæ cupiditatis noſtræ ſunt argumenta, vanitatis indicia, vel maleuolentiæ teſtimonia, de quibus Aug. *Multa Deus concedit iratus quæ negat propitius.* Et Iacob. 4. 3. *Petitis & non accipitis, eò quod male petatis, vt in concupiſcentias veſtras inſumatis.*

Quæ ſint petenda in oratione.

Bona ergo petenda iuxta Reg. Magiſtri Chriſti Matth. 7. 11. *Pater veſter qui in cælis eſt, dabit bona*
20 *petentibus ſe*; qualia, vti diximus, Dei honor, animæ ſalus, conuerſio hæreticorum, conſtantia Catholicorum, odium peccatorum, extirpatio hæreſeon, Eccleſiæ exaltatio, & alia quæ Thaddæus noſter Canonica ſua Parænesi intendit. Hinc D. Baſil. Conſtitut. Monaſt. c. 2. *Munificentißimus & auguſtißimus eſt Rex noſter, & indigne fert, quandocumque quis exiguum aliquid à ſe petit, multo magis ſi ea petimus quæ minime conueniunt.* D. Auguſt. ſermone 53. de verbis Domini: *Quum vero quæ Deus lau-*

dat,

dat, quæ Deus præcepit, quæ Deus in futuro ſæculo promittit, ab eo petitis, ſecuri petite. Proinde ſiquando votis orationum non potimur, non minores Deo gratiæ agendæ, quippe qui non negat, niſi quod nobis minus nouit eſſe ſalutare, monente D. Auguſt. epiſt. 121. ad Probam. *Si aliquid contra quam oramus acciderit, patienter ferendo & in omnibus gratias agendo, hoc potius oportuiſſe, quod Dei, non quod noſtra voluntas habuit, minime dubitare debemus. Nam & huiuſmodi exemplum præbuit nobis ille Mediator, qui quum dixiſſet: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte, humanam in ſe voluntatē, ex hominis ſuſceptione, trāsformans, continuo ſubiecit, Veruntamen non quod ego volo, ſed quod tu vis Pater.*

Perſeuerantia Orationi neceſſaria.

Tertiò vt in Spiritu Sancto oret Chriſtianus, 21 perſeueranter & ſine intermiſſione debet orare, Luc. 18. 1. *Oportet ſemper orare & nunquam deficere.* Et 1. ad Theſſalon. vlt. 17. *Sine intermiſsione orate.* Hanc orationis conditionem Patres omnes requirunt, è quibus, reliquis miſſis, vnum producam D. Chryſoſt. homil. 35. in Ioann. *Pudeat nos, pudeat dilectiſsimi, & incredibilem ſocordiam noſtram deploremus. Octo & triginta annos Paralyticus ad piſcinam expectauerat, expectabatque vt ſanaretur, neque eius impletum eſt deſiderium, neque negligentia ſua non ſanabatur, ſed præuentus ab alijs: neque propterea deſperauit. Nos autem ſi vel decem dies orationibus inuigilantes, non exaudimur, iam tepeſcimus: hominibus vero quam diligentiſsimū exhibemus miniſteriū in malitia, in difficultatibus ſeruientes; tandem frequenter ſpem omnem amittimus: Dominum autem noſtrum, vbi ſine dubio merces ſequitur longe laboribus amplior, ſpes enim non confundit, inquit; debito ſtudio & diligentia proſequi non patimur. Et quonam hoc ſupplicio dignum? Sed laborioſa eſt aſsidua Oratio. Et quid*

quid non laborioſum, quod à virtute proficiſcatur?

Vide Thom. Staplero. Prompt. Moral. Dom. infra Octau. Natiuit. Dom. §. 5.

Verſ. 21. Voſmetipſos in dilectione Dei ſeruate, expectantes miſericordiã Domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam.

SECTIO PRIMA.

Voſmetipſos in dilectione Dei ſeruate.

1 MOrum Paræneſi intentus, tertio loco monet Chriſtianos, vt vinculum Charitatis ac dilectionis cum Dei, tum proximi foueant atque conſeruent. Sine hac quippe nec fides, nec Spes, nec Oratio, nullum denique opus bonum, quicquam valent in ratione merendi coram Deo, 1. Corinth. 13. 1. *Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum, omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.* vt non immerito D. Aug. ſerm.

Encomia Charitatis. 53. de Temp. eam vocet *Omnium virtutum arcem.* Gregor. Magn. l. 6. epiſt. 6c. *Omnium bonorum cuſtodem & matrem.* Proſper denique, *Actionum bonarum ſummum, ſalutem morum, finem cæleſtium præceptorum, mortem criminum, vitam virtutum.*

Mandatum Charitatis eſt primum & ſummũ. Ea vero eſt dignitas Charitatis, vt illius mãdatum, primum & ſummum, quo maius in lege 2
non ſit, pronuncient oracula Diuina; quod donum ſit Spiritus Sancti, quod filiũ Dei efficiat, quod omnium amet ſocietatem virtutum, quod ipſa inſtructis, nihil aduerſi accidere poſsit; denique ad inſtar militis generoſi, ſi perfecta ſit, omnem ſiniſtrum excludat pauorem, ſitque inſtar parentum, qui trans mare poſitos filios deſiderant videre; ideoque nec maris exhorrẽt naufragia vel tempeſtates: quinimo audacter filiorum charitate, maris ingrediuntur fluctus, ſubeunt nauigij incerta, ſed metum criminis leuant deſideria filiorum; quod idem in Martyribus locum habet, qui perſecutiones, vngulas, enſes, incendia, belluas, aquarum profundiſsima vada, &c. nõ timentes, infeſtis ac furibundis ſe Regibus obtulerunt, de quo Ambroſ. ſerm. in Pſalm. 118.

Media autem virtutis huius conſeruandæ, licet varia à SS. Patribus aſſignentur, vt puta Diuinorum conſideratio beneficiorum, amoris proprij mortificatio, gratiæ & gloriæ, ad quam nobiſcum proximus creatus eſt, vnitatis attentio, humilitas & patientia, &c. Vnum tamen cæteris non minus efficax eſt, quod hic inſinuatur, nempe continua Diuinorum præceptorum impletio, atque operum charitatis oportuna exhibitio: 3

Charitas conſeruatur impletione legis & operum.

bitio:

bitio: his enim Dei & proximi amor nutritur, perficiturque. qui enim loco & tempore opportunis, actus non exhibet charitatis, charitatem amittit; multo vero magis, ſiquid charitati contrarium operetur.

4 Vnde Gregorius homilia 31. in Euangelia. *Ad voſmetipſos ergo fratres chariſſimi introrſus redite, ſi Deum vere amatis, exquirite. Nec tamen ſibi aliquis credat, quicquid ſibi animus ſine operis atteſtatione reſponderit. De dilectione Conditoris, lingua, mens & vita requirantur. Nunquam eſt amor Dei otioſus, operatur etenim magna, ſi eſt; ſi vero operari renuit, amor non eſt.* Et D. Auguſtin. tract. 9. in epiſtol. Ioan. *Ipſe Chriſtus dixit: Dedi vobis præceptum, vt diligatis inuicem; quomodo diligis eum cuius odiſti præceptum? quis eſt qui dicat, Diligo Imperatorem, ſed odi leges eius? In hoc intelligit Imperator, ſi diligis eum, ſi obſeruentur leges eius per Prouincias. Lex Imperatoris quæ eſt? Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis. Dicis ergo te diligere Chriſtum? Serua mandatum eius & fratrem dilige. Si autem fratrem non diligis, quomodo eum diligis, cuius mandatum contemnis?* Probatio ergo dilectionis, exhibitio eſt operis.

SECTIO II.

Expectantes Miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam.

5 QVarto loco eos ad certam atque intrepidam Spei hortatur virtutem, qua inter periculoſiſſimas ac moleſtiſſimas, Pſeudoapoſtolorum

cum tribulationes tum ſollicitationes, infallibiliter expectent gratioſum Dei auxilium, quo in fide ac Iuſtitia Chriſtiana firmentur, protegantur, peccatorum remiſſionem obtineant, finem ſalubrem inuocare ac præſtolari pergant in hac vita, vt per hæc perpetuam felicitatem poſtmodum obtineant in futura. Neque enim ſola ſub ſpem cadit beatitudo æterna, verumtiam omnia ea, ſine quibus illa nequit obtineri, atque apud Apoſt. nomine Sanctificationis continentur, Rom. 6.22. *Nunc vero liberati à peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificatione, finem vero, vitam æternam.*

Spes eſt vnicũ calamitatis remedium.

6 Quam inuictum porro animo robur addat in aduerſis Spes firma, parum me moueret Philoſophorum auctoritas, minus, inſtabilior diuinatio Poëtarum, niſi de ea tam graphice S. Pagina loqueretur, vt eandẽ vnicum & præſentiſſimum calamitoſis remedium aſſignet; Pſal. 30.2. *In te Domine ſperaui, non confundar in æternum.* Pſal. 25.1. *In Domino ſperans non infirmabor.* Pſal. 20.8. *Quoniam Rex ſperat in Domino, & in miſericordia Altiſſimi non commouebitur.* Pſal. 124.1. *Qui confidunt in Domino ſicut mons Sion, non commouebitur in æternum qui habitat in Ieruſalem.* Iſa. 40. 31. *Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.*

Spes eſt anchora Animæ.

7 Scripturæ aſtipulatur D. Gregor. in Ezechielẽ l. 2. hom. 17. *Spes cæleſtium mentem ſolidat, ne concutiatur fluctibus motuum terrenorum, de qua & per Paulum dicitur: Quam ſicut anchoram habemus, animæ tutam ac firmam:* & l. 6. Moral. c. 16. *Spes in æternitatem animum erigit, & idcirco nulla mala exterius quæ tolerat, ſen-*

ſentit. Item Bernard. ſermone 10. in Pſal. 91. *Si tribulatio infertur, per te ſperabo, tu es ſpes mea : ſi præmia promittantur, per te obtinebo : ſi exurgat hoſtis, non niſi in te ſperabo.* Denique S. Ambroſ. in Pſalm. 118. ſermon. 15. *Eſto ſint aliqui duri ad labores, firmi ad iniurias perferendas, ſi ſpem auferas, non poteſt perpetua eſſe patientia. Ipſa patientia non probatur, ſi fides deſit, cuius radix ſpes eſt. Quæ enim poteſt probatio eſſe, niſi pro Chriſti nomine, vel incommoda vel pericula vniuerſa ſuſtineas? Ideo ſpes eſt ſola, quæ noſtrum non confundit affectum. Vbi eſt Spes, Apoſtolicum illud, Foris pugnæ, intus timores; nocere non poſſunt.*

8 Quinimo inexplicabile animæ gaudium & conſolationem in aduerſis, ſpes firma ſubminiſtrat, Rom. 12. 11. *Spe gaudentes,* Eccleſiaſtici 2. 9. *Sperate in illum, & in oblectationem veniet vobis miſericordia.* Vnde Seneca in certa epiſt. Spem eſſe vltimũ aduerſarum rerũ ſolatiũ, docet, memoriæq. minimũ ab vnoquoque tribui, ſpei plurimum. Bias cuipiam roganti, quid dulce foret hominibus, Spem deſignauit. Thales ſciſcitatus, quid maxime commune omnibus eſſet? Spes, reſpondit: hanc enim etiam illi habent, qui aliud nihil. Qualem eum reor Rhodium fuiſſe, quem Eraſ. Rotterod. l. 5. Apophth. ſcribit ob intempeſtiuam libertatem, à Tyranno coniectum in caueam, in qua more beſtiæ nocentis, ad cruciatum atque ignominiam alebatur, manibus amputatis, ac facie vulneribus fœdata. Is ergo quum ab amicis, vt inedia ſibi tantorum malorum finem conquireret, adeoque breui morte longam redimeret, interpellaretur, læta fronte reſpondit: *Cuncta ſperanda ſunt.*

Spes affert animæ gaudium.

Apophthegmata.

Quantum ergo cordi Chriſtiano Spes Theologica iubilum conciliat, quæ à Spiritu Sancto in corda noſtra diffuſa, in Deum, eius certam opem atque æternæ ſalutis, ab ipſo dandum brauium tendit? Quoties igitur nos grauiſſimę, etiam in cælum clamantes ſupplantârint abominationes, quando extremæ, atque vbi humana deficiunt auxilia, inuenerint afflictiones, nullatenus ſpei anchoram abijciamus; dicamus vero cum D. Aug. Manual. c. 23: *Qui de venia peccatorum ſuorum deſperat, negat Deum eſſe miſericordem, negat habere charitatem, veritatem, & poteſtatem, in quibus tota ſpes mea conſiſtit. Magnam iniuriam Deo facit, qui de eius miſericordia diffidit. Non poſſum terreri multitudine peccatorum, ſi mors Domini in mentem meam venerit, quoniam peccata mea illum vincere non poſſunt. Claui & lancea clamant mihi, quod vere reconciliatus ſum Chriſto, ſi eum amauero. Longinus aperuit mihi latus Chriſti lancea, & ego intraui & ibi requieſco ſecurus. Redemptor extendit brachia ſua in cruce & expandit manus ſuas, paratus in amplexus peccatorum. Inter brachia Saluatoris mei & viuere volo, & mori cupio.*

Pulchrum Schema Chriſtiani ſperantis.

Moueat & inter cætera illud Theocriti; 10

οὔπω μῆνας ἄγων ἔκαμ' οὐρανὸς οὐδ' ἐνιαυτούς.

Non eſt laſſatum voluendis menſibus anni Cœlum.

Adhuc aliquis nos Deus reſpicit.

Quæ ſi in ethnicis admirantes laudamus, cur Chriſtianos fidei altiore lumine illuſtratos pigeat imitari?

Chriſtus eſt cauſa meritoria Spei.

Meritoria Spei cauſa, eſt Chriſtus Saluator, 11
qui ſanguine ſuo meruit, vt Beatitudinem atque ad eam requiſita ſperaremus, Epheſ. 1. 3. *Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni bene-*

dictio-

dictione ſpirituali, in cæleſtibus, in Chriſto. Rom. 5. 2. *Per quem & habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam in qua ſtamus & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei.* Quæ proinde cauſa eſt, cur ab Apoſtolo, non mediator duntaxat, verumetiam Spes noſtra, Chriſtus nuncupetur.

1 *Verſ.* 22. Et hos quidem arguite iudicatos.

SECTIO VNICA.

SIcut ante hortatus eſt fideles ad Charitatem in genere; ita nunc ad officia eiuſdem & partes: ingenium quippe Charitatis eſt, omnes Deo lucrifacere; perditiſſimorum vero & damnabilium hominum ſortem infelicem miſerari; in quo quia diſcretione eſt opus: *Quinto loco* ad eam nũc hortatur, eo fine vt ſingulis peccatoribus conuenientes applicentur vel exhortationes vel comminationes. *Diſcretione opus habet Chriſtianus*

2 Tres autem ſunt peccantium Claſſes à Thaddæo noſtro hic indigitatæ: Prima eſt eorum impoſtorum, qui in tantam ſcelerũ deuoluti ſunt Abyſſum, vt nulla propemodum de eorum emendatione atque ſalute ſpes poſſit hauriri; quinimo cum ex cathedra (in qua ſedent) peſtilentiæ, tum ex perditiſſima vita, inſanabiles habeantur & iudicati. Quos in hoc verſ. perſtringit verbo *Hos*, videlicet hæreticos obſtinatos, traditos in reprobum ſenſum, Pſeudoapo-

 ſtolos

Quantùm ergo cordi Chriſtiano Spes Theologica iubilum conciliat, quæ à Spiritu Sancto in corda noſtra diffuſa, in Deum, eius certam opem atque æternæ ſalutis, ab ipſo dandum brauium tendit? Quoties igitur nos grauiſſimę, etiam in cælum clamantes ſupplantârint abominationes, quando extremæ, atque vbi humana deficiunt auxilia, inuenerint afflictiones, nullatenus ſpei anchoram abijciamus; dicamus vero cum D. Aug. Manual. c. 23. *Qui de venia peccatorum ſuorum deſperat, negat Deum eſſe miſericordem, negat habere charitatem, veritatem, & poteſtatem, in quibus tota ſpes mea conſiſtit. Magnam iniuriam Deo facit, qui de eius miſericordia diffidit. Non poſſum terreri multitudine peccatorum, ſi mors Domini in mentem meam venerit, quoniam peccata mea illum vincere non poſſunt. Claui & lancea clamant mihi, quod vere reconciliatus ſum Chriſto, ſi eum amauero. Longinus aperuit mihi latus Chriſti lancea, & ego intraui & ibi requieſco ſecurus. Redemptor extendit brachia ſua in cruce & expandit manus ſuas, paratus in amplexus peccatorum. Inter brachia Saluatoris mei & viuere volo, & mori cupio.*

Pulchrum Schema Chriſtiani ſperantis.

Moueat & inter cætera illud Theocriti; 10

οὔπω μῆνας ἄγων ἐκάμ' οὐρανὸς οὐδ' ἐνιαυτούς.

Non eſt laſſatum voluendis menſibus anni Cœlum.

Adhuc aliquis nos Deus reſpicit.

Quæ ſi in ethnicis admirantes laudamus, cur Chriſtianos fidei altiore lumine illuſtratos pigeat imitari?

Chriſtus eſt cauſa meritoria Spei.

Meritoria Spei cauſa, eſt Chriſtus Saluator, 11
qui ſanguine ſuo meruit, vt Beatitudinem atque ad eam requiſita ſperaremus, Epheſ. 1. 3. *Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni bene-*

dictio-

dictione ſpirituali, in cæleſtibus, in Chriſto. Rom. 5. 2. *Per quem & habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam in qua ſtamus & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei.* Quæ proinde cauſa eſt, cur ab Apoſtolo, non mediator duntaxat, verumetiam Spes noſtra, Chriſtus nuncupetur.

1 *Verſ.* 22. Et hos quidem arguite iudicatos.

SECTIO VNICA.

SIcut ante hortatus eſt fideles ad Charitatem in genere; ita nunc ad officia eiuſdem & partes: ingenium quippe Charitatis eſt, omnes Deo lucrifacere; perditiſſimorum vero & damnabilium hominum ſortem infelicem miſerari; in quo quia diſcretione eſt opus; *Quinto loco* ad eam nūc hortatur, eo fine vt ſingulis peccatoribus conuenientes applicentur vel exhortationes vel comminationes. *Diſcretione opus habet Chriſtianus*

2 Tres autem ſunt peccantium Claſſes à Thaddæo noſtro hic indigitatæ: Prima eſt eorum impoſtorum, qui in tantam ſcelerū deuoluti ſunt Abyſſum, vt nulla propemodum de eorum emendatione atque ſalute ſpes poſſit hauriri; quinimo cum ex cathedra (in qua ſedent) peſtilentiæ, tum ex perditiſſima vita, inſanabiles habeantur & iudicati. Quos in hoc verſ. perſtringit verbo *Hos*, videlicet hæreticos obſtinatos, traditos in reprobum ſenſum, Pſeudoapo-

ſtolos, quales olim fuere Simon Magus, Elymas, Carpocras, Menander, Ebion, Cherinthus, &c. noſtro vero ſæculo, Mart. Lutherus, Caluinus, Zwinglius, Menno, Beza, &c.

Hæreticus iam iudicatus eſt.

3 *Iudicatos* hos vocat, phraſi Scripturæ, qua hæreticus iam dicitur condemnatus & iudicatus, ad Titum 3.11. *Subuerſus eſt qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio iudicio condemnatus.* Dum enim agnitam veritatem hæretici repudiant, ſcientes & prudentes, ſeipſos condemnant. Ioan. 3.18. *Qui autem non credit, iam iudicatus eſt*, quia ſcilicet lata mortis ſententia in Adam, condemnatur; ſignificatur enim hoc loco, Euangelij fides neceſſaria vt remedium, non præceptum, de quo Robert. Bellarm. tom. 2. Controu. 2. General. l. 1. c. 11. de Sacram. Baptiſmi.

Duri peccatores acriter reprehendēdi.

4 Arguendos vero tales eſſe vult Apoſtolus, id eſt, acriter, ſeuere, & cum additione minarum ignis infernalis, monet eorum reprimendā eſſe audaciam ac temeritatē, omnibus oſtendendo, damnabiles eos atque æternæ morti obnoxios eſſe; 1. ad Timoth. 5. 20. *Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.* Quamuis enim priorem doctrinam aut vitam retractare, atque ex toto corde ad Deum reuerti noluerint, is tamen duræ increpationis erit effectus, quod alios ad ſuæ turpitudinis imitationem, non ita facile ſint pellecturi: *Duro enim nodo durus cuneus eſt adhibendus.*

Prouerbiū.

5 Scio ſcriptum eſſe Prouerb. 9. 7. *Qui erudit deriſorem, ipſe iniuriam ſibi facit, & qui arguit impium, ſibi maculam generat.* Verū id ſic intellige, ſi ſoli ſint: tunc enim arguendi non ſunt; cæterum ſi ſint

cum

cum alijs, acriter debent reprehendi, idque non propter ſe, ſed propter alios. Sicut Dominus turbam docebat, obſtinatiſſimis præſentibus, & Scribis & Phariſæis. Sic Petrus Actor. 8. 20. acerrime debacchans in Simonem Magum illuſorem, *Pecunia*, inquit, *tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri.* Actor. 13. 10. duriſſime alium excipit Elymam Magum, *O plene omni dolo & omni fallacia, fili Diaboli, inimice omnis Iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere vias Domini rectas. Et nunc ecce manus Domini ſuper te, & eris cæcus, non videns Solem vſque ad tempus.* Vbi ad realem deſcendit increpationem, nam ſubito cecidere ſuper eũ tenebrę & caligo, ita vt quæreret qui ei manum daret. Sic ſic Pharaonem increpabant Moyſes & Aaron, ſic Saulem Samuel Propheta.

6 Sic D. Bernard. ſermon. 44. in Cant. eodem rigidiori percellendi modo vtendum cenſet. *Neceſſarium habet ſpiritualis medicus etiam vinum feruidi zeli, cum oleo manſuetudinis: cui ſane conuenit, non modo conſolari puſillanimes, ſed & corripere inquietos. Si enim viderit illum qui vulneratus eſt, id eſt, qui peccauit, blandis aut lenibus hortamentis, quæ in eum prærogata ſunt, minime emendari, magis autem forte etiam abutentem ſua manſuetudine & patientia, negligentiorem fieri & in peccato ſuo etiam ſecurius obdormire; fruſtrato tam ſuauium oleo monitorum oportebit ſane vti mordacioribus medicamentis, & vinum compunctionis infundere, durius videlicet cum eo increpationibus atque inuectionibus agere, & ſi cauſa requirit, & duritia tanta eſt, etiam cenſura eccleſiaſtica baculo percellere contemptorem.*

Verſ.

*Verſ.*23. Illos vero ſaluate, de igne 1
rapientes: aliis autem miſeremini
in timore, odientes & eam quæ
carnalis eſt maculatam tunicam.

CHaritatis proximi officiis inſiſtens, duas aliâs proponit peccãtium claſſes; quomodo ad meliorem frugem, via ſalutaris monitionis, reducendi ſint, monens: quomodo in timore aliis commiſerendum, præſcribens: quomodo carnalem denique & maculatam fugere, ac fugiendo odiſſe debeamus tunicam, prænuntians.

Correptio fraterna obligat poſitis certis conditionibus.

Supponit autem contra mundi corruptiſſi- 2
mam opinionem, correptionem fraternam eſſe actum Charitatis præceptum ſub mortali, quatenus eſt neceſſarius ad fratris emendationem, & nos ſine notabili incommodo, eundem poſſumus impertire. Quod indubie verum eſt, adeo vt multi ratione violati huius pręcepti, infernalibus vrantur pœnis. Abſolute enim obligantur, ſeruatis tamen certis conditionibus, quarum

Prima eſt, vt probabilis ſit ſpes emendatio- 3
nis, ſiue correptionem meam illi profuturam: ſecus, ſi nulla vel parua. Vnico duntaxat Blaſphemiæ caſu excepto, honor quippe Dei nos obligat, vt blaſphemum audientes, etiam deſperato emendationis effectu, acriter redarguamus, tali enim noſtra correptione, violatam Dei gloriam reparamus.

Blaſphemus etiam non emendãdus, corripi debet.

2 Con-

4 1 Conditio, ne in incertum vagemur, ſed moraliter nobis cõſtet, tale vel tale delictum mortale à proximo commiſſum; eſt enim correptio fraterna, res valde odioſa, quum ex ea, teſte Anſelm. ſuper epiſt. ad Timoth. naſcatur confeſſio & erubeſcentia; hanc autem non fugit nemo.

5 2 Vt valde probabile ſit, illum diu in hoc crimine, cum periculo ſalutis permanſurum, vel ſimilia commiſſurum, niſi monitionũ mearum medicamento, à peccato mortifero fuerit curatus. Si enim valde probabile eſſet, illum vel ab ab alio monitum, vel monendum, vel correptum per ſe iri, mea non eget correptione, nec ligor ego.

6 His autem conditionibus, circa peccatum mortale proximi cõcurrentibus, dico, non Prælatos duntaxat, verumetiã quoſuis Chriſtianos, obligari ex charitate, hanc correptionem proximis ſuis impendere tempore & loco. Ecquid enim nobis aliud innuit illud Eccli. 17. 12. *Et mandauit illis vnicuique de proximo ſuo*; & Leuit. 19. 17. *Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publice argue eum, ne habeas ſuper illo peccatũ.* Quaſi dicat, Interius contra eum non murmurabis, ſed exterius illum reprehendes. Item Matth. 18. 15. *Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum.* *Non prælati duntaxat, ſed omnes Chriſtiani obligantur ad corrept. fraternam.*

7 Vnde præceptũ hoc eſt Diuinum in vtroque Teſtamento expreſſum: cui cõſonat D. Chryſ. hom. 24. in Acta, circa finẽ. *Teſtificor*, ait, *vobis qui ſani eſtis, quod iudiciũ vobis erit & condemnatio, ſiquis videns inordinate viuentem, non admonuerit, nec corripuerit.* Item D. Aug. de verb. Dom. ſermo. 16. *Si peccauerit* *Correptio fraterna, eſt iuris Diuini.*

cauerit in te frater tuus, &c. Si neglexeris, peior es. Ille iniuriam fecit, & iniuriam faciendo, graui ſeipſum vulnere percuſsit. Tu vulnus fratris tui contemnis? Tu enim vides perire & negligis? Peior es tacendo, quam ille conuitiando. Denique Gregor. in Reg. *Qui poteſt emendare & negligit, participem procul dubio ſe conſtituit: qui alterius bonum iuuat, ſuum facit.* Hactenus Script. & Patres.

8 Ratio naturalis, quæ teſte Tertull. de Pænitent. eſt res quædam Dei, idem prorſus dictat, quiſquis enim tenetur proximum ſuum diligere, quum *omne animal diligat ſimile ſibi*, proinde *homo proximum ſibi*, Eccli 13.19. ergo & malum ſpirituale ab eo remouere, quod fit per ſalutarem correptionis fraternæ impertitionem. Deinde ſi diues eleemoſynam pauperiori cogatur erogare, cur non proximus proximo correptionem præſtare? qui enim ſanum habet rationis iudicium, ſpiritaliter eſt diues: qui autem peccat, ſpiritaliter inops, quum careat prudentia morali, vt certe D. Tho. 2. 2. quæſt. 33. art. 3. ad 2. Quare nec Philoſophos Gentiles hæc latuit veritas, è quorum Scholis hæ Maximæ ſunt deriuatæ. Vnde Seneca traged. 6.

9 *Sentetia gētilium de correptione Proximi.*

Qui non vetat peccare cum poſsit, iubet.

Bonis nocet qui malis parcit. Idē lib. de Moribus.

Amici vitia ſi feras, facis tua. Idem in Prouerb.

Item Periand. apud Stob.

Non modo peccantes caſtiga, ſed peccaturos etiam cohibe.

Eurip. apud Plutarch. de amic. & adulat.

Cum verecunde reprehendit amicus, verecundiam gignit in animo.

Denique Plautus in Curculione.

Qui

Qui monet, quaſi adiuuat.

10 Vtilitas porro correptionis tanta eſt, vt eius beneficio, & correctores plurium beneficiorũ, cum temporalium, tum ſpiritualium, reddantur capaces, & peccatores in agnitionem deteſtationemque peccati deducantur; quod patet in Dauide & Ezechia Regibus Iudæ, hoc medio è ſordibus peccatorum, in amicitiam Dei reuocatis. Concludens ergo dico cum Clem. Alex. pædagog. l. 1. c. 8. *Eſt reprehenſio veluti quædam Chirurgia affectionum animæ: Medicamentorum autem potioni aut applicationi, ſimilis eſt probri inſimulatio, quæ reſoluit affectiones quæ iam occalluerunt, impuraq́; & libidinoſa vitæ ſordes expurgat, faſtuſq́; ac ſuperbiæ carnes quæ excreuerunt, exæquat. Iam vero admonitio eſt veluti quædam diata ægrotantis animæ, quæ ſunt ſumenda conſulit; quæ non, prohibet.* *Vtilitas correptionis.*

SECTIO PRIMA.

Illos vero ſaluate de igne rapientes.

11 SEcunda hic ponitur peccantium claſsis, eorum ſcilicet qui per hęreticos quidem decepti, à vera fide & iuſtitia deuiarunt, ſed tamen obſtinato corde errorem non fouerunt. Quaſi dicat, ex ſententia Oecumenij & Bernardi Feliciani: Non ſufficit deſperatos impoſtores publice redarguere, minis terrere, caute deuitare, niſi etiam omnem operam dederitis, vt ſaluetis ac Chriſto lucrifaciatis, ex hæreſis, libidinis, atque inferni igne rapientes, eos, qui ex imbecillitate vel ignorantia ſeducti, curabiles ſe reddi-

Qui ex ignorantia peccarunt, benigne ſũt reuocandi.

reddiderunt, promptoque ad reſipiſcendũ prę-
diti ingenio; meliora ſuadentis monita ſequi
ſunt parati; hos enim neutiquam licitum eſt a-
ſpernari, verum humanæ commonitionis funi-
culo opus eſt auellere à peccatis;

Quod tum denique ſalubriter fiet; quum de 12
Sodoma, Gomorrha, aliiſque incendiis cęlitus
propter peccata im miſſis, graphicam coram eis
prædicationem inſtitueritis; vt vel ſic metu eos
à miſero in quo demerſi iacent, ſtatu auocetis,
quod ſatis innuit Textus Gręcus: teſte Gagnęio;
ſic enim habet. ὅυς δὲ ἐν φόβῳ σώζετε ἐκ πυρὸς
ἁρπάζοντες.

Hoc eſt: Illos vero in terrore, ac per terrorẽ
ſupplicij ac pœnarum, ſaluate & ſeruate, rapien-
tes de igne iudicij ac damnationis æternæ, qui
illos alioqui manet.

Saluate. Quam vellent Caluinus, Beza, & de- 13
formati Geuſij noſtri, hoc verbum *(Saluare)* nun-
quam apud Thaddæum vidiſſe, nunquam gre-
garijs hominibus attributum fuiſſe! Dum enim
non obſtante *Saluatoris mundi* vnitate, idem ver-
bum, quod aiunt Deo & Chriſto proprium, ho-
minibus mortalibus, peccabilibus, atque ęternę
damnationi ſubinde obnoxijs, hic ſcimus aſcri-
bi; multo maiori ratione ac iure, nomen Inter-

Nomen Interceſſoris, Mediatoris, & Saluatoris conuenit ſanctis.

ceſſoris ac Mediatoris, Sanctis, in gratia confir-
matis, impeccabilibus, *de noſtra* (teſte D. Aug.)
ſalute ſollicitis, Dei amicis, Deo conregnantibus,
coguntur applicare. Si enim vnum liceat, vnum
non reclamet Scripturæ, intelligendo miniſte-
rialiter, dum verbo, exemplo, conſiliis, ſcriptis
nempe & ſimilibus modis, homines reconci-
liant

liant ac ſaluant, Deoq. lucrifaciunt, cur non & alterum ſuo modo licebit? An non ratio Mediatoris, Interceſſoris, merentis, inferior eſt ſaluatione? Multum ſane per omnem modum.

14 Chriſtus ergo eſt Saluator per ſe & ex natura ſua, independēter ab alio, &c. Sic Mediator, &c. Sancti vero nec ratione naturæ ſuæ, nec per ſe, ſed dependenter à Chriſto, ex ipſo quippe, per ipſum, & merito ipſius trahunt virtutem merendi, mediandi, intercedendi. Nihil etiam dignitati cauſæ primæ derogat cauſalitas cauſæ ſecundæ, quin potius eam commendat, vt infra verſ. 25. latius dicemus. *Quomodo Chriſtus ſit ſolus Saluator.*

Vide Franc. Feuard. hic, vbi vere Theologicam hanc ex D. Cyrill. Alex. l. 12. Theſauri, ca. 10. citat ſententiam: *Multi Sanctorum*, ait, *Mediationis miniſterio vſi ſunt, & ipſe Paulus clamat: Rogamus pro Chriſto, reconciliamini Deo. Moyſes quoque Mediator fuit; miniſtrauit enim filijs Iſrael legem datam à Deo. Mediator etiam fuit B. Ierem. præcipue quando clamabat ad Deum: Recordare mei ſtantis coram te, ad loquendum pro ipſis bona. Singuli Prophetarum Mediatores fuerunt: Apoſtoli quoque ſinguli. Quomodo igitur vnicus Mediator Dei & hominum Chriſtus eſt, niſi noua inauditaque in alijs meditatio ſua ſit.* Hęc maſticate, quotquot Lutherolatricas, Caluinolatricas, ſeu Geuſias hodie braſſicas oletis.

SECTIO II. 23

Alijs autem miſeremini in timore.

Conuerſi iuuandi.

VAriant hic in tertia Peccantium Claſſe, Cõmentatores. Quidam enim Pœnitentes indigitari arbitrantur, eos ſcilicet, qui poſt lapſum, Diuinæ Gratiæ auxilio præuenti, ſerio cõteruntur, & dignos præſtant ſalutaris Pœnitentię fructus: quorum vt fideles miſereantur, monet, hoc eſt, ſi qua neceſſitate premantur, eos cõſolentur, ſi rerum inopia cogat, atque ad turpia inflammet, inopiam leuent: ſi malorum perſecutio ſollicitet ad peccatum, exemplorum pręmijque cæleſtis propoſitione, ad patiẽtiam hortentur, iuxta illud 1. ad Theſſalo. 5. 14. *Conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes.* Ad Galat. 6. 1. *Fratres & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris.* Ita Beda, Gloſſa, Bernard. Felician. Guilliaudus, & Franciſ. Feuardentius hic: quorum expoſitioni conſonat examuſſim illud D. Chryſ. homil. ad Pop. Antioch. *Vis fratrem corrigere? Lachryma, orato Deum, ex corde apprehenſum admone, conſule, exhortare. Sic Paulus faciebat; Ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos. Demonſtra charitatem erga peccatorem: perſuadens ipſi quod conſulens & curans, non peruulgare volens, peccati ipſum commonefacis, comprehende pedes, oſculare, ne erubeſcas, ſi modo mederi vis. Hæc & Medici faciunt ſæpe, difficiles ægrotos habentes, deoſculantes, rogantes perſuadent ſalutarem ſumere medicinam.*

Alij

17 Alij vero ſic exponunt, vt quos poſt crebras oportunas, importunas admonitiones reducere non poſſunt, eorum ſaltem miſereantur, & condoleant pro ipſis orando: qui enim aliorum vitio ſuo pere intium, non miſerentur, tentabuntur & ipſi atque ſuccumbent; vt ſic diſcant miſereri, ſcilicet, *in Timore*, non præſumentes de propriis animæ ſuæ adhuc ſtantis, viribus, nec inaniter gloriantes, ſed de proprio periculo prouidi ac formidoloſi, vt enim recte D. Aug. Soliloq. cap. 15. *Nullum eſt peccatum quod vnquam fecerit homo, quod non poſſit facere homo, ſi creator deſit, à quo factus eſt homo*, iuxta illud 1. Corinth. 10. 12. *Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.* Et ad Galat. ſup. *Conſiderans teipſum, ne & tu tenteris.* Sic Samuel Propheta Domini, ex animo luxit reprobationem Saulis, 1. Reg. 15. 35. *Verumtamen lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum pœnitebat quod conſtituiſſet Regem Saul ſuper Iſrael.* Ibidem 16. 1. *Dixitque Dominus ad Samuelem; Vſquequo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum, ne regnet ſuper Iſrael?*

Pereuntium ſaltem iuſti debent commiſereri.

18 Sic Ieremias & Chriſtus, excidium vrbis Ieroſolymitanæ, quod in ſpiritu videbant inſtare; Dauid interitum miſeri defleuit Abſolonis. Sic Moyſes ex proximi commiſeratione, optat deleri de libro vitæ, Paulus anathema pro fratribus haberi, Stephanus pro ſe lapidantibus orat, & orando lucratur Paulum, ęternę alioqui damnationi obnoxiū, teſte D. Aug. ſer. in Natal. D. Stephani; qui & ipſe mera D. Ambroſij commiſeratione, ex hæreſi Manichæorum eductus, nomen Eccleſiæ dedit; quod idem in doctiſſimo euenit Euſebio Cæſarienſi de Arianarum

Qui fuerint peccatorum miſerti.

tenebrarum abyſſo, quondam educto.

Quamobrem peccatoribus quantumuis ma- 19
lis, atque à Deo toto æquore disiectis, Christiani compati debent, feruenter & publice pro ipſorum conuerſione Deum obteſtantes. quamdiu nominatim ab Eccleſia non ſunt excommunicati, vel ex ſingulari Dei reuelatione, non conſtat de eorum reprobatione; quis enim ſcit ſi conuertantur ad Dominum, & pœnitentiam agant? quis enim neſcit tam pretioſas ipſorũ animas, SS. Trinitatis Typos, pretioſiſſimo Chriſti ſanguine tinctas, redemptas, perire, atque ad infernum ſæpiſſime deuolui? vnde idem Sanctiſſimus Pater noſter, iſque pietatis huius timoratæ obſeruantiſſimus, lib. 1. Soliloqu. cap. 2. *Homines* (inquit) *amo, ex eo quod rationales habent animas, quas amo etiam in latronibus.*

Poſteriorem huius loci ſenſum & expoſitionẽ 20
ſequuntur Dionyſ. Carthuſ. Arnald. Sorbin. & Alphonſus Salmeron. vtrumque approbat Hugo Card. Semper ergo & per omnia, opus eſt diſcretione, quam hic vnice, licet implicite requirit Thaddæus.

Qui aliorũ lapſibus nimis indignãtur, ſunt periculoſi.

Quam vero facile poſſit ſuccumbere in tentatione, qui ſuperbit, atque aliorum pereuntiũ non miſeretur fratrum, oſtenditur per *maculatam tunicam* illam, qua adhuc veſtiti ſumus: vnde ait:

S E-

SECTIO III.

Odientes eam quæ carnalis eſt, maculatam tunicam.

21 PEr *maculatam tunicam*, vel intelligitur ipſa caro, inquantum deuiat à Deo, noſque pellicit ad peccatum: hactenus Tunica dicta, quia eſt pallium animæ, Pſal. 29. 12. *Conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia.* Maculata vero, inquantum ipſa *Exhibet membra noſtra, arma iniquitatis peccato*, Rom. 6. 13. Eodem cap. verſ. 12. *Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius.* Hæc eſt (ait Hugo Cardinal.) tunica illa Ioſeph, quam fratres eius ſanguine fœdatam, miſerunt ad Iacob Gen. 37. vbi ſanguis, peccatum abominabile & Deo Patri fœtidum, præfigurat.

Per Maculatam Tunicam vel intelligitur caro.

22 Illam autem præcipit odiſſe, primò quoad malum culpæ, ſicut Pſal. 4. 5. *Iraſcimini & nolite peccare.* Pſal. 118. 163. *Iniquitatem odio habui & abominatus ſum.* 2. per mortificationem, vt nempe ſalubriter caſtigetur, & in ſeruitutem corpus redactum, prompte ſpiritui obedire addiſcat. 1. Corinth. 9. 27. *Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo.* Coloſſ. 3. 5. *Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram.* Quomodo & animam odiſſe iubemur, hortante Chriſto, Ioan. 12. 25. *Qui odit animã ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.* Quod intellige, non de ſubſtantia animæ vel corporis quæ quum ſint creaturæ Dei, ad eius honorem

Quomodo caro odio habenda; Itã anima.

creatæ, ipſi placent & ſunt valde bonæ, proinde à nobis amari debent. vnde Epheſ. 5. 29. *Nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit*; maxime quum ſint Tabernacula Spiritus S. gratię iuſtificantis, & gloriæ beantis: ſed de inordinatis eorum motibus, paſſionibus, cupiditatibus, affectibus, 23
moribus, operibus, contra legem Diuinam ex diametro militantibus. vnde Chryſ. homil. 66. in Ioan. in initio. *Quomodo qui amat animam ſuam, perdet eam? Qui abſurdis eius cupiditatibus obtemperat, qui præter debitum ei indulget: quemadmodum è contrario, qui odit eam in hoc mundo, cuſtodit eam: hoc eſt, qui non paret ei cum aliquid perperam iubet.* Hactenus Chryſoſt.

Eundem ſenſum ſequens Beda, *Carnalem* (inquit) *Tunicam, corpus noſtrum dicit. Non autem corpus noſtrum odiſſe debemus, ſed maculatum hoc omnimodis debemus odiſſe, & quantum valemus agere vt hoc immaculatum reddamus, vt de carnali ſpiritale mereatur effici. Quod quia non noſtri arbitrij poteſtate, ſed Dei gratia perficiendum eſt, recte ſubiungitur: Ei autem qui potens eſt, &c.*

Per maculatam Tunicã etiam intelliguntur Hæretici.

Secundo per *maculatam tunicam*, quidam ma- 24
culoſos intelligunt hæreticos, varijs peccatorum (de quibus ſup. maxime Infidelitatis) nęuis inſignitos & diſtinctos: quibus non vult, ſed prohibet, nos familiarius vti, colludere, &c. propter euidens infectionis diſcrimen; Eccleſiaſtici 13. 1. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam.* Item ad Tit. 3. 10. *Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita.*

Hoc ſenſu, Metaphora deſumitur à peſte, quæ dum graſſatur, nihil periculoſius veſtimẽtorum peſtiferorum contactu occurrit. Non ſecus

eius hæreſeon tempore, hæreſiarchis eorumque ſequacibus vti, menſam, colloquia, libros, &c. eorum frequentare, res eſt periculo pleniſſima, quum eos *in cathedra peſtilentiæ ſedere*, Dauid pronunciet Pſal. 1. 1.

25 Maiorum noſtrorum ſane vnicum ſtudium fuit, verbo Diuino, quo inſtructi erant, hac in parte extremum gerere morem; diſtricte enim cauebant, ne quis, auxilij & conſilij ſalubriores, hæreticis epidemicis, impertiendi prætextu, ſe eorundem ſocietati paſſim inſimularet, atque huic contagionis periculo incaute exponeret, ne videlicet cum iiſdem conuerſatus, eodem animi corriperetur interitu. *Maiores olim diligenter vitabant hæreticos & Schiſmaticos.*

An non Moyſes Num. 16. præcepit vniuerſo Pop. Iſrael, vt tempeſtiuius ſe à tabernaculis Core, Dathan & Abiron ſepararet, nec quippiam eorum tangeret quæ ad ipſos ſpectarent, quo vel peccatis eorum inuolueretur, vel eodẽ maledictionis aut pœnæ (ſtatim quippe viui deſcenderunt in infernum) funiculo ſtringeretur? Dauid etiam Pſalmo 25. 4. Nec ſe ſediſſe cum concilio vanitatis, nec cum iniqua gerentibus introîſſe, nec amâſſe eccleſiam malignantium, nec cum impiis ſediſſe, ad innocentiæ ſuæ conteſtationem, aperte exclamat.

26 Tantâ porro contubernia hæreticorum, fugâ auerſabatur D. Polycarpus, vt quum Marcionẽ hæreſiarcham ſibi obuium haberet, his verbis eum perſtrinxerit: *Cognoſco te primogenitum Diaboli.* Eccleſia etiã Samoſatenſis Epiſcopi ſui Ariani conciones, balnea ac equum vitabat, intantum, vt pueri luſoriam pilam, quę eius equum tetigerat, *D. Polycarpus fugit Marcionem.*

rat, in publico foro accēſo igne, abſumpſerint flammis, referente Theodor. l. 4. hiſtor. c. 14.

Orig. non vult aſſidere Paulo Hæretico.

Origenes cum Paulo hæretico nec mēſæ accumbere, nec gratias agere volebat.

D. Ioannes fugit balneū in quo Ebionē inuenit.

Sic D. Ioannes Euangeliſta, quum ad certum balneum deſcendens, ex oleario ſeruandis veſtibus inſeruiente, intellexiſſet Ebionem intus eſſe; *Feſtinate*, ait, *fratres, egrediamur hinc, ne cadat balneum, & pereamus cum Ebione, qui intus eſt in balneo, propter ipſius impietatem.* De quo Epiphan. hæreſ. 30. & Iren. l. 3. c. 4. qui tamen vna cum Euſeb. lib. 3. c. 22. & Theodoret. hæret. Fabul. l. 2. hiſtoriam hanc Cherintho aſcribit. Forſan vterque ſimul in balneo repertus fuit, magna ſiquidem neceſſitudo, ex impietatis ſimilitudine cōparata, inter eos intercedebat, de quo Cæſar Baron. Annal. tom. 1. anno Chriſti 74. num. 8. & 9.

Per maculatam Tunicā intelligitur etiam vetus homo cum cōcupiſcētiis.

Tertio denique, per *Maculatam Tunicam,* aliqui intelligunt veterem hominem, veteris Adæ cōcupiſcentias, & fomitem, (de quo Coloſſ. 3. 9. *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis*) peccaminoſum. Huic tunicæ maculatæ, contraria eſt, Tunica nuptialis, Matth. 22. Hoc eſt, fides viua, quam qui habet, verè induit Dominum Ieſum Chriſtum. Deinde candida, quam accipit in Baptiſmo, dicente Presbytero, *Accipe veſtem cādidam & immaculatam quam perferas in die iudicij.* Qui ſenſus non videtur multum differre à primo. vide Salmeronem hic. 27

Veſtis nuptialis & baptiſmalis.

Verſ.

1 *Verſ.*24. Ei autem qui potens eſt vos conſeruare ſine peccato, & conſtituere ante conſpectum gloriæ ſuę immaculatos, in exultatione, in Aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti,

POſtremis 2. hiſce verſiculis, veluti Epilogo, ſextam & vltimam Epiſtolæ ſuæ tangit partem, in qua primo fideles commendat Gratiæ Diuinæ, quę eos à peccato præſeruet, in hac vita, atque immaculatos ſtatuat cum exultatione, ante conſpectum Domini Ieſu Chriſti, in futura. Secundo eoſdem hortatur, vt Dei gloriã in omnibus actionibus quærant, promoueant; commonente ſimiliter Paulo Epheſ. 1. 12. *Vt ſimus in laudem gloriæ eius nos.* Item verſ. 14. *In laudem gloriæ ipſius.* Philippen. 1. 11. *Repleti fructu Iuſtitiæ per Ieſum Chriſtum, in gloriam & laudẽ Dei.* Quicquid enim agimus corpore vel mente, in Dei gloriam cedat eſt neceſſe.

2 Connexio autem huius verſic. cũ priore, talis eſt, vt quum prius Chriſti fideles exhortatus fuerit ad fidei ſuperædificationem, orationẽ, fraternam correptionem, & maculatæ tunicæ deuitationem; eoſdem nunc gratiæ Diuinæ (ſine qua nihil pręcedentium, immaculate, abſque peccato, præſtare poſſunt) patrocinio tutelari commendet. Q. D. Quia vero id non noſtri ſolius arbitrij poteſtate, ſed Dei glorioſi

perficiendum eſt gratia, ideo vos, *Ei qui potens eſt.* *&c.* coronidis loco committo. Ita Beda.

SECTIO PRIMA.

Ei autem qui potens eſt vos conſeruare ſine peccato.

MErito eos Deo commendat, ipſe enim ſolus eſt qui nos in omni bono, ſine peccati reatu, conſeruat, impertiendo gratiã, qua primo ab omni peccato abſtineamus, 1. Corinth. 15.10. *Gratia Dei ſum id quod ſum.* Item, *Abundantius illis omnibus laboraui, non ego autem, ſed gratia Dei mecum.* Ioan. 1.29. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Iob 14.4. *Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine, nonne tu qui ſolus es?* 3

Neceſſitas gratiæ in hac vita.

Tanta vero eſt gratiæ in præſenti vita neceſſitas, vt omnes monitiones, conciones, piorum librorum lectiones, quin & miraculorum externæ inſpectiones nihil proſint, aut certe parum ad nos à ſomno peccati excitandos, præſeruandos, atque in iuſtitia conſeruandos, faciant, niſi Deus conatus noſtros, ſuæ Gratiæ ſuauiori auxilio aſpirando præueniat, atq. adiuuando proſequatur: Oſeæ 13.9. *Perditio tua Iſrael, tantummodo in me auxilium tuum.* Ioan. 15. 5. *Sine me nihil poteſtis facere*; non ergo tentationi reſiſtere, hæreticos condigne vitare, vitæ nouæ propoſitum efficax concipere, Euangelicæ prædicationi conſentire, nec aliquid quod ad veram iuſtitiam pertineat, attentare. 4

Idem

5 Idem docent Patres Græci & Latini. Chryſoſt. in Matth. c. 21. homil. 37. *Sicut nauis fracto guberniaculo illuc ducitur, vbi tempeſtas voluerit; ſic & homo Diuina gratia auxilio perdito per peccatum, agit quod non vult, ſed quod Diabolus vult.* Bern. in Cant. ſermon. 3. *Quærere Deum non poteſt anima, niſi præueniatur vt quærat.* At omnium optime, magnus gratiæ Diuinæ contra Pelagium, deprædicator noſter D. Aug. epiſt. 105. ad Paulinum. *Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, quod fides vera & Catholica tenet ſemper Eccleſia, puſillos cum magnis à morte primi hominis, ad vitam ſecundi hominis transfert; non ſolum peccata delendo, verum etiam ad non peccandum, recteque viuendum, eos qui iam vti poſſunt voluntatis arbitrio, ſic adiuuando, vt niſi adiuuet, nihil pietatis atque Iuſtitiæ, ſiue in opere, ſiue etiam in ipſa voluntate habere poſſimus: Deus quippe operatur in nobis & velle & operari, pro bona voluntate.*

Gratia neceſſitatem commendant Patres.

6 Item de gratia Chriſti, contra Pelag cap. 27. *Gratiam Dei, qua Charitas diffunditur in cordibus noſtris per Spiritum S. qui datus eſt nobis, ſic confiteatur, qui vult veraciter confiteri; vt omnino nihil boni ſine illa, quod ad pietatem pertinet veramque iuſtitiam, fieri poſſe non dubitet.* Tomo 3. de Eccleſ. dogmat. c. 44. *Siquis per naturæ vigorem, bonum aliquod quod ad ſalutem pertinet vitæ æternæ, cogitare, vt expedit, aut eligere, ſiue ſalutari, id eſt,*
7 *Euangelicæ prædicationi, conſentire poſſe affirmat, abſque illuminatione & inſpiratione Spiritus S. qui dat omnibus ſuauitatem in conſentiendo & in credendo veritatem, hæretico fallitur ſpiritu.* Vide eundem Soliloq. c. 15. l. 2. Confeſsio. cap. 7. l. 4. Confeſſion. c. 1. Enchirid. c. 32. De Prędeſtinat. SS. c. 20. lib. 1. ad Simplician. quæſt. 2. De Bono perſeuerant. cap. 16. De Gratia

Natura vigore nihil quod ad ſalutem pertinet, fieri à nobis poteſt.

tia Chriſti contra Pelag. c. 12. & 14. & aliis plurimis locis.

Vt non immerito Iudas Thaddæus, omnibus Chriſtianis, loco pię valedictionis, rem tantam, rem ſupernaturalem, naturæ indebitam, tam neceſſariam apprecetur. vide dicta ſupr. verſ. 20. in initio.

Cur Iudas faciat in Epilogo mentionem peccati.

Vnum hic annotat Arnald. Sorbinus, Iudam tam diſertã, in peroratione, peccati facere mẽtionem, quia nimirum in hac Epiſtola digreſſus eſt cõtra Gnoſticos, Borboritas & Adiaphoritas, veri nominis peccatum negantes, quos hactenus redarguit, argumento punitionis, à Sodomęis, Aegyptiis, atque Angelis, ob varia peccata deſumpto.

SECTIO II.

Et conſtituere ante conſpectũ glorię ſuæ, immaculatos, in exultatione, in Aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti.

In cælo nullus maculatus.

ALterum tangit Diuinæ gratiæ effectum, ſcilicet in vita futura *Conſtituere*, fideles ſcilicet, anima & corpore, *Immaculatos*, (nullus enim admittitur maculatus, Apocal. 21. 27. *Non intrabit in eam aliquid coinquinatum.*) *Ante conſpectum gloriæ ſuæ*, vbi clariſſima & omnibus numeris abſolutiſſima Diuinæ Eſſentiæ viſione beatifica perfruemur, 2. Corinth. 3. 18. *Nos vero omnes reuelata facie, gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem*

nem transformamur à claritate in claritatem , tanquam à Domini ſpiritu. 1. Ioan. 3. 2. *Videbimus eum ſicuti eſt.*

10 Hæc autem viſio, incredibile & inexhauſtum de ſe gaudium diffundet, iubilum cordis, fruitionem Beatificam, quā hic vocat *Exultationem*; videlicet quando *venientes venient, cum exultatione, portantes manipulos ſuos,* & dicent illud Cant. 1. 4. *Exultabimus & lætabimur in te.* Item Pſal. 30. 20. *Quā magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te.* Pſal. 16. *Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.* *Gaudium fruitionis Beatificæ.*

11 Hanc vero Animæ Beatæ à carcere terreno reſolutæ dignam exultationem ac felicitatem omnium bonorum aggregatione perfectam, graphice in Manuali ſuo, paſſim deſcribit D. Aug. maxime cap. 6. his verbis: *Felix anima quæ terreno reſoluta carcere, libera cælum petit: quæ te dulciſſimum Dominum facie ad faciem cernit, quæ nullo metu mortis afficitur, ſed de incorruptione perpetuæ gloriæ lætatur. Tranquilla eſt & ſecura, iam non timet hoſtem, nec mortem. Habet iam te pium Dominum quem diu quæſiuit, ſemperque amauit, hymnidicis ſociata choris, melliflua perpetuæ feſtiuitatis carmina ad laudem gloriæ tuæ, Rex Chriſte, bone Ieſu, in æternum concinit. Inebriatur enim ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potas eam.* *Graphica deſcriptio gaudij cæleſtis.*

12 Et poſt pauca. *Nihil omnino quod conturbet mentem, ibidem auribus datur. Quæ cantica? Quæ organa? Quæ cantilenæ? Quæ melodiæ ibi ſine fine decantantur? Sonant ibi ſemper melliflua hymnorum organa, ſuauiſſima Angelorū melodia, Cantica Canticorum mira, quæ ad laudem & gloriam tuam à ſupernis ciuibus decantantur.*

13 Vnum hic prudenter annotat Beda, apte dici

hoc

hoc loco: fideles ponendos ante conſpectũ Dei cum exultatione, quos prius monuerat ei ſeruire in timore; quanto enim magis de actibus noſtris trepidi ac formidoloſi (timore præſertim filiali) fuerimus in hac vita, tanto magis de accepta mercede lætabimur in futura, atque *Aduẽtu Domini noſtri Ieſu Chriſti*, ſcilicet ad iudicium, quando dabitur electis gloria animæ & corporis perfecta.

Collatio gaudij & timoris filialis.

Verſ. 25. Soli Deo Saluatori noſtro per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum; gloria & magnificentia, imperium & poteſtas, ante omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

SEcundam ponit Epilogi partem, quæ deſinit 1
in laudẽ Dei. Quum enim inter cæteros hæreticos, Simonem Magum maxime perſtringat & refutet, iſque teſte Iren. l. 16. c. 20. Diuiniſſimæ Trinitatis honorem affectans, expreſſe doceret, homines ſaluari ſecundum ſuam ipſius gratiam, & non ſecundum operas iuſtas; Se eum eſſe qui inter Iudæos appa uerit vt Dei filius, in Samaria quaſi Pater deſcenderit, in reliquis vero gentibus quaſi Spiritus S. aduentarit; Se mentis prima conceptione Angelos atque Archangelos facere concepiſſe ſeu creaſſe. Quã ob rem myſtici

Simon Magus affectauit honorẽ Diuinum.

Digitized by Google

myſtici eius Sacrificuli, imaginem Simonis, adinſtar figuræ Iouis, circumferebant.

Thaddæus honoris Domini ſui zeloſiſsimus propugnator atque defenſor, nulli alteri tali hęretico, Diuinam gloriam ac Maieſtatem, Imperium ac Poteſtatem Diuinam, vult deferri, at ſoli Deo Saluatori per Chriſtum. Quaſi dicat, Verum Deum, veras Dei perfectiones, verum Dei honorem ac famam, omni animæ ac corporis celebremus conatu.

SECTIO PRIMA.

Soli Dei ſaluatori noſtro per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

2 DIſcrepat hic Grȩcus Textus à Latino; in Græco enim additur *Deo*, ly, *Sapienti*, hoc modo, Μόνῳ σοφῷ Θεῷ, hoc eſt: *Soli ſapienti Deo*. Itē Grȩcus non habet, quod Interpres habet Latinus; *Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum*. vti nec quod in fine poſitum eſt, *Ante omnia ſæcula*; quam differentiam obſeruauit Ioannes Gagnæius. *Diſcrepantia textus Græci & Latini.*

Cæterum, ly, *Sapienti*, Sapientiam denotat in-
3 creatam, infinitam atque inexhauſtam, quam
habuit ab æterno, & ex qua omnis Sapientia
creata Angelorum hominumque deſcendit;
Sapientia dico finita & certis limitibus coarcta-
ta, ſapientia non per eſſentiam, Sapientia parti-
cipata, quam multis proinde hominibus in hoc
mundo, ſignanter Salomoni de facto commu-
nicauit; eminentiore tamen gradu Angelis &

Beatis

Beatis hominibus,Deum in Patria clare,non tamen comprehenſiue, per eſſentiam contemplaturis. Hactenus de textu Græco,nunc ad Latinum tranſeamus.

Soli Deo ſaluatori noſtro. Quum ergo non ſit alius 3
Deus præter Deũ noſtrũ,*ſoli ipſi Saluatori noſtro,&c.* Quod dupliciter exponitur, vel de Patre æterno,vel de Sanctiſſ. ac Superbenedicta Trinitate, quæ eſt vnus,ſolus, verus Deus ac Principalis Saluator, auctoritate ſcilicet atque efficientia, gratiam ac remiſſio. peccatorum in præſenti, gloriã vero largiens in futuro; *Per Ieſum Chriſtũ.*

SS Trinitas eſt ſolus & Principalis Saluator.

O magnificentiam Mediatoris; cuius humanitas fuit inſtrumentum ac cauſa miniſterialis reſpectu Diuinitatis, in Redemptione generis humani. Chriſtus enim mediator ac Saluator fuit,non ſecundum Naturam Diuinam,ſed tantum ſecundum humanam, in Suppoſito Diuino ſubſiſtentem, hoc eſt, per ſolam naturam humanam functiones obiuit Mediatoris, quicquid obſtrepat cum Luthero Caluinus; Actorũ enim 20. cap.dicitur Spiritus S.*Fideles poſuiſſe regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo*; in Effuſione autem ſang. præcipuum erat munus Redemptoris (per hanc enim nos reconciliauit.) Proinde munus Redemptoris ac Mediatoris,per naturam humanam obiuit. Taceo interim, ex ſentent. Cal.& Lutheri ſequi,totam Trinitatem Mediatorem fuiſſe,ſi Chriſtus Mediator eſt ſecundum naturam Diuinam;Natura enim Diuina communis eſt tribus in Trinitate Perſonis. vide D. Aug. Tract. 82. in Ioan. Cyrill. l. 11.in Ioan. cap.7.& in Apologet. ad 10. Argumentũ.

Chriſtus Mediator fuit ſecundum naturam humanam.

IN-

INDAGO SCHOLASTICA.

Vtrum Deus ita ſit ſolus Saluator per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, vt nec Sanctos honorare, nec inuocare, nec Mediatores, nec Interceſſores, nec Saluatores vllo modo nobis liceat vendicare?

HÆretici noſtri temporis, cum Vigilantio, mordicus tenēt, non licere; per hoc enim infirmari Dei Opt. Maximi laudem, atque infiniti meriti Chriſti efficaciam; nihilque id aliud eſſe, quam ſocium dare Deo, creaturam extollere ſupra Creatorem, ac denique puro homini beneficium aſcribere Redemptionis. Quæ omnia SS. literis certum eſt ex diametro repugnare. His tamen non obſtantibus, pro veritatis deciſione, ſit *Argumētū Hæreticorum.*

Propoſitio Catholica.

NOn cōtradicit honori Diuino, nec meritorum Chriſti infinitudini, aſſerere, Sanctos à nobis eſſe honorandos, inuocādos, ac Mediatores, Interceſſores, & Saluatores; (inferiori tamen & Chriſto ſubordinato modo) aſciſcendos. Adeo vt ſicut in Litaniis publicis, Religioſo cultu inuocātes SS. Trinitatē, dicimus: *Sancta Trinitas vnus Deus, miſerere nobis*; ita feſtiuitatum, peregrinationum, &c. inſtitutione, religioſe eoſdē honoremus, & meritorie inuocando, pronuntie- *Sancti à nobis honorandi inuocādi, Mediatoresque, interceſſores & Saluatores ſunt aſciſcendi.*

mus acclamemuſque, *Sancta Maria ora pro nobis.*
Quoad priorem partem , moderni hęretici
cũ Wicleſiſtis,apud Tho.walden.tom.3.de Sa- 7
cram.cap.150.vnanimiter negant; aſſerẽtes Sã-
ctos cum Chriſto regnantes & vita functos,nul-
lo à nobis cultu eſſe honorandos: non Religio-
ſo,quia is ſoli Deo debetur,vt inſinuat D. Iudas
hic: non ciuili,cum enim tantummodo ſe extẽ-
dere ad hanc vitam Politicam , cuius ipſi ſunt
exortes;ergo nullo.

Deus honorat Sanctos.

Sed probatur primo ; Deus Sanctos honorat, 8
ergo idipſum licitum eſt nobis: patet conſequẽ-
tia. Indignum enim eſt, vt quos Deus Pater ho-
norat in cęlis,nos dedignemur honorare in ter-
ris. Antecedens probatur , primi Reg. 2. 30. vbi
honor Sanctis promittitur his verbis: *Quicumque*
honorificauerit me,glorificabo eum , qui autem contemnunt
me,erunt ignobiles. Item Ioan.12.26. *Siquis mihi mini-*
ſtrauerit,honorificabit eum Pater meus, id eſt,faciet eum
coram Angelis & hominibus glorioſum ; tum
maxime, quando ad Reliquiarũ ipſorũ conta-
ctum & venerationem, Dęmones expelluntur,
claudi ſanantur,cęci viſui reſtituuntur, Infideles
& pagani ad veram Chriſti notitiã reuocantur,
atque alia celeberrima & energia Diuina pleniſ-
ſima miracula,à Deo patrantur,vt inſigni (cæ- 9
teris miſſis)miraculo comprobat D. Aug. l.22.
de Ciuit.Dei,c.8.vbi floſculi ex altari D.Stepha-
ni ſublati & ad caput viri primarij,Martialis no-
mine,ſed Gentilis,poſiti,beneficium cõuerſio-
nis ei attulerunt.Simile narrat de fœmina cęca,
& viſui poſtmodum reſtituta,ex ſola applicatio-
ne florum,primo D.Stephani Reliquijs, deinde
oculis

Deus honorat miraculoſe SS.Reliquias.

Miracula floſculorum D.Stephani Reliquijs applicatorũ.

oculis ſuis admotorum. Cur ergo eoſdem non dignemur religioſis peregrinationibus, ieiuniis, votis, vigilijs, luminibus, templorum erectionibus, & annuis memorijs?

10 Confirmatur ex eo, quod Iob 42. 8. ipſum Iobũ Deus magna deprecatorij muneris inſigniat excellentia, dũ Eliphaz Themaniten, duoſque eius amicos, ad ipſum his verbis dirigit Prophetam; *Ite ad ſeruum meum Iob, & offerte holocauſtum pro vobis: Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis.*

Dices; hoc locum habere, quamdiu nobiſcum in mundo commercium habent, nõ autem poſt hanc vitã. Reſpon. etſi corporali pręſentia nobis non adſint, ſpiritu tamen certũ eſt adeſſe, nã in Verbo, vel per nouas reuelationes, res humanas cognoſcunt, (& vt verbis D. P. N. Auguſtini meditat. cap. 23. vtar) *de ſua ſalute ſecuri, de noſtra ſunt ſolliciti.* Immo Pſal. 138. 17. Sancti & amici Dei, à Dauide in hac vita exiſtente, honorati eſſe perhibentur: *Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui Deus.* Vbi per amicos Dei, intelligit Apoſtolos & reliquos Sanctos, qui Deũ ſyncero amore coluerũt, Chriſtus enim Ioan. 12. 15. iis promiſit, poſt hanc vitam, in ſuam amicitiam ſe illos adoptaturum. *Iam non dicam vos ſeruos, &c. vos autem dixi amicos.* Quos proinde ſi Dauid coluerit, nos eodem honore dignari an indignum?

Sancti cognoſcunt res humanas & preces, in Verbo vel per nouas reuelationes.

11 Idem docent omnes fere Patres, prae cæteris tamen D. Auguſtini, Ambr. & Leon. varij ſermones, quos in SS. ſolemnitatibus ad pop. inſtituerunt, eo fine vt Chriſti fideles, ad eorundem prouocarent imitationem ac veneratione. Verum quum Sanctos illos viros, hæretici, cuiuſdã

Cauilli hæreticorum. hac in re præpoſteri inſimulent zeli, ad ratione᷈ procedo.

12 Primo ergo dico, honore᷈ alicui deferri, propter certam excelle᷈tiam, vt puta Sapientiæ, Virtutis, S. Vnctionis, Nobilitatis, potentiæ, &c. Atqui Sancti freti ſunt variis excelle᷈tiis, perfectionibuſque creatis quidem, tamen ſupernaturalibus, cęleſtibus, & Diuina atque infinita attributa, altiori præ nobis modo participantibus, vnde Pſal. 81. 6. vocantur Dij, *Ego dixi, Dij eſtis.* Apocal. 3. 21. aſſeſſores ſummi Regis: *Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum.* Pſal. 138. 17. à nobilitate, Principes, *Nimis confortatus eſt principatus eorum.* In quibus excellentiis, ſicut in gratia & gloria, plene perfecti ſunt & confirmati; ergo debitus eis honor præſtandus, non politicus aut ciuilis, quia eorum excellentia eſt maior; non etiam diuinus, qui dicitur Latria, quia eſt inferior: ſed medius, propter excellentiam mediam, videlicet cæleſtem & ſupernaturalem. & hic communiter à Theologis vocatur δȣλία.

Ratione probatur cultus Sanctorum.

Cultus Sanctorum δȣλία.

13 Secundo euertendo fundamentum Aduerſariorum: Hic honor Sanctis defertur ſine præiudicio honoris Diuini. Quod probatur, quia in Deum, velut eius auctorem redundat, & ad Dei cultu᷈ refertur, vt docet Ambroſ. ſerm. 6. in fine: *Quiſquis honorat martyres, honorat Chriſtum; qui ſpernit Martyres, ſpernit Chriſtum.* Et D. Hieron. epiſt. ad Ripar. *Honoramus ſeruos, vt ſeruorum honor redundet ad Dominum.* Licite ergo præfato cultu Religioſo eos honoramus. Stramineum proinde eſt, quicquid blaſphemæ molis, infirmo fundamento, Caluiniſtæ imponunt.

Honor Sanctorum redundat in Deum.

14 Secunda pars Propoſition. probatur Exod. 32. 13. vbi Moyſes Deum Pop. Iſraelitico reconciliaturus, ſeque minus ad hoc idoneum arbitratus, his verbis SS. Patriarcharum merita ac patrocinia implorat: *Recordare Abrahã, Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorum, &c. Placatuſque eſt Dominus ne faceret malum quod locutus fuerat aduerſus popul. ſuum.* vbi D. Auguſt. *Admonemur quum merita noſtra nos grauant, ne diligamur à Deo, releuari nos apud Deum illorum meritis poſſe quos Deus diligit.* 2. Iob 42. ex Dei monitione, amici ſupplicant Iobo vt oret pro eis ad Dominum; quod quum feciſſent, Iob pro eis orans, exauditus eſt. Itẽ Iob 5. 1. Eliphaz Themanites, ſanum conſiliũ Iobo daturus, *ad aliquem Sanctorum* (ait) *conuertere*, nec tamen ab eo, ſicut alias, de maledictis reprehenſus fuit. Iudith 8. 29. Bethulienſes in neceſsitate cõſtituti, dicunt S. Iudith, *Ora pro nobis, quoniam mulier ſancta es.* 1 Reg. 7. Iſraelitæ inuocant Samuelem vt oret pro eis. Act. 7. Stephanus orat pro perſecutoribus & quidem
15 efficaciter. Iam vero ſic argumentor; Quod ſi poſſint in viuis à nobis inuocati, efficaciter pro nobis apud Deum intercedere, multo certe magis poſt hanc vitam, quando maiori Charitate adhæreſcunt Chriſto, Deo vniuntur, extra omne lapſus peccati & mortalitatis periculum, in gratia & gloria beatifica conſummati, denique de ſua iam ſalute ſecuri, de noſtra vero magis (propter perfectiorem Patriæ charitatem) ſolliciti.

Moyſes orãs refert ſe ad merita SS. Patriarcharum.

Sancti viui à nobis inuocati, poſſunt intercedere ad Deum.

Huius argumenti vim nec Ioan. Oecolampadius Comment. in Iſai. nec Vigilantius Gallus, Barchinonenſis Eccleſiæ preſbyter, ſatis

manſicarat, vt notat D. Hiero. contra quē ipſe, bis hac de re, & quidem acerrime ſcripſit. Vnde in certo lib. contra eundem edito: *Dicis in libello, ait, tuo, quod dum viuimus, mutuo orare poſſumus: poſtquam autem mortui fuerimus, nullius ſit pro alio exaudienda oratio, præſertim quum Martyres vltionem ſui ſanguinis obſecrantes, impetrare nequiuerunt. Si Apoſtoli & Martyres adhuc in corpore conſtituti, poſſunt orare pro cæteris, quando de ſe adhuc debent eſſe ſollicitꝭ, quanto magis poſt victorias, coronas & triumphos? Vnus homo Moyſes ſexcentis millibus armatorum impetrat à Domino veniam: & Stephanus imitator Domini ſui, & primus Martyr in Chriſto, perſecutoribus veniam deprecatur, & poſtquam cum Domino eſſe cœperint, minus valebunt? Paulus Apoſtolus ducentas ſeptuaginta ſex ſibi dicit in naui animas condonatas, & poſtquam reſolutus eſſe cœperit cum Chriſto, tunc ora clauſurus eſt, & pro ijs qui in toto orbe, ad ſuum Euangelium crediderunt, mutire non poterit? Melior que Vigilantius canis viuens, quam ille Leo mortuus?* Hactenus Hieron. 16

D. Hiero. contra Vigilantium, pro interceſſione Sanctorum.

17 Secundo probatur ex Patribus, quorum teſtimonia ſi producere attentem, certe mihi tempus prius quam ſubiectum deficiet: vnum tamē vel alterum producam. Primo D. Aug. Meditat. c. 24. *Felices Sancti Dei omnes intercedite & orate cōſtanter atque indeſinenter pro nobis miſeris, multumque negligentibus peccatoribus, vt per veſtras orationes, veſtro ſancto conſortio coniungamur., quia aliter ſalui eſſe non poſſumus.* Proinde non abs re Saluatores noſtri aſſeruntur, vt habet Propoſitio. Item poſt pauca. *Orate Dominum, orate pijſſimi, orate omnia agmina Sanctorum, & vniuerſi cœtus Beatorum, vt veſtris precibus, meritiſque adiuti, ſalua naue & integris mercibus, peruenire mereamur ad portum perpetuæ ſalutis & quietis & continuæ pacis,*

Cōfirmatur interceſſio Sanctorum ex Patribus.

cis, & nunquam finiendæ ſecuritatis. Hactenus D. Aug. vbi nota illud, *Meritiſque adiuti*.

18 Secundo Ambro. lib. de viduis. *Martyres obſecrandi, quorum videmur nobis quodam corporis pignore patrocinium vindicare. Poſſunt pro peccatis rogare noſtris: non erubeſcamus eos interceſſores noſtræ infirmitatis adhibere.* 3. Diuus Leo ſerm. 5. de Epiphan. *Confirmate amicitias cum Sanctis Angelis & Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis Martyribuſque ſociamini: horum diuitias concupiſcite, & per bonam æmulationem ipſorum ambite ſuffragia.* 4. Bernard. ſerm. in illud; *Signum magnum apparuit in cælo. Opus eſt mediatore, ad Mediatorem illum, nec alter nobis vtilior quam Maria.* Sanctus Effrem orat. ad B. Virginem: *Aue Mediatrix glorioſiſſima, aue vniuerſi terrarum Orbis reconciliatrix.* Denique Prudent. in hymno de S. Hippolyto. *S. Maria Mediatrix & Reconciliatrix.*

Hippolyto ſcio me debere, Deus cui Chriſtus
Poſſe dedit, quod quis poſtulet annuere.

19 3. Probatur, ratione; Primo non contradicit omnipotentiæ Dei, habere ſub ſe cauſas ſecundas quæ agant, producant, & in effectum propria efficacia influant, quin potius hoc ad eius cedit honorem; ſi tamen de inferiore cauſalitate & ſub cauſa prima, ordinata, intellexeris: ergo ſimiliter non reclamat infinitudini meritorum Chriſti, habere ſub ſe promerentes, inferioris tamen Ordinis, & principali cauſæ meritoriȩ (quæ Chriſtus eſt) ſubordinatas. Ita enim efficax eſt Chriſti meritum ac mediatio, vt non tãtum reconciliet, verumetiam mediatores & reconciliatores efficiat, videlicet ſub ſe, quique virtute ab ipſo accepta, reconcilient, quod magis ex argumentorum ſolutione pateſcet. *Solidæ Rationes pro Sanctorum interceſſione meritis, mediatione, & ſaluatione.* *Efficacitas meriti Chriſti alios Mediatores progignentis.*

 ſcet.

ſcet. Sequela eſt manifeſta, quia in omni recon- 20
ciliatione, operatur Chriſti meritum vt prima cauſa moralis, ſicut Deus in omni operatione naturali, vt prima cauſa phyſica, quod valde notandum eſt contra hęreticos : nunquam enim dicimus, diximus, aut dicemus, tales eſſe Mediatores, Sanctos, qualis eſt Chriſtus, qui virtute & dignitate propria infinitæ Perſonæ ſuę Diuinæ intercedit; Sancti enim beneficio alterius, atque ex Diuina miſericordia & liberalitate, poſſunt quicquid poſſunt.

Secundò probatur : Licitum eſt Sanctos in 21
hac vita mortali orare, vt per ſua merita, pro nobis ad Deum, ſine iniuria Chriſti, intercedāt, vt patet ex allegatis ſupr. cur non ſimiliter eoſdem cum Chriſto regnantes?

Merita SS. iugiter manant ex meritis Christi.

Tertio, Ipſa merita Sanctorum iugiter ma-
nant ex meritis Chriſti quibus innituntur: quic- 22
quid enim nobis datur, principaliter ob Chriſti merita datur, ſecundariò vero propter merita eorum: iuxta illud D. Aug. l. 9. Confeſſio. cap. 13. *Quiſquis autem tibi enumerat vera merita ſua, quid tibi enumerat, niſi munera tua?* ergo nulla fit iniuria meritis Chriſti, quippe quę vnum idemque quaſi reputantur.

Apoſtoli à Chriſto vocantur lux Mundi.

Quarto, Sicut Chriſtus ſe vocat lumen mun- 23
di, videlicet illimitate ac ſummo modo; ita etiā vocat Apoſtolos, lucem mundi (*vos eſtis lux mundi,* Matth. 5. 14.) ſicut & fundamentum eccleſiæ, Magiſtroſque Eccleſiarum, inferiore nempe modo, ſeu per modum participati muneris ac dignitatis: ergo nihil eſt abſurdi, eoſdem mediatores ac Saluatores, inferiore tamen ratione, appel-

appellare. Nec quicquam præiudicij Infinitudini meritorum Chriſti, iure dicemur afferre, ſi hæc & ſimilia nomina non pro perfectiſſima duntaxat ſignificatione, verumetiam inferiore atque imperfectiore modo, ſupponere aduertamus. Qua ratione Deiparam Virginem Mariam, Vitam, Spem, Dulcedinem, & Salutem noſtram pie denominare conſueuit Eccleſia, vt ex varijs eiuſdem pateſcit hymnis. Quod pro argumentorum ſolutione, diligenter eſt notandum. vide ſuprà verſ. 23. ſection. 1. ad illud, *Saluate*.

S. Maria ab Eccleſ. vocatur Vita & Salus noſtra.

Argumenta hæreticorum diluuntur.

24 OBijciunt hæretici primo: Sancti receperunt plenam bonorum operum remunerationem, ergo non poſſunt amplius mereri.

Reſpond. Totum verum eſt, in ordine ad conſecutionem præmij eſſentialis, ſic enim de condigno ſunt compenſata, ita vt nihil amplius eis debeatur ex iuſtitiæ rigore; ex amicitia tamen multa eis poſſunt deberi, vt patet exemplis humanis, vel etiam dici poteſt, Sanctos orantes exaudiri, quia meruerunt in via, vt orãtes pro nobis, exaudirentur in patria. Quamobrem quum exaudiuntur, potius cedere illis in premium meritorum præcedẽtium, quam in nouum meritum. Ita reſpondet Alphonſ. à Caſtro, de hæreſ. l. 13. verb. *Sancti*.

Quomodo Sanctorum merita ſunt compenſata.

25 *Obijciunt* 2: Sancti nõ vident preces noſtras vel audiunt, inquit Cal. neque tam longas habent aures. Confirmatur Eſai. 63. 16. *Tu enim pater noſter,*

ſter, & Abraham neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos, fruſtra ergo orantur. Reſpond. Negando Antecedens. Quomodo autem videant etiam occultiſſima vota noſtra, ſurdum iſtum vellicando docuimus ſup. in probatione primæ part. Propoſitionis, paulo ante Patrũ auctoritatem. Quod ad Iſai. attinet, Reſpond. *Neſciuit*, pro *Neſcit*, idẽ eſſe, quod, Nõ poteſt liberare. Chald. enim habet: *Non eduxit nos de Aegypto*. 2. D. Hieron. exponit de ſcientia approbationis: hoc modo: *Abraham non habet nos pro filiis quia à te receſſimus*, non diligit nos, contẽnit nos. 3 Si de ſcientia proprie dicta exponatur, Abraham & Iſrael non cognouerunt poſteros ſuos, quia nondum attigerant ſupernaturalis beatitudinis ſtatum, ac perfectionem; & naturaliter mortui neſciunt, quid viuentes agant. vide Rober. Bellarm. 1. tom. 7. Controuerſ. General. lib. 1. cap. 20. in ſolut. 4. argum.

Vellicantur Caluinianges.

Patres in Limbo nec erant beati, nec cognoſcebant acta poſterorum.

Objciunt 3. & principaliter, 1. ad Timoth. 2. 1. 26
vnus eſt Mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, ergo non ſine iniuria vnici Mediatoris Chriſti, adhibentur Sancti tãquam alij mediatores, quaſi mediatio eius foret inſufficiens, aut Saluatio, Sanctorum egeret auxilio. Hoc præcipuum eſt Hæreticorum Argumẽtum. At quod eadem qua cætera, ſolidioris ſolutionis ſpongia eluemus; Prius tamen Lectori Cathol. innuẽtes, doctorculorum iſtorum ſubdolam Religioſitatem: quippe quibus, vah! hypocritica Religio eſt, hac in re, Chriſti ſtudioſe cauere iniuriam, Chriſti tutari honorem, defendere meritum, defendere gratiam, nominis eius glorioſi vitare calumniam, vitare blaſphemiam.

Subdola Religioſitas hæreticorũ.

Apud

27 Apud quos tamen nulla eſt Religio, Sanctiſſima peſſundare Sacramenta, Sanctum eius verbũ traducere, & contra ſanam Eccleſiæ expoſitionem adulterare; nulla inquam eis conſcientia, Blaſphemorum dogmatum & maculatiſſimæ vitæ offuſione, Sanctiſſimum Chriſti nomen apud Gentiles & infideles, odibile reddere ac deteſtabile.

28 Reſpond. ergo Chriſtum eſſe Mediatorẽ vnicum & ſolum, eo modo quo non ſunt Sancti; Primo per modum Redemptioris, ſoluendo id creditori quod pars debebat, vnde ſubdit verſ. 6. *Qui dedit ſemetipſum redemptionẽ pro nobis.* Secundò, quia Mediator eſt nõ tantum ratione officij, ſed etiam ratione naturæ: eſt enim medius inter Deum & hominem, quum ratione hypoſtatic. Vnionis ſit Deus ſimul & homo, quod neceſſarium ad hominem perfecte redimendum perfectione Iuſtitiæ. Tertio, quia non ex alienis, aut aliunde acceptis, ſed ex propriis ſatisfecit, ita vt nullo ipſe indigeat Mediatore. Quarto quia pro omnibus ſatisfecit. Quæ rationes Sanctis non conueniunt, neque enim ſatisfaciũt niſi ex gratuitis, nec via ſatisfactionis, at deprecationis, nec pro omnibus, nec denique participationem habent vtriuſque naturæ.

Quomodo Chriſtus ſit vnus & ſolus Mediator.

Sancti ſunt veri Mediatores, non tamen ea perfectione qua Chriſtus.

Veri nihilominus ſunt Mediatores, quia intercedunt pro nobis ad Deũ; quomodo Moyſes Deuter. 5. dicitur ſequeſter & medius inter Deũ & pop. vnde D. Auguſt. in Pſalm. 129. *Leuaui oculos meos in montes, &c. Noli putare, quia ipſi montes tibi dabunt auxilium, accipiunt enim quod dent, non de ſuo dant.* Ex his patet ſolutio priorum Argumentorum

initio

initio propoſitorum, adeoque Sanctos licite à nobis honorari, ac veluti Mediatores, Interceſſores, & Saluatores (licet inferiore & Chriſto ſubordinato modo) aſciſci inuocarique.

Coronidis loco, Iacobus Hoochſtratus lib. 1. 29
diſput. 8. contra Lutheranos cap. 3. & 10. notat Euangelicæ hiſtoriæ Scriptores, non debuiſſe de veneratione & inuocatione Sanctorum, multa ſcribere, ne idolorum cultui feneſtram, coram recenter ex Paganiſmo natis Chriſtianis, ideoque in fide tenellis, aperirent; docendo Sanctos velut quoſdam Semideos colendos, quos turpiſſima morte vidiſſent affectos. Quod ipſum minus in lege veteri expediuiſſet, quando illi rudi populo ad idololatriam propẽſiſſimo, occultari debuit corpus Moyſis, ne Diuinos ei impẽderet honores. hanc tamẽ doctrinã vtrique Teſtamẽto conſonare, ſatis hactenus eſt demonſtratum.

Cur Euangelium non multa de venerat. & Inuocatione SS. dicat.

Vide Robert. Bellarmin. ſup. in ſolut. 2. Argu- 30
menti, vbi inter cætera, docet Sanctos in nouo Teſtamento inuocari, ſed ante Chriſti aduentũ non fuiſſe inuocatos: quia videlicet Patres in limbo necdum erant beati; vnde preces intelligere non potuiſſent, nec in Verbo, cuius viſione non fruebantur, nec extra Verbum, per nouas reuelationes: tum quia ad perfectam beatitudin. pertinet illa ſcire quæ ad ſe pertinent, & præcipue quæ eorum tangunt gloriam & honorem: tum quia Sancti in limbo non ita gerebant curam rerum noſtrarum, nec erant Præpoſiti Eccleſiæ, vti nũc in cęlo ſunt Sancti, quorum beatiſsima ſocietate, vtinam vtinam poſt hanc vitam nos dignetur Benedictus Deus.

Cur Sancti non ante, ſed poſt Chriſtũ ſint inuocati.

SE-

SECTIO II.

31 **Gloria & Magnificentia, Imperium & poteſtas ante omne ſæculũ, & nunc & in omnia ſæcula ſæculorum. Amen.**

HVic ergo Soli Deo Saluatori per Chriſtum &c. *Gloria*, ſcilicet deferatur à nobis: quum enim in tempore apparuerit dignus omni laude, *Gloria*, hoc eſt, clara cum laude notitia, ac ſublimis fama ei debetur. Frequenter ergo eius Æternitatem, Sapientiam, Bonitatem, immenſitatem, Beneficia cum laude prædicemus, celebremus, & cum reuerentia loquamur, ſicut D. Aug. libro Meditat. c. 15. *Certe ſi omnia membra noſtra verterentur in linguas, ad rependendum tibi debitas laudes, nequaquam ſufficeret exiguitas noſtra.* Celebretur etiam à nobis *Gloria Dei.* *D. Aug. feruor in laudē Dei.*

32 *Magnificentia eius*, ex diffuſione Bonitatis Diuinę, ſuper omnes creaturas, reſultans, de qua Deuteron. 33. 3. *Date Magnificentiam Deo.* Pſal. 8. 2. *Eleuata eſt Magnificentia tua ſuper cælos.* Pſalm. 110. 3. *Magnificentia opus eius.* Eccli. 39. 20. *Date nomini eius Magnificentiam, & confitemini illi in voce labiorum veſtrorum, & in Canticis labiorum & citharis, & ſic dicetis in confeſſione; Opera Domini vniuerſa bona valde.* *Magnificentia Dei.*

Subijciamus etiam nos eius *Imperio*, quo glo-
33 rioſe regnat in cælo & terra, omnibus rebus dominatur, omnia regit, vt omnis eius voluntas fiat, Eſai. 45. 23. *Mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. Ergo in Domino dicet; Meæ ſunt Iuſtitiæ & impe-* *Imperium Dei.*

imperium: ad eum venient, & confundetur omnes qui repugnant ei. Numer .10.13. *Iuxta imperium Domini.* 1. Paralip. 16.28. *Afferte Domino gloriam & imperiũ.* De hoc D. Aug. lib. Meditat. c.29. *Qui omnem creaturam tuam abſque indigentia aliqua poſſides, & ſine labore gubernas, & abſque tædio regis.*

Veneremur denique incircumſcriptam eius *Poteſtatem*, qua omnia pro ſua voluntate facere poteſt, Exod. 15.3. *Omnipotens nomen eius.* Luc. 1.37. *Non erit impoßibile apud Deum omne verbum.* 1. Petri 5. 6. *Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis.* Agnoſcamus eius poteſtatem cui nihil reſiſtit, Daniel. 7.14. *Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur ab eo.* Poteſtatem ſcilicet quam maxime in fine mundi exeret, præmiando bonos, puniendo malos. Sicut autē poteſtas eius, eſt poteſtas æterna, teſte eodem Daniele, ſic & tres præcedentes, adeoque omnes Diuinæ perfectiones, non temporales, non accidentales, vnde ait: 34

Poteſtas Dei.

Ante omnia ſæcula; hoc eſt, Ex omni æternitate. Licet enim, inquit Lyra, prædicti actus, circa creaturas ſint temporales, ipſa tamen virtus qua Deus talia facit, & perfectiones Diuinæ, quę cum ipſa eſſentia conuertuntur, æternæ ſunt. Vnde dicitur æternus creator; non quod ab æterno creârit. Pari modo, Deus ante omnia ſæcula non apparuit dignus laude, non imperauit actualiter creaturis, non exeruit magnificentiã, non potentiam in ipſis. Sed tamen inerat ei virtus atque auctoritas ſumma ad omnia. 35

Quomodo hæ Dei perfectiones ſint æternæ, actus vero temporales.

Concluſio Auctoris.

QVia iam Gratiæ tuæ, ô Superbenedicta Trinitas, ſuauiori ductu, optato Exegeſeos noſtræ termino, poſt multos labores, ſubuecti ſumus; quales, quales tandem grates, animo grato refundere geſtientes, te Deum Patrē ingenitum, te Filium vnigenitū, te Spiritum Sanctum Paraclitū, Sanctam & indiuiduam Trinitatem, omnis pij conatus auctricem, toto corde & ore, confitemur, laudamus atque benedicimus. Vnum obſecrantes, vt inter periculoſiſſimos atque æſtuantiſſimos mundi huius, ceu furientis maris, fluctus, rectum inconcuſſæ & *ſemel traditæ Sanctis fidei*, atque immaculatæ vitæ curſum, ex Apoſtolici Nauarchi Iudæ Thaddæi præſcripto, tenentes, neque ad dexteram, neq. ad ſiniſtram declinantes; Infidelitatis, Luxuriæ, Ambitionis, Blaſphemię, Contradictionis, Schiſmatis, Superbiæ, Murmuris, Impoſturæ, Auaritiæ, Gulæ, &c. horrendos ſcopulos prætérlegentes; hæreticorum velut fallacium Sirenum, plauſibili quæſtui aures obturantes, Pſeudoapoſtolicorum Piratarum ſubreptitium illapſum, miſſionem, aduentum, caute auerſantes; ac bonæ vitæ, integræ fidei, dilectionis Dei correptionis fraternæ, ſpei miſericordiæ tuæ, remis inſiſtentes; ad illum perpetuæ ſalutis, quietis, continuæ pacis, & nunquā finiendæ ſecuritatis portum perueniamus, illud vere beatum ſupernæ Ieruſalem regnum poſſideamus, quod caret morte, vocat fine, cui nulla tempora ſuccedunt per æuum, vbi continuus ſine nocte dies, neſcit habe-

D. Aug. in Meditat.

habere tempus,vbi victor Chriſtianus miles,illis hymnidicis Angelorum ſociatus choris,cantat Deo ſine ceſſatione, canticum de Canticis Sion;

Nobile perpetua caput amplectente corona.

Quod eius merito nobis optamus concedi; qui delẽs, *quod aduerſus nos erat, chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, ipſumque auferens de medio, & cruci affigens,* tandem aſcendit in cęlum, aſſumptus in cælum, vbi nec origo initium, nec tempora incrementum, nec caſus ei finem dabit: ſed ante ſæcula, & in ſæculis, & per ſęcula viuenti, eadẽ tecum datur perennis laus & gloria, ſumma poteſtas, & ſingularis honor, perpetuum regnũ, & ſine fine Imperium, per infinita & indefeſſa & immortalia ſæcula ſæculorum. Amen.

FINIS.

APPROBATIO.

Exegeſis hæc Epiſtolæ Canon. D. Iudæ Apoſtoli, quod præter ſenſum litteralem & moralem, inſuper fidei noſtræ controuerſias pertractet, vtiliter ad peccatorum reformationem, & Sectariorum confuſionem, typis excuſa, diuulgabitur. Actum Antuerpiæ, 23. Octobr. 1612.

Laur. Beyerlinck S. Theol. Licent. Canon. & librorum Cenſor Antuerp.

LOCA SCRIPT.
ACCVRATIVS
TRACTATA.

Prior numerus ſignificat caput & verſum, Poſterior folium.

Geneſis.

C.1.v.28. *CReſcite & multiplicamini.* fol. 223.72.
3. 17. *Maledicta terra in opere tuo.* 342. 67.
4.17. *Et peperit Henoch.* 401. 2.
5. 18. *Et genuit Henoch.* 401. 2.
6. 2. *Videntes filij Dei filias hominum.* 259. 16.
32. 25. *Tetigit neruum femoris (Iacob) & ſtatim emarcuit.* 338.59.

Exodus.

23. 8. *Nec accipies munera quæ etiam excæcant prudentes.* 5. 10.
32. 13. *Recordare Abraham, Iſaac & Iſrael.* 517.14.

Leuiticus.

19. 17. *Publice argue eum ne habeas ſuper illo peccatum.* 493. 6.

Numeri.

16. 3. *Cur eleuamini ſuper pop. Domini?* 372. 31.

Deuteronomium.

24. 16. *Non occidentur Patres pro filijs, nec filij pro Patribus,* 243.22.
28.16. *Maledictus eris in ciuitate.* 342.67.
34. 7. *Et non cognouit homo ſepulchrum eius.* 314.10.

Iudicum.

21. 24. *Vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat.* 173.84.
Item 180.94.

Regum.

2. 1. 21. *Montes Gelboe nec vos nec pluuia veniant ſuper vos.* 342.67.
3. 11. 11. *Diſrumpens ſcindam regnum tuum.* 174.85.
3. 18. 21. *Vſquequo claudicatis in duas partes.* 362.13.
3. 22. 21. *Decipies & praualebis, egredere & fac ita.* 197.24.
3. 22. 23. *Dedit Dominus ſpiritū mēdacij in ore omniū Prophetarū.* Ibid.
4. 4. 29. *Si occurrerit tibi homo, non ſalutes eum.* 84.73.

Paralipomen. 16.

2. 6. 19. *Ad hoc tantum facta eſt, vt reſpicias orationem.* 127. 7.

Iudith.

8. 29. *Ora pro nobis, quoniam mulier ſancta es.* 517.14.

Iob.

15. 34. *Ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera &c.* 8.15.
26. 5. *Gigantes gemunt ſub aquis.* 130.12.
31. 7. *Si ſecutus eſt oculus meus cor meum.* 354.21.
34. 30. *Qui regnare facit hominē hypocritā propter peccata Pop.* 200. 28.

Pſalmorum liber.

1. 1. *In cathedra peſtilentiæ non ſedit.* 503.24.
1. 3. *Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt.* 384.20.
Et folium eius non defluet. Ibidem.
2. 8. *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* 465.27.
4. 5. *Iraſcimini & nolite peccare.* 501.22.
18. 8. *Lex Domini immaculata, conuertens animas, &c.* 54. 19.
21. 17. *Foderunt manus meas.* 406.10.
22. 5. *Paraſti in conſpectu meo menſam.* 52.14.
29. 12. *Conſcidiſti ſaccum meum.* 501.21.
30. 2. *In te Domine ſperaui, non confundar.* 486.6.
59. 6. *Dediſti metuentibus te ſignificationem, &c.* 127. 7.
67. 31. *Congregatio Taurorum in vaccis pop. vt excludant eos qui probati ſunt argento.* 148.42.
68. 23. *Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum.* 52.16.
69. 2. *Deus in adiutorium meum intende.* 48.5.
83. 6. *Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit.* 56.22.

84.11. Mi-

84. 11. *Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi &c.* 126.5.
89. 4. *Quoniam mille anni ante oculos tuos.* 406.11.
91. 13. *Iuſtus vt palma florebit, ſicut Cedrus, &c.* 384.20.
104. 15. *Conuertit cor eorum vt odirent Pop. eius, &c.* 198.24.
106. 34. *Terram fructiferam in ſalſuginem.* 286.61.
109. 6. *Implebit ruinas.* 322.26.
129. 1. *De profundis clamaui ad te Domine.* 479.15.
134. 8. *Percuſſit primogenita Aegypti.* 337.58.
138. 17. *Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui Deus.* 515.10.
146. 9. *Et pullis coruorum inuocantibus eum.* 141.29.

Prouerbia.

9. 7. *Qui erudit deriſorem, ipſe iniuriam ſibi facit.* 490.5.
15. 15. *Secura mens quaſi iuge conuiuium.* 130.11.
27. 6. *Meliora ſunt, &c. quam fraudulenta oſcula diligentis.* 435.32
30. 5. *Omnis ſermo Dei ignitus clypeus eſt.* 49.7.

Cantica Canticorum.

1. 14. *In vineis Engaddi.* 281.52.

Eccleſiaſticus.

2. 9. *Sperate in illum & in oblectationem veniet, &c.* 487.8.
17. 12. *Mandauit illis vnicuique de proximo ſuo.* 493. 6.
44. 16. *Henoch placuit Deo & tranſlatus eſt.* 402.3.

Eſaias.

1. 7. *Terra veſtra deſerta.* 282.54.
5. 5. *Auferam ſepem eius, & erit in direptionem.* 334.50.
20. *Væ qui dicitis malum bonum & bonum malum.* 435. 32.
6. 5. *Væ mihi quia tacui.* 358.3.
7. 9. *Niſi credideritis, non intelligetis.* 71.50.
14. 11. *Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua* 260.17.
19. 14. *Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis.* 396.12.
59. 2. *Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & Deum.* 116. 47.
62. 2. *Vocabitur tibi nomen nouum.* 99.17.
63. 16. *Abraham neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos.* 522.25.

Ieremias.

15. 10. *Væ mihi mater mea.* 358.3.

22. 18. *Non plangent eum, væ frater.* 358. 3.
27. 14. *Quia non miſi eos, ait Dominus.* 195. 19.
45. 3. *Væ miſero.* 359. 4.
51. 9. *Curauimus Babylonem & non eſt ſanata.* 334. 50.

Ezechiel.

1. 16. *Quaſi ſit rota in medio rotæ.* 57. 26.
1. 18. *Statura quoque erat rotis, & altitudo & horribilis aſpectus,* 58. 26.
2. 10. *Liber qui erat ſcriptus intus & foris, &c.* 58. 27. Item 359. 5.
13. 18. *Væ qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus.* 435. 32.
14. 9. *Ego Dominus decepi Prophetam illum.* 197. 24.
28. 2. *Eleuatum eſt cor tuum, & dixiſti.* 260. 17.
Tu ſignaculum ſimilitudinis Ibidem.
14. *Perfectus in vijs tuis à die conditionis tuæ.* 255. 10.
30. 2. *Vlulate: væ væ diei.* 359. 5.

Daniel.

10. 11. *Nemo eſt adiutor meus in omnibus his niſi Michael Princeps veſter.* 335. 52.
13. *Princeps Regni Perſarum reſtitit mihi viginti & vno diebus.* 335. 53.

Ioel.

3. 2. *Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Ioſaphat.* 409. 18.

Nahum.

3. 5. *Reuelabo pudenda tua in facie tua.* 272. 40. Item 415. 4.

Sophonias.

1. 12. *Scrutabor Ieruſalem in lucernis.* 415. 4.
1. 15. *Dies iræ, dies illa.* 417. 7.

Malachias

2. 7. *Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam.* 258. 14.

Machabæorum lib. 1.

12. 9. *Habentes ſolatio Sanctos libros qui ſunt in manibus noſtris.* 52. 14.

Matthæus.

5. 8. *Beati mundo corde quoniam ipſi Deum videbunt.* 4.7.
14. *Vos eſtis lux mundi.* 520.23.
21. *Non omnis qui dicit mihi Domine Domine.* 476.9.
6. 31. *Nolite ſolliciti eſſe, dicentes; Quid manducabimus?* 139.27.
7. 15. *Attendite à falſis prophetis qui veniunt ad vos.* 441.2.
8. 31. *Si eijcis nos, mitte nos in gregem porcorum.* 272.39.
9. 2. *Videns Ieſus fidem illorum, dixit Paralytico &c.* 72.53.
10. 3. *Lebbæus qui cognominatus eſt Thaddæus.* 3.6.
33. *Qui autem negauerit me coram hominibus, &c.* 157.57.
13. 30. *Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem.* 178.91.
18. 10. *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris.* 275. 13. Item 328.39.
17. *Ethnicus & publicanus.* 463.24.
21. 19. *Nunquam ex te fructus naſcatur.* 342.67.
23. 32. *Implete menſuram Patrum veſtrorum.* 199.27.
38. *Ecce relinquetur domus veſtra deſerta.* 282.55.
24. 23. *Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic.* 465.27.
25. 41. *Diſcedite à me maledicti.* 415.4.

Lucas.

7. 50. *Fides tua te ſaluam fecit.* 72.53.
8. 40. *Filia, fides tua te ſaluam fecit.* 72. 53.
10. 4. *Neminem per viam ſalutaueritis.* 84.73.
18. 42. *Fides tua te ſaluum fecit.* 72.53.
24. 47. *In omnes gentes, incipientibus ab Ieroſolyma,* 465.27.

Ioannes.

1. 17. *Lex per Moyſen data eſt: gratia & veritas, &c.* 89.1.
2. 19. *Soluite templum hoc.* 199.27.
3. 16. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium &c.* 115.46.
18. *Qui autem non credit, iam iudicatus eſt.* 490. 3.
5. 22. *Neque enim Pater iudicat quemquam.* 411.20.
17. *Poteſtatem dedit ei etiam iudicium facere.* Ibidem
6. 44. *Nemo poteſt venire ad me niſi Pater meus traxerit eũ.* 123.60

66. *Abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant.* 453. 4.
8. 42. *Ego enim ex Deo proceſſi.* 111. 37.
44. *Ille homicida erat ab initio.* 264.24.
10. 8. *Omnes quotquot venerunt, fures ſunt.* 441. 2.
48. *Pater in me eſt & ego in Patre.* 111. 37.

Ioannes.

11. 28. *Magiſter adeſt & vocat te.* 117.49.
12. 25. *Qui odit animam ſuam.* 501.22.
26. *Honorificabit eum Pater meus.* 514.8.
39. *Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor, &c.* 198.24.
13. 17. *Quod facis, fac citius.* 199 27.
15. 5. *Sine me nihil poteſtis facere.* 120. 55. Item 473. 3. & 506.4.

Acta Apoſt.

1. 7. *Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta.* 408.16.
8. *Vſque ad vltimum terræ.* 465.27.
2. 23. *Definito conſilio & præſcientia Dei traditum.* 198.24.
4. 27. *Conuenerunt enim vere in ciuitate iſta &c.* 201.30.
15. 28. *Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis.* 301.20.
20. 35. *Beatius eſt magis dare quam accipere.* 315.12.

Ad Romanos.

1. 16. *Virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti.* 46.1.
24. *Tradi à Deo in deſideria cordis eorum.* 198.24.
26. *Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalẽ vſum.* 277.46.
2. 10. *Gloria & honor omni operanti bonum.* 85.74.
4. 5. *Reputatur fides eius ad Iuſtitiam.* 122.59.
5. 1. *Iuſtificati ergo ex fide.* 71.51.
2. *Per quem, &c. gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei.* 489.10
9. 18. *Ergo cuius vult miſeretur, & quem vult indurat.* 198.24.
10. 4. *Finis enim legis Chriſtus.* 90.3.
14. *Quomodo credent ei quem non audierunt?* 246. 26. & *Quomodo enim eum inuocabunt, in quem non crediderunt?* 479.14.

12. 11. *Spe gaudentes*.487.8.
13. 10. *Plenitudo ergo legis eſt dilectio*, 91.4.
14. 9. *In hoc enim Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit*.410.19.
Ad Corinthios. 1.
4. 5. *Illuminabit abſcondita tenebrarum*. 272. 40. Item 415.4.
5. 12. *Quid enim mihi de ijs qui foris ſunt iudicare?* 165,68.
9. 16. *Væ enim mihi eſt ſi non euangelizauero*.358.3.
11. 19. *Oportet & hæreſes eſſe*. 148.42.
20. *Iam non eſt Dominicam cœnam manducare*. 375.1.
13. 1. *Charitatem autem non habeam*.133.17. Item 483.1.
14. 33. *Non enim eſt diſſenſionis Deus*.397.14. Item 471. 36.
Ad Corinth. 2.
3. 5. *Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis*.473.3.
4. 4. *In quibus Deus huius ſæculi excæcauit mentes infidelium*, 198.24.
13. *Habentes eundem ſpiritum fidei*. 90. 2.
Ad Galatas.
3. 24. *Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto*. 90. 3.
4. 3. *Cum eſſemus paruuli, ſub elementis mundi eramus*. 89.1.
5. *Vt adoptionem filiorum reciperemus*. 112.39.
6. 1. *Huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis*.498. 15.
Ad Epheſios.
1. 3. *Qui benedixit nos omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto*. 64.36.
3. 9. *Diſpenſatio Sacramenti abſconditi à ſæculis in Deo*.62.32.
12. *In quo habemus fiduciam & acceſſum in confidentia per fidem eius*. 120.54.
4. 5. *Vnus Dominus, vna fides, vnū Baptiſma*. 156. 55. Item 169. 77. Et 399.19.
Ad Philippenſes.
1. 29. *Vobis donatū eſt pro Chriſto, nō ſolū vt in ipſo credatis*. 121.55.
Ad Coloſſenſes.
3. 9. *Expoliantes vos veterem hominem*.504. 27.

Ad Theſſalonicenſes.2.

2.11. *Ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio.* 198.24.

Ad Timotheum. 1.

1. 19. *Bonam conſcientiam, quam quidam repellentes, &c.* 226. 76. Item 477.11.

2. 1. *Vnus eſt Mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus.* 522.26.

2. 4. *Deus vult omnes homines ſaluos fieri.* 204.35.

3. 6. *Non neophytum, ne in ſuperbiam elatus.* 260.17.

Ad Timoth.2.

3.16. *Omnis Scriptura Diuinitus inſpirata, vtilis eſt.* 46.1.

Ad Titum.

3. 11. *Cum ſit proprio iudicio condemnatus.* 490.3.

Ad Hebræos.

1. 6. *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit* 265.25.

4. 12. *Viuus Dei ſermo & efficax.* 234.3.

5. 4. *Nemo ſumat ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* 142.31.

9. *Et conſummatus factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ.* 114.43.

11. 6. *Sine fide impoßibile eſt placere Deo.* 35.3.

12. 28. *Habemus gratiam per quam ſeruiamus.* 217.58.

13. 8. *Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſæcula.* 242.20.

Iacobi.

1. 13. *Deus autem neminem tentat.* 195.19.

Petri 1.

4. 15. *Nemo autem veſtrũ patiatur vt homicida aut fur, &c.* 95.10.

Petri 2.

2. 13. *Delitijs affluentes, in conuiuijs ſuis luxuriantes.* 376. 3.

21. *Melius erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, &c.* 248.32.

3. 16. *In quibus ſunt quædam difficilia intellectu.* 22.15.

Ioan.

INDEX.

Ioannis 1.

1. 7. *Sanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato.* 66.39.

2. 1. *Aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum.* 66. 39.

18. *Nunc Antichriſti multi facti ſunt.* 442.3.

19. *Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis.* 386.25. Item 453.5.

3. 21. *Si cor noſtrum non reprehenderit nos.* 479. 14.

Apocalypſis.

1. 7. *Ecce venit in nubibus.* 405. 9.

9. 12. *Væ vnum abijt.* 358.3.

12. 10. *Accuſator fratrum qui accuſat illos ante conſpectum Dei* 321. 23.

13. 8. *Agnus qui occiſus eſt ab origine mundi.* 266.27.

FINIS.

Index

Index rerũm operis, in quo Prior numerus, denotat folium, Poſterior paragraphum marginalem.

A.

ABgarus curatur à D. Iuda Thaddæo. 4. 9.
Acceptio munerũ noxia & turpis. 5. 10. 11. 12. 13. 14.
Adamitarum immunditia. 43. 22. *Item* 222. 70.
Adauctus Martyr Ieſum Chriſtũ confitetur. 97. 13.
Adiaphoritæ negant eſſe peccatum. 242. 21. *Item* 377. 6.
Adoptio ſeu filiatio moralis. 111. 38.
Adulatio mortalis & venialis. 434. 30.
Adulatores ſcintillæ ſunt Diaboli. 435. 33.
Adulatoris Hieroglyphicum apis & ſcorpio. 437. 36.
Aethnicum eſſe, quid in Scripturis ſignificet. 463. 24.
Agathæ virginis humilis confeſsio. 97. 13.
Ἀγάπη certum conuiuium Chriſtianum. 375. 1.
Agonizantium horrendi aſpectus. 321. 24.
Alcamenes reſpuit munera. 7. 14.
Alckmariana ſeditio per Caluiniſtas. 397. 15.
Alexius de Menezes vir Apoſtolicus. 11. 21.
Amor Dei, efficax. 114. 45.
Amor Dei eſt infinitus. 115. 46.
Anabaptiſtarum luxuria infanda. 222. 70. 378. 8.
Angelus Chriſto iudici præferet vexillũ Crucis. 412. 23.
Angeli ſunt incorporei. 252. 3.
Angelorum voluntas fuit libera. 254. 7. 8. &c.
Angeli creati in gratia. 255. 10.
Angeli creati in cęlo Empyreo. 256. 11.
Angeli non peccarunt amore impudico fœminarum. 259. 16.

Ange-

Angelorum primum peccatum fuit ſuperbia. 260. 17.
Angeli cuſtodiunt homines. 328. 39.
Angelos ſingulos cuſtodes, habent omnes, etiam Antichriſtus. *Ibid.* 40.
Angelicę cuſtodiæ tres cauſæ. 330. 42.
Angelo cuſtode non eguit Chriſtus. 331. 45.
Angelica cuſtodia incipit ab hominis conceptione. 332. 47.
Angelorum, Principis Perſarum & Gabrielis contrarietas. 335. 53.
Angelos cuſtodes habent Regna, Prouinciæ, Congregationes, &c. 335. 52.
Angeli cuſtodes quomodo ſuã cuſtodiã exoluãt. 337. 57.
S. Anna fuit vniuira. 2. 2.
Antigenidas. 238. 11.
Angliæ Rex Iacobus contra C. Vorſtium. 449. 12.
Anglocaluiniſtarum & Geuſiorum luxuria. 298. 14.
Antiquiſsimum quodque veriſsimum 82. 70.
Antuerpienſes Iconoclaſtæ ſoli parcunt malo latroni. 210. 46.
Apocryphum quid ſit. 14. 2.
Apocryphi ſcripta non omnia falſa. 24. 19.
Apoſtolorum vnicũ caput ad vitandũ Schiſma. 459. 16.
Aquenſium hæreticorum ſeditio Anno 1611. 173. 84.
Arminiſtarum & Gummariſtarũ diſſenſio. 397. 15. Item 398. 16.
Arnoldus Beſalienſ. pro Miſſa. 209. 45.
Arius circumducit 700 meretriculas. 218. 61.
Arianorum contumeliæ. 151. 48.
Aſſentator quidam Pſeudominiſter. 432. 26.
Attalus martyr clamat: Chriſtianus ſum. 96. 12.
Auguſtini in conuerſione remora. 347. 8.
Auguſtinus putauit Chriſti corpus imaginarium. 63. 34.

Auguſtinus nouem annis fuit Manichæus. 63.34.
Auguſtiniani fratres intrant Perſiam & Mediam. 12.21.
Auguſtini Marlorati impietas.45.24.
Auguſtanæ Confeſsionis quotidiana varietas. 396.13.

B.

BAlaam magus. 369.28.
Balaam auarus & maledicus.370.29.&c.
D.Baſilius optime reſpondet coquo Ariano.170.79.
Belgij deprauati Pſeudominiſtri,qui.373.34.& 35.
Belgium recipit noui Euangelij buccinatores.184.2.
D.Bernardus clamat:*Sufficit ſufficit Domine.* 130.11.
Bernardi ſolicitudo ſpiritalis.142.31.
Bezæ blaſphemia.230.83.
Bezæ luxuria.224.74.*Item* 297.12.
Beza canonizat Poltronum ſicarium.213.51.
Beza reprehendit 72.Interpretes.20.13.
Beza vocat Chriſti mortuum corpus,*Charonge.*213.51.
D.Blãdina pronũtiato nomine Chriſti cõfortatur.96.11.
Blaſphemiæ variorum hæreticorum.306.307.308.&c.
Blaſphemiæ hæreticorum Satanicis maiores.317.16.
Blaſphemiæ Lutheri,Melanchtho.& Caluini.230.82.
Bohemorum Schiſma diſplicet Luthero.460.18.
Bogomiles. 157.56.
Borboritæ negant peccatum.45.24.
Borboritę vnde dicti. 293.4.
Briſo occiditur ab Arianis.152.48.
Bruno qua occaſione Carthuſiani inſtituti auctor.237.8.
Buceri immunditia.296.10.
Buceri aſtutia. 365.18.

Caius

C.

Caius Potitius reſpuit munera. 8. 14.
Caini variæ viæ. 363. 14.
Cain male ſentit de Deo. *Ibidem.*
Cain viliora Deo offert. 364. 15.
Cain abſque bonis operibus vult placere Deo, fuitque hypocrita. *Ibid.* 16. 17.
Cain homicida. 365. 19.
Caini inuidia fraterna. 366. 20.
Cain deſperat. 368. 24.
Cabillonenſis Pſeudoſynodi decreta. 214. 52. *Itē* 305. 28.
Caluini ſeditio in vrbe Geneuenſi. 304. 26.
Caluinus Sodomita cauterio notatur in dorſo. 78. 63.
Caluinus vocat Patres ſuperſtitioſos. 20. 12.
Caluinus exurit Michaelem Seruetum. 24. 20.
Caluini impia dogmata. 25. 21.
Caluinus facit Deum auctorem peccati. 194. 18.
Caluinus vrget coniugij neceſſitatem. 221. 66.
Caluinus in fine vitæ deſperat. 368. 25.
Caluinus errat circa diem Iudicij. 416. 6.
Caluini querelæ contra Papiſtas. 423. 9.
Caluini arrogantia. 429. 20. *Item* 430. 22.
Caluinus aſſentatur Franciſco Galliæ Regi. 431. 24.
Caluinus damnat Schiſma. 460. 19.
Caluiniſtarum axioma Venereum. 454. 8.
Caluiniſtarum querelæ de Concil. Trid. & Inquiſitione Hiſpanica. 425. 13.
Caluinianæ hæreſeos ſubdiuiſio. 39. 13.
Caluiniſmus peior Mahumetiſmo. 176. 88.
Caluiniſmus habet Elizabetham Anglicam, adminiſtrã. 220. 64.

Calui-

Caluinianæ luxuriæ axioma. 222. 69.
Caluiniſtę confæderati ſupplicant Gubernatrici Parmenſi. 425. 13.
Caroli Molinæi cæcitas. 348. 10.
Caroli Quinti zelus. 166. 72.
Carpocratianorum impudicißima conuiuia. 377. 7.
Carthuſiani Ordinis origo. 237. 8.
Catholica, quid ſignificet. 467. 31.
Catholici reperiũtur vbicumque Hæretici dominantur. 468. 33.
Charitas quomodo conſeruetur. 484. 3.
Charitas appropriatur Spiritui Sancto in Diuinis. 132. 16.
Charitas dat Eſſe actui meritorio. *Ibid.* 17.
Charitatis præſtantia, neceſſitas, encomia. 133. 17. 18. &c.
Chriſtus eſt vnus & ſolus Mediator, quomodo. 523. 28.
Chriſtus Mediator ſecundum naturam humanam. 512. 4.
Chriſtus quomodo ſit ſolus Saluator. 497. 14.
Chriſtus vnde dictus. 98. 14.
Chriſtus in fidei fundatione multum ſudauit. 121. 56.
Chriſtus definito conſilio quomodo traditus. 200. 30.
Chriſtum deſperaſſe docet Caluinus. 211. 48.
Chriſtus iudicabit mundum vt homo. 410. 10.
Chriſtiani olim gloriabantur in nomine Chriſti. 95. 11.
Chriſtianus in profeſsione fidei non debet deficere. 98. 15.
Chryſoſt. propter Arianos, nocturnos inſtituit cantus. 151. 47.
Chryſopraſus Indicus & Aethiopicus. 92. 7.
Conſtantini ſtudium & laus. 164. 67.
Conſtantinus propulſat Sectarios. 174. 86.
Conſtantinus tollit loca Sectariorum. 175. 86.

Con-

Conſtantinopolitanorum Confeſsio fidei. 159. 60.
Commixtionis carnalis quis finis. 279. 50.
Concupiſcentia effectus peccati Originalis. 244. 3.
Conrardi Vorſtij dogmata blaſphema. 231. 84. *Item* 449. 11.
Concionatores molles qui. 360. 7.
Concionatoris verba claui igniti. 234. 3.
Conuiuia Templaria in primitiua Eccleſia. 374. 12.
Confeſſarij quidam reprehenſibiles. 227. 77.
Coruorum pulli quomodo paſcantur. 141. 29.
Core, Dathan & Abiron graue peccatum & interitus. 372. 31.
Corpus vnum idemque poteſt ſimul eſſe in mille locis. 352. 16.
Correptio fraterna obligat, & quando. 492. 2. 3. 4. 5. 6. &c.
Correptio fraterna eſt Iuris Diuini. 493. 7.
Correptionis fraternæ vtilitas. 495. 10.
Crucis ſigno olim milites muniebant frontem. 101. 19.

D.

DAmnati optant abſolute non eſſe. 267. 29.
Dauid ſolus eſt Auctor Pſalterij. 20. 11.
Dei perfectiones æternæ, ſed Actus temporales. 526. 35.
Deus cognoſcit futura contingentia ab æterno. 189. 9.
Deus non excitat Prophetas mendaces. 195. 19.
Diabolus tollit fidem Extremi Iudicij. 413. 1.
Diaboli in aërem detruſi. 268. 31.

Diaboli

Diaboli multi cruciantur in inferno. *Ibidem.*
Diaboli circumferunt pœnam ignis.270.36.
Diabolorum pœna accidentaria.271.37.
Diaboli horrent Iudicium & Infernum.272.39.
Diaboli cur non redempti vti homines. 275.44.
Diabolorum varia nomina.355.22.
Diaboli morientibus adſtant.320.22.
Diabolus vult reuelare corpus Moyſis, ſed ei Michael reſiſtit. 313.8.
Diabolus poſſidet corpora humana varias ob cauſas. 323.28.
Diabolus fugatur Sacrificio & Crucis ſigno. 327.36.
Diocletianus comburit S. Scripturę libros.49.9.
Diſputationes laicorum cum Hæreticis vetantur ab Imperatoribus.170.79.
Diſputatio Michaelis cum Diab. varie explicatur. 311.3.
Docti etiam debent audire conciones.234.3.
Donatiſtarum de Imperatoribus querelæ.421.6.
Dunſtani mira ſollicitudo. 144.34.
Dunſtanus abſtrahit Eduinum Regem à lateribus ſcortillorum. 145.36.
Dunſtanus vaticinatur Ethelredo plagam.284.57.

E.

Ecce quomodo accipiatur in Script.405.9.
Εκκαλέω, id eſt; Euoco.116.48.
Eccleſiæ certa nota eſt; *Vniuerſalitas*.465.27.
Eccleſiæ vox eſt prior Scriptura.31.32.
Eccleſiæ nomen duntaxat conuenit Chriſtianis, qui ſunt vocati. 116.48.
Eccleſia claudit Orationes: *per Ieſum Chriſtum*.122.58.
Eccleſia iam conſenuit.466. 28.

Eccle-

Eccleſia perſecutionibus augetur. 471. 3.
Eduinus rex Angliæ libidinoſus à Dunſtano arguitur. 144. 34.
Enoch quis & qualis. 401. 2.
Enoch & Helias quomodo adhuc viuant. 402. 4.
Enochi liber non eſt canonicus, nec ab eo ſcriptus. 23. 17. *Item* 403. 5. & 6.
Epiſtola D. Iudæ eſt Canonica. 17. 7.
Epiſtol. D. Iudæ eſt Deuterocanonica. 26. 23.
Epiſtol. D. Iudæ 12. vtilitates particulares. 59. 28.
Eraſmi Rotterodami cæcitas 349. 11.
Eraſ. Rott. negat olim vota emiſſa. 207. 40.
Eraſ. patrocinatur Ario, 230. 83.
Eraſ. politicus deſerit Brabantiam. 362. 11.
Eraſ. deteſtatur crudelitatē Pſeudoeuangelicorū. 367. 24.
Eraſ. contra luxum Pſeudoeuangelicorum. 379. 11.
Euſebij Cæſarienſis hiſtoria quomodo Apocrypha. 4. 8.
Euchariſtia ſalutationis loco obuiam Epiſcopis mittebatur. 137. 24.
Euchariſtiam pſittaco edendam quidam Geuza tradit. 208. 42.
Euchariſticæ conſecrationis verba ab hæret. varie exponuntur. 397. 14.
Euangeliū pauca dicit de Inuocatione Sanctorū. 524. 29.
Exemplorum energia. 76. 57. *Item* 234. 4. &c.
Exempla terribilia de lapſis Chriſtianis affert Cyprianꝰ 238. 13. 14. 15. &c.

F.

FAmæ dominium habet homo. 108. 32.
F B. Felicitatis mira ſollicitudo. 143. 33.
Fides eſt libera ante eius profeſſionem, non poſt. 179. 93.
Fidei varia encomia. 70. 48. &c. *Item* 474. 7.
Fide iuſtificamur, ſed non ſola. 72. 52.

Fidei attribuitur ſalus ob tres cauſas.72.53. & ſeq.
Fidei mors eſt ſeparatio charitatis.83.71.
Fides ſaluans eſt vna duntaxat. 156.55.
Fidem exterius negare non licet. 157.57.
Fides eſt fundamentum ædificij ſpiritalis.35.2.
Fides primo requiritur ad meritum. 36. 3.
Fidei ſolius iuſtificantis error vnde. 104.27.
Fidem violat qui ambigue vel ignoranter reſpondet interrogatus.160. 62.
Fidem falſam ſigno factoue ſimulare eſt illicitũ 161.63.
Ad Fidem compellli nõ poſſunt Iudæi aut Gentiles.165.68.
Florianorum immunditia 43.22. *Item* 222. 70.
Fratres Domini qui & quomodo dicantur.2.2.
Franciſcus de la Cruz decipitur à muliercula.219. 63.
Fungorum natura & generatio. 386. 25. & 26.
Futura contingentia vti Deus nouit ab æterno,ita eorundem libertatem vel contingentiam non tollit. 189.9. *Item* 190. 10.

G.

GAlliæ deuaſtatio propter hæreſim Vigilantij.285.58.
Galliæ ſterilitas propter hæreſes. 287.62.
Gallia multos habet Libertinos. 177. 89.
Gaudium cęleſte. 509.11.
Gentiles peſſima cognomina dederũt Chriſtianis.98.14.
Geuſiorum querelæ de Catholicis.423.10.
Geuſiſmi ſigna. Item vox in Belgio: *Viue les Geux*. 161. 63.
Geuſij à Comite Barlaimontio ſic dicti. 166.71. *Itẽ* 425.14
Geuſij fædifragi etiam poſt varias pacificationes. 173.83.
Geuſiſmi finis eſt Atheiſmus.210.48.
Geuſiorum ſigna. 426. 14.
Gloria Dei.525.31.
Gratiæ Diuinæ neceſſitas.473. 3. *Item* 506.4.

Hære-

H.

HÆreſis cauſatur explicatiorem articulorũ fidei intellectum & obſeruantiam meliorem. 148.41.
Hæreſes Lutheri & Cal. perfectioris ſcientiæ & vitæ occaſionem dederunt. 153.50.
Hæreſis venenum ſimile morſui lupino. 185.4.
Hæreſiarchæ Dei iuſſu vel efficaci excitatione non prodeũt, licet permittãtur, excæcẽtur, obdurẽtur. 193.16.
Hæreſeos cauſa eſt impietas vitæ. 203.34. *Item* 226.76.
Hæreſes habuerunt fæminas adiutrices. 217.59.
Hæreſeos grauitas. 249.33.
Hæreſes ſtatim emoriuntur. 387.27.
Hęreſeon progreſſus. 390.2.
Hæretici nõ mittũtur à Deo. 94.8. Itẽ 184.2. 373.34. 441.2.
Hæretici prò libito reijciunt Scripturas. 14.3.
Hæreticorum diſputationes fugiendæ. 15.4.
Hæretici comparantur coruo à Noe dimiſſo. 80.65.
Hæretici comparantur Camelopardo. 86.2.
Hæretici ſuperba nomina aſſumunt. 105.29.
Hæretici ſunt Deformatores, non Reformatores. 107.30
Hæretici ſunt Tauri. 148.42.
Hæretici faciunt eminere viros doctos. 149.43.
Hæretici vagantur *in vaccis Pop. vt excludant eos qui probati ſunt argento.* 149.43.
Hæret. ſunt cauſa cur aperiantur ſenſus Scripturarum. 149.44.
Hæret. exercent Eccleſiæ patientiam, ſapientiam, & beneficentiam. 150.45.
Hæreticorum cauſa multi S. libri ſunt ſcripti. 150.76.
Hęretica congregatio concubina eſt, non matrona. 156.55. *Item* 466.29.
Hęretici gladio coercendi. 169.76.
Hęretici multi facti ſunt Turcæ. 176.88.

Hæretici componunt librũ intitulatum: *De tribus impoſtoribus mundi, Chriſto, Mahumete & Moyſe. Ibidem.*
Hæretici primo dulces, poſtea mordent. 185. 2.
Hæretici vocant Symbolum Satanaſij. 213. 52.
Hæretici plerique abutuntur verbis illis: *Creſcite & multiplicamini.* 223. 72.
Hæretici grauius peccant Iudæis & paganis. 274. 29.
Hæretici obganniunt poteſtati Eccleſiæ. 300. 19.
Hæretici comparantur lupo vlulanti. 353. 18.
Hæret. varijs animantibus comparantur. 355. 23.
Hæret. varia crudelitas. 366. &c.
Hæreticus quidam aufert Eccleſiæ campanam. 380. 13.
Hæreticorum omnia opera infructuoſa. 383. 19.
Hæretici comparantur fungis. 385. 24.
Hæretici carent legitima ſucceſſione. 386. 26.
Hæretici comparantur Meteoris. 393. 7.
Hæreticorum Bellum, pax eſt Eccleſiæ. 398. 16.
Hæret. querelæ periculoſæ, 421. 6.
Hæretici comparantur ſerpentibus. 427. 16.
Hæret. dicteria in Miſſæ Sacrificium. 450. 15.
Hæreticus iam iudicatus eſt. 490. 3.
Hęretici intelliguntur per *Tunicas maculatas.* 502. 24.
Hæretici olim ſtricte deuitati. 503. 25.
Hæreticorum ſubdola Religioſitas. 522. 26. & 27.
Hæreticorum cœcitas ob quinque. 344. 3.
Helene Simonis Magi. 38. 8. *Item* 218. 59.
Helceſaitæ Hæretici. 157. 56.
Heluetiorum quorundam luxuria. 296. 9.
Henrici Octaui Angliæ Regis ſęuitia. 49. 10.
Henricus 8. aufert Carthuſianis Martyribus libros Sacros. *Ibid.*
Henricus Cuyckius de blaſphemo & ſtupido Ruſſo. 349. 13.

Hermannus hæreſiarcha ſupprimit miraculum in vrbe & templo Haſſelen.212.50.
Hermanij Riſwickij error & punitio.254. 6.
Hilarij Parænefis ad Conſtantium.181.95.
Hollandiæ,Zeelandiæ,&c. Pſeudominiſtrorum diſſidia. 397.15.
Holland.Zeeland.&c.edictũ contra Catholicos. 470.35.
Hugonottæ cuiuſdam belle repreſſa luxuria.222.68.

I.

IAcobus minor quomodo frater Domini. 103.25.
Iacobi minoris Sanctitas.*Ibid.*26.
Iacobo Minori licebat ingredi Sancta Sanctorum.104.26
Iacob. minoris genua & frons ex genuflexione obduruerunt.*Ibid.*
Iacobus minor ſcripſit epiſt. Canonicam *Ibid.* 27.
Iacobi Minoris cathedra magno in honore habita. 110. 36.
Iacobi Soria & Ioan. Cadauilij in Sanctiſſimas Reliquias contumelia.318.18.
Iconoclaſtę cuiuſdam mirus dolus.186.4.
Ieſu Chriſti nominis efficacitas.100. 18. *vide* infr. lit. N. *Nomin.*
Iezabel adminiſtra Nicolaitarum.218.59.
Ignorantia cauſa blaſphemiarum in hęreticis. 348. 8.
Imperator eſt Generalis Eccleſię defenſor.169.78.
Imperium Dei.525.33.
Imagines turpes ſeruantes,vt peccent.225.33.
Incarnationis Myſt. neceſſario credendum poſt Chriſti aduentum,60.30. Secus ante Aduentum. 61. 32.
Incarnat. Myſterium paucis olim fuit cognitum. *Ibidem.*
Incarnat. Myſterium non capit Auguſtinus.62.33.

Incubi & Succubi non ſunt ab Angelis procreati 259.16.
Infidelitatis ſigna illicita. 161. 63.
Infidelitas mere negatiua caret peccato. 246. 26.
Infidelitatis tres ſpecies. 247. 28.
Infamatio ſui an licita, 107. 32.
D. Ioannes fugit balneũ in quo Ebionẽ inuenit. 504. 27.
Ioannis Knoxij Pſeudominiſtri luxuria. 269. 11.
Ioan. Piſcator docet fures nõ eſſe ſuſpendendos. 175. 87.
Iſmenias 237. 11.
Iſcariotis interitus & punitio. 108. 33.
Iſcariotes primipilus Aſſentatorum. 433. 29.
Iudæi ter in die maledicunt Chriſtianis. 134. 19.
Iudæorum excidium propter Deicidium. 282. 54.
Iudex Chriſtus erit inexorabilis 415. 5.
Iudicij dies quando & quomodo breui affuturus. 407. 12.
Iudicij diem certum temere quidam afferunt. 407. 14.
Iudicij diei certa ſcientia ſoli Deo reſeruatur. 408. 16.
Iudicij extremi locus vallis Ioſaphat. 409. 18.
Iudicium erit exactiſſimum. 414. 4.
Iudicium maxime de operibus inſtituendum. 417. 8.
Iuſti comparantur Palmæ & Cedro. 384. 20.
Iuſtitiæ Chriſtianæ duæ alæ. 472. 1.
Iuſtificatio naturæ rationalis eſt vera Adoptio. 112. 39.
Iuſtificatio fit per infuſionem realium donorũ. 113. 41.

L.

LAntgrauij Haſſiæ blaſphemia. 102. 24.
Eiuſdem Reformatio præpoſtera. 380. 14.
Latria ſolus colitur Deus: doulia Sancti. 85. 75.
Lebbæi interpretatio. 3. 6.
Liber ſcriptus intus & foris. 58. 27.
Libellatici reprehenduntur. 158. 59.
Liberũ arbitriũ quomodo dederit Deus homini. 168. 76.
Libertinorum liber: *De 3. Impoſtoribus mundi, Chriſto, Mahu-*

mete & Moyſe. 176.82.
Licentia ſectarum parit ſeditiones. 170.80.
Licentiam ſectarũ admittunt Iulianus, Gentiles, Caſſander & Geuſij. 165.70.
Licentiam eandem petunt Germaniæ Principes. 166.71.
Licentia Sectarum noxia & illicita. 166.72.
Licentiam Religio. Deus olim non permiſit. 167.74.
Licentiam Religio. abhorrent Patres. 168.75.
Libertas credendi, libertas errandi. 169.77.
Licẽtia ſectarũ multas in Europa peperit ſeditiones, 172. (82.
Licentia Sectarum ruina eſt Regnorum. 174.85.
Licentiam ſectarum abrogant Imperatores. *Ibid.*
Licẽtiæ Sectarũ finis eſt Atheiſmus vel Turciſm. 176.88.
Lucifer peccauit per inuidiam vnionis Hypoſt. verbi Diuini cum natura humana. 262.21.
Luciferianæ ſuperbiæ obiectum. *Ibidem.*
Lupinus morſus reddit pannum pediculoſum. 185.4.
Ludo. Hetzeri Anabaptiſtæ luxuria. 297.13.
S. Lutgardis verſiculo Pſalmi, arcet Diabolos. 48. 5.
Lutheri contradictiones. 396.15.
Lutheri ſuperbia ſtupenda. 428. 19.
Lutheri Genealogia difformis. 443.5.
Lutheri os maledicum. 371.30.
Lutheri peſtiferum carmen. 303.24.
Lutherus exurit ius Canonicum. 51.12.
Lutheri Axioma: *Si non vult vxor, veniat ancilla.* 296.9.
Lutheri ſtupida ignorantia. 344.2.
Lutheri menſalis ſpurcitia & elogium. 376.4. & 5.
Lutheri querelæ contra Papam. 422.8.
Lutheranorum error circa diem Iudicij. 408.15.
Lutheri venter. 454.7.
Lugdunenſium & Rhotomagenſium hæreticorum ſeditio. 304.27.

Luxuria muta quorundam Gentilium.278.49.

M.

MAgdeburgenſes Hæretici reijciũt Epiſtolam D. Iudæ.16.5.
Magdeburgenſium ſeditiones.298. 16.
Magnificentia Dei. 525.32.
Maledicere creaturis quomodo licitũ vel illicitũ.340.64.
Maledictio materialis & formalis. 341.65.
Mali reges quomodo pendeant à voluntate Dei. 202. 28.
Mahumetum imitantur ſectarij.179.92.
Manichæorum ſpurcitia.215.56.
Marcus Curius reſpuit munera.8.14.
Maris natura.390.1.
S.Maria Mediatrix & reconciliatrix.519.18.
Marcus Valentinianus aſſentator.431.24.
Marcion ponit vnum Deum bonũ,alterũ malũ. 242.19.
Matthiam Imperatorem compellat auctor.180.94.
Materia Statica damnatur.361.9.
Matiſconenſis territorij vaſtitas per Caluiniſtas.305.28.
Meletiani & Ariani conſpirant in Catholicos.391.3.
Meritum Chriſti infinitum.65.37.
Merita Chriſti debent nobis applicari. 68.44.
Merendi virtutem dat nobis Chriſtus.69.45.
Merito Chriſti datur omnis etiam remota diſpoſitio ad Iuſtificationem.119.53.
Miſſam deteſtatur Mart.Lutherus & Caluinus. 207.41. & 42.
Michael,quis vt Deus?262.19.
Miniſtri cuiuſdam Hæretici maledicentia.350.14.
Miſericordia eſt in Deo ſecũdũ effectũ,nõ affectũ.125.3
Miſericordiæ deriuatio. *Ibidem.*
Miſericord.Dei maxime enitet in Incarnatione. 126.5.

Miſe-

Miſericordia eſt Deo propria. *Ibid.* 6.
Miſericordiæ,non Iuſtitiæ domum habet Deus.127.7.
Miſericordiæ Diuinę neceſsitas.128.9.
Miſericordiæ Diuinę ſeptē beneficia ſibi collata agnoſcit D.Bernardus. *Ibidem.*
Miſericordia appropriatur Patri in Diuinis.129.10.
Μὴ φορεῖν ςενὸν δακτύλιον. Arctum annulum ne geſtato. 141. 31.
Mœcenas gentilis reijcit licentiam ſectarum.172.82.
Moyſes vbi ſepultus.314.10.
Montani Priſcilla & Maximilla.218.62.
Munera fugiunt ſequentem, ſequuntur fugientem.7.12.
Munera recuſantes plus honorantur.6.11.

N.

NAturæ vires inſufficientes ad ſalutem.507.6.
Neceſſitas ex malo occaſionaliter bonum operatur.147.39.
Nicolaus Diaconus non eſt auctor Nicolaitarum. 40.15.
Nicolai Diaconi imprudentia. *Ibidem.*
Nicolaus Diaconus poſtea factus Epiſcopus Samariæ. 43.20.
Nicolaitæ veſcebantur Idolothytis.44.22.
Nicolaitæ negant Chriſti Diuinitatem.43.21.
Nicolaitæ habebant vxores communes. *Ibidem.*
Nomina particularia Hæreticorum ſunt Antichriſti ſigna.99.16.
Nomen Chriſtianum prædictum ab Eſaia. *Ibid.* 17.
Nomen Ieſu Chriſti efficax.100.18.
Nominis Ieſu Chriſti inſcriptio ſedat terræmotus. 100. 18.
Nomine Ieſu Chriſti labarum Imperatoris inſignitur. *Ibid.* 19.

Nomine Ieſu Chriſti inuocato victoriam refert Clodoueus, 101.20.
Nomine Ieſu Chriſti milites conuertuntur. *Ibid.* 21.
Nomine Ieſu Chriſti pronuntiato Spiridion conuertit Philoſophum. 102.22.
Nomine Ieſu Chriſti Ioſeph Iudæus miracula facit. *Ibid.* 23.
Nomini Ieſu reuerentiam detrahit Lantgrauius Haſſiæ, *Ibid.* 24.
Notæ Hæreticorum. 183.2.
Nudicorpores, vulgo **Naecktlooperſ.** 224.72.

O.

OBdurat ſe proprie homo, Deus permiſſiue & indirecte. 202.32.
Obſtinatio ſuperba mater Hæreticorum. 345.4.
Ochinus ſubuertere nititur SS. Trinitatem. 211.49.
ὁμοούσιον. 30.30.
Opera bona conſeruant fidem. 477.11.
Opera bona requiruntur præter fidem. 475.8.
Opera bona ridet Lutherus. *Ibid.*
Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. 148.41.
Orantium geſtus externi laudabiles. 480.17.
Orationem tollunt quidam Lutherani. 205.36.
Oratio eſt actus præcipuus Religionis. *Ibid.*
Oratio ſit feruida. 479.15.
Orationis quale debeat eſſe obiectum. 481.19.
Oratio ſit conſtans. 482.21.
Origines non vult aſſidere Paulo Hæretico. 504.26.
Ouinæ pelles Hæreticorum triginta. 185.2.

P.

PAcem animi non habent peccatores. 130.12.
Palatinorum in fide inconſtantia. 399.18.
Papiſticum nomen non eſt indecorum. 97.14.

Vt.

πάπα,vel πάππας.98.14.
Panes propoſitio.ſemper in menſa,& quare 141.31.
Pater & Filius Deus, ambo quidem,ſed diuerſimode trahunt.123.60.
Patres in limbo non erant beati,nec cognoſcebant acta poſterorum.522.25.
Pax appropriatur filio in Diuinis.129.10.
Pax eſt animi ſerenitas gaudioſa. *Ibidem.*
Peccata punitionem adducunt vrbibus,Regnis,familijs, campis.281.53.
Peccatum non eſt quod caueri non poteſt.245.24.
Peccata fidelis grauiora quam infidelis.248.30.
Peccatum vnum permiſſiue pœna eſt alterius. 203.33.
Peccatum velle & ad illud incitare, eiuſdem ſunt rationis.196.22.
Peccatores omnes habent ſufficiens auxilium conuerſionis,203.33.
Peccatores longe ſunt à Deo. 116.47.
Peccatores habent carnificinam conſcientię. 130.12.
Peccato Deus attexuit ſemen conuerſionis.131.15.
Peccatorum miſereri debemus.499.17.
Peccatorum lapſibus nimis indignantes, expoſiti ſunt magnis periculis.500.20.
Petri Ioannis error.408.14.
Pythagoræ diſcipulus habet carnificinam conſcientię. 131.14.
Planetæ errantes ſunt hæretici. 395.11.
Plato vult Templa, Regum palatijs eſſe vicina.163.66.
Pœna in paruulis præſupponit culpam.243.22.
Politici ſunt frigidæ Salamandræ.172.81.
Polycarpus fugit Marcionem.503.26.
Poteſtas Dei.526.34.
Pręſciētia Dei libera nihil operatur circa futura.192.13.

Prædeſtinatio non tollit libertatem. 113.42.
Prophetæ ſe mutuo citant. 22. 15.
Prodicus auctor Adamitarum. 205. 36.
Prouidentiæ Diuinæ quomodo ſubijciantur peccata. 194. 17.
Pſaphonis fraudulentia. 186.4.
Punitio Dei reſpectu alicuius gentis aut generationis. 283.56.

Q.

QVintini Libertini luxuria. 298.13.

R.

RAdbodus decipitur à diabolo. 323. 27.
Raimondi Comitis dicteria. 450.14.
Redemptoris officium. 122.58.
Reformatio, veriſſime autem Deformatio omniũ hæreticorum *vide* Epiſt. Dedicat. & Præfatio. per totum.
Religione opus in Repub. ordinata. 163.66.
Religions bꝛede. 169.71.
Rotæ Ezechielis capite ſecundo. 58.26.
Rotterodamus Senatus expellit Pſeudominiſtrum. 388.28.

S.

S. Sabæ vox zeloſa. 159.59.
Salutationes aulicorum vanæ. 135.20.
Salutationes hominum terrenorum reijciendæ. *Ibidem.*
Salutatio D. Pauli. 136.22.
Salutatio D. Gregor. Magni. *Ibid.*
Salutatio Albini ad S. Ludgerum. 137.23.
Salutatio Euchariſtica. *Ibid.* 24.
Salutationes periculoſæ. *Ibid.*
Sampſæi hæretici. 157.56.
Sancti ſunt Mediatores ſub Chriſto. 223.28.

Sancti

Sancti à nobis honorandi vt Interceſſores &c.513.6.
Sanctos honorat Deus. 514.8.
Sancti quomodo cognoſcant preces noſtras. 515.10.
Sanctorum cultus δουλία.516.12.
Sanctorum honor redundat in Deum. *Ibidem* 13.
Sanctorum meritis innititur Moyſes.517.14.
Sanctorum merita manant ex meritis Chriſti. 520. 22.
Sanctorum merita quomodo hic compenſata.521.24.
Sancti poſt Chriſti Aduentum, non ante inuocati. 524.30.
Sapidus Lutheranus blaſphemat Miſſam. 208.42.
Schiſmatis definitio.455.9.
Schiſmatis Eccleſiæ grauitas.372.33.*Item* 457.11.& 461. 20.
Schiſmatici comparantur vermi & membro præciſo. 453.6.
Schiſmatis & Hæreſis differentia. 456.11.
Schiſmatis variæ cauſæ.457.12.
Schiſma diuturnum degenerat in Hæreſin.464.25.
Scriptores Sacri alterius aſſumunt verba.19.10.
Scripturæ Protocanonicę & Deuterocanonicæ.26.23.24. 25.&c.
Scripturæ Sacræ ſemper in ſe ſunt ſacrę.29.28.
Scriptura recipitur per traditionem Eccleſię.32.33.
Script.ſolas eſſe recipiēdas nuſquam eſt ſcriptum. 33.34.
Script. vtilitas, generalis & particularis.46.1.
Script. defendit fidem & Eccleſiam.47.3.
Script. fugat Diabolum.47.4.
Script. libri olim in templo aſſeruabantur.51.13.
Script. paſcit mentem. *Ibid.* 14.
Script. paſcit humiles duntaxat.52.16.
Script. non capitur ab Auguſtino.53.17.

Script.

Script. propinat dulced. ſpiritalem. 54. 19.
Script. comparatur ſpeculo. *Ibid.* 20.
Script. comparatur mappæ mundi. 56. 23.
Script. continet noſtram ſalutem. 57. 25.
Script. vtitur tempore prǽſenti & prǽterito, pro futuro. 406. 10.
Semel, varia in Script. ſignificat. 155. 55.
Simon Magus primus hǽreſiarcha. 37. 6.
Simon Magus venditat ſe Deum. 38. 7.
Simon magus affectat honorem Diuinum. 510. 1.
Siſebutus Rex cogit Iudæos ad Baptiſmum. 165. 69.
Sodomitici peccati grauitas. 76. 57. *Item* 280. 51.
Sodomitici ſceleris putor Romǽ. 77. 61.
Sodomitas damnant Imperatores. 78. 62.
Sodomia damnatur Lege Naturǽ, Diuina, Eccleſiaſtica & ciuili. 288. 65. 66. 67. 68. &c.
Sollicitudo temporalis damnatur. 139. 27.
Sollicitudo temporalis cõparatur porris & cepis. 140. 28.
Sollicitudo ſpiritalis commendatur. 141. 31.
Spei varia encomia. 486. 6. 7. 8. &c.
Spei cauſa meritoria eſt Chriſtus. 488. 11.
Staticæ materiǽ vituperium. 361. 9. *Item* 362. 12. & 13.
D. Stephani Reliquiæ miraculoſæ. 514. 9.
Superbiæ pœna eſt peccatum carnis. 227. 76.
Superbia mater omnis hæreſeos. 251. 1.
Supercertare quid ſignificet. 155. 53.

T.

Terræ maledictio propter peccata. 286. 61.
Terrǽ ſterilitas non ſemper pendet à conſtellatione. 287. 63.
Tertullianus diſſuadet cum hæreticis congreſſum. 15. 4.
Teſtamenti veteris & noui differentia. 89. 1.
Teſtamentum vtrumque conuenit in Deo auctore 90. 2.

In

In fine ſeu Chriſto. *Ibidem* 3. In charitate. 91.4. In Exordiis, *Ibidem*. 5.
Thaddæus quid ſignificet. 9.17.
Θεοτόκος prædicatur D. Virgo. 61.
Theſaurus Eccleſiæ nunquam exhaurietur. 66.39.
Thomas Muncerus falſò miracula promittit. 382.17.
Thundadeero caſtri mira expugnatio. 328.38.
Timothei Æluri fraudulentia. 186.4.
Tradi in reprobum ſenſum, quid. 202.33.
Traditionibus oppugnandi hęretici. 34.36.
Traditiones initio fuerunt obſcuræ. 29.29.
Treuirenſis Archiepiſcopatus laudabilis conſuetudo. 152.29.
SS. Trinitatis fides iam eſt neceſſaria. 59.29.
Turrelupini ſcurriles. 216.57.

V.

VAnitas Hæreticorum. 38.15. & 16.
Vę multifariam accipitur in Script. 358.3.
Vireti nequitia. 450.14.
Virtutis via non habet ſtatum. 124.1.
Vita impia vacillare facit fidem. 477.11.
Vocatorum cœtus eſt Eccleſia, non Synagoga. 116.48.
Vocatio Dei eſt attendenda. 117.49.
Vocatio Dei quadruplex. 118.51.
Votis maledicit cum Luthero Caluinus. 206.39. & 40.
Vrbani Regij querelæ. 424.11.

Z.

ZAroës & Arphaxat magi aduerſarij S. Iudę Thaddei. 10.18.
Zelus Eleazari. 159.59.
Zelus Patrum antiquorum. 359.6.
Zizania hęreſeō quomodo euellēda, quomodo nō. 179.91
Zvvinglij crudele dictum. 367.24.

FINIS.

ERRATA SIC CORRIGENDA.

Prior numerus paginam indicat, poſterior lineam.

Pagina i. *Linea* 20. *lege* Paulinũ.p. 3.l. 5.Matthæũ.p.4.l 14.Cõparatione.p.5.l. 8. At qui.p.7.l.20. Quantã. p.7 l 25.Telecri. p.16.l.2. Credet. p. 24.l.12. ſunt vel falſa.p.25.l.12.Limbi.p.26 l.2. Committendã.p.26. l.27.Eſdræ duo.p.32.l.15. Tenõtes.p.40.l.9.Reuerendo.p.41.l.22.Apocal.p.46.l.27.Et Chryſ. p.53.l.4.Irretito.p.53. l.14.vt intrare.p.62.l.9.Myſterio.p.64.l.14.Fateamur.p 64.l.18.Tertia.p.69.lin.10. Prędicautij. p. 76. lin.8. Reſpice.p.82.lin.2. Accuſantia p.82.l.20.Inultum. p.88.l.12. inſolidum. p.94.l.vltima Septentrionalium nationum p.101.l.11 Septimium.p.108.l 26 Tumor. p. 208.l.12. Actis p 210.l. 24. Ethnici.p 213.l. 28.Certis p.213.lin. 31. Scribi teſtor. p. 216 l.23. Iidem p 217.l 23. Alluſio.p 222. lin. 6. Specioſo p.226 l.30. Quo.p.228.l.12. Concludet. pag. 229 l. 32. ὁμοούσιος.p.252.l 28.Expertes.p 263.l.2 Tũc ergo inuidiam in Chriſtum & genus humanum.p 312 l 9 Obſiſtente Diabolo.p.317.l.24. in certæ p.349. lin. 15. Blaſphemos p.355. l.26.Cantu.p. 385 l. 31. Infructuoſitatis.p. 393 l.3.Exhalationibus p 403 l 17. Eadem. pag. 434.l 24.Dei contra cuius.p.463.l 24.Domini 1453. p.478 l 31 Incendio p.493.l 5.Confuſio.p. 497. l.25.Mediatio. p 503.l.9 Salubrioris.p 511.lin.14.Deo.p.523.l.11.Redemptionis pa 527.lin 32. vacat.

VITTORIO
BIBLIOTECA
IN ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

1-6-3